



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso


Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>





15156

INVENTARIO N. _____



IOACH. GEORGII DARIES

PHIL. ET I. V. D. SERENISSIMO DVCI SAXO-VINAR.
ISENAC. ET IENENSI A CONSILIIIS AVLICIS. PHIL.
MORALIS ET POLITICES P. P. O.

INSTITVTIONES
IVRISPRVDENTIAE
VNIVERSALIS

IN QVIBVS
OMNIA IVRIS NATVRAE
SOCIALIS ET GENTIVM
CAPITA

IN VSVM
AVDITORII SVI
METHODO SCIENTIFICA
EXPLANANTVR

EDITIO SECVNDA *Geopod.*
PRIORE AVCTIOR ET CASTIGATOR.

IENAE
APVD CHRIST. HENR. CVNO
MDCCXLV.

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO
DOMINO
CHRISTIANO
GVILIELMO

DVCI SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM AN-
GARIAE AC WESTPHALIAE COMITI PROVINCIA-
LI THVRINGIAE MARCHIONI MISNIAE PRINCIPI
COMITI HENNEBERGAE COMITI MARCAE ET RA-
VENSBERGAE DYNASTAE RAVENSTENII ET TON-
NAE ET RELIQVA

PRINCIPI AC DOMINO
MEO CLEMENTISSIMO
FELICITATEM PERPETVAM

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible due to the quality of the scan.

SERENISSIME
PRINCEPS
DOMINE
LONGE CLEMENTISSIME



Q Vum saepe viri docti
scriptis suis in publi-
cum prodeuntibus summos prin-
cipes eligant patronos, parum de
eo solliciti, vtrum res ipsae, quas
) 3 in

in libris suis pertractarunt, principis oculis & attentione sint dignae: potuisset vel hoc solum me incitare, vt TVVM, CLEMENTISSIME PRINCEPS, CELSUM NOMEN libro meo praescriberem, TIBIQUE submissi animi veneratione illum dedicarem, quod res, de quibus hic agitur, non solum principum virorum cognitione dignissimae, sed omnibus, quos natales ad summum fastigium euexerunt, scitu sunt vnice necessariae. Ego vero non ideo hoc leue munusculum TIBI venerabundus offerre destinaui, quod TANTO PRINCIPE dignum iudicarem, fed

sed hoc solum spectavi, ut aliquo certe modo testarer, innumera maxima, quae in beatum socerum meum & in me etiam clementissime contulisti, beneficia ex animo meo neutiquam effluxisse. Quoties enim subiit animum meum, subiit autem saepissime, recordatio singularis clementiae, qua in exornando me & in amplificandis cognatorum meorum commodis usus es, toties sollicite cogitavi, qua ratione gratum ac memorem animum TIBI potissimum ostendere possem. Quum igitur hic qualiscunque ingenii mei foetus denuo emittendus esset, hanc

) 4

occa-

occasionem cupide arripui, & efficere, studui, vt TIBI appareat, quam submisſe memoriam beneficiorum TVORVM recolam, & vt apud omnes, ad quos mei notitia perueniet, quantum TIBI, CLEMENTISSIME PRINCEPS, & meo & meorum nomine debeam, teſtatum relinquam. Huius conſilii mei, etiam ſi ignaris rationum mearum temerarium illud videri poſſit, a TE tamen indulgentiſſimo PRINCIPE facilem me veniam impetraturum, confido. Haec ſpes in ſola TVA ineffabili clementia reſoſita niſi me fallet, & ſi, qua me ipſum, quoties
ſalu-

salutandi & pietatis testandae
caussa ad TE venio, admittere
soles, id est serena, fronte hoc
opusculum suscipere dignaberis;
hanc maximam felicitatis meae
partem existimabo, nec vnquam
desinam omnipotentem huius
vniuersi conditorem ardentibus
precibus venerari, vt CELSIS-
SIMAM DOMVM TVAM quam
diutissime florere iubeat, TIBI
vero ad eam honore ac gloria
amplificandam longissimum vi-
tae tempus & celso animo re-
spondens corporis robur, & o-
mnia, quae PRINCIPEM TAN-
TVM fortunatissimum reddere
possunt, cumulatissime largiri


) (5 ve-

velit. Haec ex intimo animi affectu precatus TVAE CLEMENTIAE me submisſe commendo

SERENISSIMI ATQVE
CELISSIMI NOMINIS TVI

IENAE
D. IV. APRIL.
M DCC XXXV.

VENERATOR DEVOTISSIMVS:
IOACHIM GEORG DARJES.



LECTORI BENEVOLO
SALVTEM ET OFFICIA.



Quo consilio ante tres annos has *Jurisprudentiae vniuersalis institutiones*, vt nimirum Auditorum meorum, quorum in dies singulos aliquot centum numero praelectionum mearum academicarum habeo diligentissimos, labor subleuaretur, & vt naeui in describendo euitarentur, edidi: eodem etiam nunc sequitur altera editio priori correctior & emendatior. Irrepererunt enim in priori editione multa sphalmata, quae hac in editione sedula industria correctae sunt, & operam dedi, vt conclusiones cum principiis curatius cohaerent, multisque in locis aliquid addidi, principia tamen ipsa non mutau.

Haec praefationis loco sufficere possent, nisi praestantia scientiarum, quae hoc in libello explicatae sunt, requireret, vt in limine de illarum natura vsu atque abusu dicerem. Permittas itaque, **LECTOR BENEVOLE**, vt de hisce paucis **T E** edoceam.

) (5

Rem

Rem quandam vniuersaliter pertractare, idem est, ac in ea inquirere, quae ex eiusdem essentia, seu, vt cum Logicis loquar, conceptu primo possunt deriuari. Duo itaque sunt praeceptorum genera, quae rem vniuersaliter pertractaturus distinguere debet, quorum alterum ea exhibet, quae rei necessario insunt, & quae eiusdem naturalia absoluta, ab aliis etiam necessaria vocantur, & alterum, quae rei quidem inesse, salua tamen eiusdem essentia abesse possunt, ideoque eiusdem naturalia hypothetica atque contingentia nominantur. Illa sequuntur ex essentia rei in se, haec vero ex essentia rei certis subdeterminationibus considerata. Hypothetica itaque rei praedicata sunt eiusdem rei praedicata absoluta per accidentalia, sub quibus existere potest, magis determinata.

Quae cum ita sint, manifestum est, iurisprudentiam non vocari vniuersalem, quatenus non in civili tantum statu, sed & in naturali inter eos, quos nulla civilis iuris tenet communio, vim suam longe lateque patentem exserit, vt voluit HERTIVS in *Commentatione de Iurisprudentia vniuersali* Sect. I. §. 11., sed quatenus ex rei cuiusdam essentia tam in se, quam iis subdeterminationibus, sub quibus existere potest, considerata, ea, quae circa eandem iusta atque iniusta sunt, infert. Ita, exempli gratia de pacto vniuersaliter dicit, qui ex pacti essentia infert, quae circa pacta iusta atque iniusta, eaque varias per circumstantias, sub quibus pacisci possunt mortales, magis determinat. Ex quibus satis intelligimus, quae euoluere debeat, doctrinam de dominio, doctrinam de testamentis atque successione ab intestato tam haereditaria quam familiari, doctrinam de laesionibus atque iure belli, doctrinam de feruis, ius civile tam publicum, quam priuatum, ius ecclesiasticum,

PRAEFATIO.

sticum, ius Gentium, ius feudale, ius militare & quae reliqua sunt vniuersaliter pertractaturus.

Eiusmodi iurium pertractationem permulta ad iura positiua solide explicanda conferre, ita euinco: Iura positiua non sunt nisi naturalia varias per circumstantias magis determinata, quod tam ratione obligationum, quam ratione propositionum, quae leges constituunt, fieri potest. Ideoque legum positiuarum duo sunt genera, *alterae* sunt leges naturales, cum quibus obligationes ex circumstantiis sumendae connexae sunt, inter quas, verbi gratia, lex de homicidio, cum quo poena capitalis connexa est, referri potest; *alterae* sunt leges naturales per circumstantias magis determinatae, quibus leges, quae personis, certo in propinquitatis statu, viventibus, connubium interdicit, annumerandae. Iura itaque positiua solide explicaturus *primo* in ea inquirere debet, quae ex rei, de qua quaestio est, essentia, fluunt, *deinde* varias evoluere debet circumstantias, sub quibus eiusmodi res potest existere, *porro* docere debet, qua ratione illa per has tam ratione obligationum, quam ratione propositionum magis posunt determinari, & *tandem*, qua ratione naturalia in iure positiuo magis sunt determinata, indicare debet. Quamobrem, cum primum, secundum atque tertium iura vniuersaliter pertractaturus evoluere debeat, summam habeo rationem, vt verba HERTII, quae leguntur in Sect. I. l. c. §. VIII., mea faciam. Ita vero ille: In iurisprudentia vniuersali sunt „vera iuris fundamenta, quibus vniuersum iuris cuiuscunque fastigium innititur: in illa sunt fontes, „e quibus veluti per canales atque riuulos ius „educitur: in illa sunt semina, quae procedente „proficienteque iudicio vsuque in ramos postea „quam latissime se diffundunt atque explicant: sunt „in

„in illa scintillae, quibus mens vbique collustratur:
 „sunt in illa clauae, quibus adyta iuris referantur:
 „sunt denique in illa cynosurae in vastissimo iuris
 „oceanoo nauigantibus propositae.

Fateor quidem lubentissime, permultos eiusmodi iurisprudencia vniuersali abuti, quoniam vel in ea solummodo inquirunt, quae ex rei essentia necessario sequuntur, non vero in ea, quae varias per circumstantias ad illa accedere, praeceptorumque ob collisionem in illis mutari possunt, ideoque naturalia absoluta ad regendas societates sufficere pronunciant; vel naturalia positiuis, aut positiuia naturalibus confundunt, praecepta iusti atque iniusti non ex veritate, sed ex fictione deducentes. De quibus satis dixi in *Program. de vera atque ficta Philosophia practica*. Sed & hic verum manebit, abusum non tollere vsu.

His praemissis satis intelliges, LECTOR BENEVOLE, eos esse laborum meorum scopos, vt iusti atque iniusti praecepta prius ea ratione, quam ante definivi, vniuersaliter explicem, & deinde illorum ope iura positiuia ciuilia tam publica, quam priuata, iura positiuia feudalia, ecclesiastica, & quae reliqua sunt, quantum fieri potest, systematice exponam atque interpreter. Primus, quo obtineri possit, hoc in libello, absolutis Praecognoscendis, quorum *Cap. I. de diuerso hominum statu & in specie morali, & Cap. II. de iure naturae & gentium generatim spectato eiusque variis capitibus*, breuiter dicit, explicauit I. in PARTE GENERALI Theoriam tam iuris scientiae, quam Iuris prudentiae generatim consideratae, & quidem illius ratione dixi

CAP. I. *De actionibus hominum moralibus earumque moralitate.*

CAP.

PRAEFATIO.

CAP. II. *De obligatione morali.*

CAP. III. *De lege, speciatim naturali.*

Ratione vero iuris prudentiae

CAP. IV. *De actionum moralium, seu moralisatis
quantitate.*

CAP. V. *De imputatione morali.*

II. in PARTE SPECIALI

SECT. I. THEORIAM ETHICAE

CAP. I. *Officia hominum erga se ipsos.*

CAP. II. *Officia hominum erga Deum*

SECT. II. IURISPRUDENTIAM SIMPLI-

CITER TALEM seu officia hominum erga se in-
vicem, quatenus extra societatem considerantur, &
speciatim

CAP. I. *Officia absoluta, quae sibi hac ratione
praestare debent homines, ideoque*

TIT. I. *Ius humanitatis*

TIT. II. *Ius Necessitatis*

TIT. III. *Ius defensionis atque belli.*

CAP. II. *Officia hypothetica, quae illo in statu
homines sibi debent, atque ideo*

TIT. I. *Officia circa sermonem*

TIT. II. *Ius patrimonium, & quod inde sequitur,
ius ad rem*

TIT. III. *Ius in re & praesertim ius dominio-
rum.*

TIT. IV. *Modos acquirendi iura in re, & prae-
sertim dominia, originarios*

TIT. V. *Modos acquirendi iura in re, & prae-
sertim dominia, derivatiuos viuo priore domino.*

TIT. VI. *Modos acquirendi rerum dominia deri-
vatiuos ex dispositione defuncti, & ab intestato.*

SECT.

PRAEFATIO.

SECT. III. OECONOMIAM SPECIALEM,
seu scientiam de iis, quae per societates simplices
sunt iusta atque iniusta, & speciatim

- CAP. I. *Varios modos acquirendi ius in personas,
& quod inde sequitur ius sociale*

CAP. II. *Societatem matrimonialem atque pater-
nam.*

CAP. III. *Societatem herilem.*

SECT. IV. OECONOMIAM GENERA-
LEM seu scientiam de iis, quae per societates com-
positas extra ciuitatem iusta atque iniusta, in qua
pertractauit

CAP. I. *Ius familiae*

- CAP. II. *Succeſſionem ab intestato tam heredita-
riam quam familiarem.*

CAP. III. *Anarchiam.*

SECT. V. IVS PVBLICVM VNIVERSA-
LE, in quo dixi

CAP. I. *De ciuitate atque iure publico ciuilique
in genere*

CAP. II. *De iure publico vniuersali generatim.*

TIT. I. *De maiestate eiusque iuribus.*

TIT. II. *De iure atque obligatione eorum, qui
sunt in ciuitatis territorio non-in-perans.*

CAP. III. *De iure publico vniuersali speciatim.*

TIT. I. *De diuersis ciuitatum formis.*

TIT. II. *De acquisitione maiestatis, speciatim in
monarchia.*

TIT.

PRAEFATIO.

TIT. III. *De limitibus maiestatis speciatim in monarchia.*

SECT. VI. IVS CIVILE VNIVERSALE, in quo sermonem feci

CAP. I. *De iuris ciuilibus uniuersalis natura.*

CAP. II. *De iure personarum.*

TIT. I. *De societatibus ciuilibus voluntariis.*

TIT. II. *De societatibus ciuilibus necessariis*

CAP. III. *De iure ad rem.*

TIT. I. *De pactis ciuilibus validis*

TIT. II. *De laesionibus*

CAP. IV. *De iure in re.*

TIT. I. *De speciebus iuris in re.*

TIT. II. *De acquisitione iuris in re.*

CAP. V. *De iure actionum.*

SECT. VII. IVS ECCLESIASTICVM VNIVERSALE, in quo exposui

CAP. I. *Ecclesiae iurisque ecclesiastici naturam.*

CAP. II. *Ius ecclesiasticum uniuersale publicum.*

TIT. I. *Potestatem ecclesiasticam.*

TIT. II. *Ius principis circa sacra.*

CAP. III. *Ius ecclesiasticum uniuersale priuatum.*

TIT. I. *Ius personarum ecclesiasticarum.*

TIT. II. *Ius rerum in ecclesia*

)(

TIT.

PRAEFATIO.

TIT. III. *Ius actionum in ecclesia.*

Et tandem

SECT. VIII. IVS GENTIUM VNIVERSALE eo ordine, vt explanauerim

CAP. I. *Naturam iuris gentium uniuersalis.*

CAP. II. *Ius gentium absolutum.*

TIT. I. *Ius gentium absolutum in statu pacifico.*

TIT. II. *Ius belli inter gentes.*

TIT. III. *Ius gentium circa legatos.*

CAP. III. *Ius gentium bypotheticum.*

TIT. I. *Ius gentium circa foedera.*

TIT. II. *Ius gentium circa dominia.*

Qua ex capitum serie manifestum est, omnia iura hoc in libello vniuersaliter esse pertractata, excepto iure feudali atque militari, quae primo quoque tempore, & deinde etiam iura positiua eo, quem ante indicaui, ordine explicata, a me, LECTOR BENEVOLE, exspecta. Vale interim, omnia examina & bona tene. Iterum vale & conatibus meis fauere perge Datum Ienae M DCC XLV. m. April.

PRAE-



PRAECOGNOSCENDORVM
IVRIS NATVRAE ET GENTIVM.

CAPVT I.

DE DIVERSO HOMINVM STATV
ET IN SPECIE MORALL

§. 1.



Fundamenta Iuris Na- Ratio
turae & Gentium syste- instituti,
matice nunc explicatu-
rus, haud inepte forsan
fecero, si, praemissis qui-
busdam de diuerso ho-
minum statu, praesertim

morali, inde Iuris naturae & Gentium naturam deduxero; de natura enim scientiae cognitio plurimum ad solidam ipsius systematis intelligentiam viam sternit, natura autem huius scientiae ex diuerso hominum statu morali eruenta est. Placet ergo ante definire, *quid sit status? quid sit status hominis? & quid sit status hominum moralis?*

§. 2.

Rei cuiusdam statum dicimus collectionem Quid sta-
A de- tus rei.

determinationum, quae in eadem vt existentes sumuntur. Obuii itaque subiecti statum definiturus, determinationes in eadem existentes vt explicet necesse est.

§. 3.

Status
diuisio.

Hinc variae status diuisiones. Quatenus enim primo determinationes sunt constantes vel mutabiles: eatenus status vel *constans*, vel *mutabilis* adpellatur a). Quatenus obuii cuiusdam subiecti determinationes cum relatione ad alia, vel sine ea relatione cognosci possunt, atque ideo vel *externae* vel *internae* sunt: eatenus status vel *externus* est, vel *internus*. Denique si determinationes, quae obuiio subiecto insunt, ad ea referri debent, quae essentia ipsius constituit, *status* quem inde intelligimus, *essentialis* vocari solet: *accidentalis* vero, si ad ea referendae, quae salua subiecti essentia abesse possunt.

COR. Ex quibus definitionibus coll. §. 149. sqq. Ph. pr. colligimus, essentialem obuii cuiusdam subiecti statum etiam esse constantem, accidentalem vero mutabilem esse.

SCH. a) Non difficile inde erit concipere status mutabilis in se considerati atque status mutabilis ad subiectum, cuius est status, relati differentiam. Nam illo respectu mutabiles rerum determinationes in abstracto, hoc vero in concreto considerantur.

§. 4.

Quid
homo?

Omnes hominum operationes, quas quotidiana docet experientia, ex anima rationali, corpore organico, eorumque arctissima unione explicari possunt. Plures ergo, quam duas homini affingere partes, rationi sufficienti repugnat. Summa igitur cum ratione binarium, quae hominem

minem constituunt, partium numerum confirmamus, constat nimirum ex anima rationali & corpore organico, quae in arctissima vnione considerata primos essentiae ipsius characteres exhibent.

§. 5.

Variae corpori atque animae nostrae in- sunt determinationes tam internae quam externae, tam constantes quam mutabiles, tam essentiales quam accidentales. Ergo & corporis animaeque statum in *internum & externum*, in *constantem & mutabilem*, in *essentialem* atque *accidentalem* vt diuidamus, necesse est. (§. 3.).

Quid status corporis & animae.

§. 6.

Corporis organici & animae rationalis vnio (qualis haec vnio, Psychologia rationalis docet) hominem constituit, quatenus est creatura rationalis, (§. 4.). Ex quo facile intelligas, quid sit *status hominis internus* atque *externus*, *constans* atque *mutabilis*, *essentialis* atque *accidentalis* (§. 5.). vide Sch. §. 3.

Quid status hominis.

§. 7.

Agimus quod rationem existentiae sufficientem in nobismet ipsis habet. Eiusmodi ad actiones aut nos ipsos determinamus, aut a constitutione nostra determinamur. *Aliae itaque sunt actiones, quas in potestate nostra habemus, aliae, quae in eadem minime sitae sunt.* Si agimus, quod in potestate nostra habemus, *sponte agimus.* Si *praeuia etiam consultatione* sponte agimus, *libere agimus* (§. III. Pf. emp.). Est itaque libertas spontaneitas magis determinata.

Quid in potestate nostra situm.

Handwritten notes:
 Hinc patet q. n. p. s.
 libertas est ad
 vult q. n. p. s.

A 2

§. 8.

§. 8.

Quid de-
termina-
tio atque
status
moralis
& phyfi-
cus.

Determinationes, quae nobis insunt, aut ea ex ratione insunt, quia libere agere possumus, aut aliam quandam inexistentiali rationem habent. *Illae* dicuntur *morales*, hae vero *physicae* seu *non-morales*. Quare & illae *statum moralem*, hae vero *physicum* seu *non-moralem* constituunt (§. 2.).

§. 9.

Ille ori-
tur ex
iure.

*i. e. potest esse
etiam*

Fieri non potest, ut aliquid agamus, nisi facultate idem agendi instructi simus. Quare, cum experientia doceat, nos saepissime libere agere, consequens est, ut etiam facultate libere seu, ut alii dicunt, pro arbitrio proprio agendi, instructi simus. Eiusmodi facultas, quatenus determinatam quandam actionem spectat, vocatur *ius* (*das Recht, die Befugniss*). *Statum* ergo *moralem* definire possumus collectionem iurium, quae in subiecto quodam, ut existentia sumuntur (§. 8), seu, ut cum Doctoribus loquar, qualitatem, cuius intuitu varii instructi sumus iure.

SCH. I. *Data definitio deduci potest ex Leg. vlt. ff. de cap. minut. In minutione enim capitis homo quaedam amittit iura, quod ex triplici deminutione capitis, maxima, media & minima intelligitur. vid. III. HEINECCII Institut. §. 76. Minutio autem capitis erat permutatio status L. I. ff. de cap. minut.*

SCH. II. *Ius hic sumitur pro qualitate personae. Ergo persona sensu iuridico est homo certo quodam statu consideratus, inde regula iuris: quidquid nullo statu gaudet, non persona, sed res habetur. ff. l. c.*

§. 10.

Statu
moralis
differen-

Facultatem cum Philosophis dicimus, possibilitatem agendi respectue sumtam. Quare, cum

cum sub alio respectu possibile esse possit, quod sub alio impossibile, non iura solum nostra in se diuersa, sed & in diuersis subiectis diuersa esse possunt (§. 9.). Quae cum ita sint, consequens est, vt diuersos status morales ponere possimus.

tiae fundamen-
tum.

COR. Ex quo facile potest colligi, quid sit status moralis constans atque mutabilis, internus atque externus, essentialis atque accidentalis (§. 3.).

§. 11.

Naturae vocem ambiguam esse, iam alibi, quantum satis est, diximus (*Annot. ad Hist. Iur. Nat. Thomasi p. 14. n. b*). In Iuris Naturalis scientia significat vel *rei essentiam* seu *notionem*, vel *vim, quatenus per rei, cui inest, essentiam modificabilis, vel statum rei, ipsa nativitate constitutum*. *Naturale* vocant Philosophi, quod ex natura sequitur, seu in natura rationem habet sufficientem. Ergo & triplex hic est naturalis significatio. Ex Ambigua Terminorum significatione conclusiones minime perspicuas oriri, logica abunde docet. Hocce itaque incommodum quo vitare possimus, natura simpliciter posita post haec essentiam, atque ideo naturale omne, quod ex essentia seu notione sequitur, significet.

Natura
& natu-
rale quid

COR. I. Si ex notione determinatae cuiusdam rei aliquid colligimus, notionem eius vel absolute, vel quatenus per ea, quae eidem contingenter competunt, magis determinatur, considerauimus. Quae itaque rei naturaliter insunt, in *naturalia absoluta* atque *hypothetica* summa cum ratione diuidimus. Ex quo facile colligitur, naturalia rei absoluta eidem necessario, hypothetica vero contingenter solummodo inesse. *Necessario enim subiecto inest*, quod salua eiusdem essentia abesse nequit, *contingenter vero quod manente eiusdem essentia abesse potest*.

COR. II. Ex quo facile intelligas, 1) quid sit status rei naturalis, tam absolutus, quam hypotheticus (§. 2.) 2) statum rei naturalem absolutum esse essentialem, hypotheticum vero accidentalem (§. 3.), atque ideo illum esse constantem, hunc vero mutabilem (*COR.* §. cit.).

§. 12.

Quid natura hominis.

Essentiam seu naturam corporis humani, animae atque hominis Metaphysica satis explicatam exhibet. Perspicuitatis tamen gratia velim, ut hic notes, 1) corporis humani essentiam consistere in determinata partium ipsius structura, qua earum una motum alterius determinare potest (§. 8. Mech.) 2) animae essentiam consistere in vi, qua sponte agere atque percipere potest (§. 9. Pf. rat.). 3) Hominis tandem essentiam explicaturus corporis animaeque unionem ut determinet, necesse esse (§. 5.).

COR. Abunde inde patet, quid sit status corporis humani, animae atque hominis naturalis tam absolutus, quam hypotheticus (§. 11. *COR.* 2.).

§. 13.

Principia natura eadem iura.

Iura, quae homines habent, vel ex eorum essentia seu natura sequuntur, vel minus. Ergo & sunt vel naturalia vel praeternaturalia (§. 11.). Et illa iterum vel absoluta vel hypothetica (*COR.* 1. §. cit.). Posita eadem ratione sufficiente idem etiam inde sequitur. Quare, cum homines eandem habeant essentiam seu naturam, (§. 12.) quatenus absolute spectantur homines, iisdem etiam iuribus naturalibus absolutis, & quatenus eadem sub hypothese considerantur, iisdem etiam iuribus naturalibus hypotheticis instructi sunt.

§. 14.

§. 14.

Iura, quibus homo instructus est, statum eius moralem constituunt (§ 9). Satis itaque ex dictis intelligimus, *quid sit status hominum moralis naturalis tam absolutus* (qui etiam *status moralis mere naturalis* vocatur) quam *hypotheticus*: omnesque homines absolute consideratos in eodem statu morali naturali absoluta, & quatenus eadem sub hypothese considerantur, in eodem etiam statu morali naturali hypothetico esse (§. 13.). Hinc statum moralem naturalem absolutum *statum aequalitatis* seu cum HOBBSIO (a) *statum libertatis naturalis* dixerunt.

Ergo & eundem statum moralem naturalem habent.

COR. I. Sequitur inde, vt. statum hominis moralem naturalem atque absolutum explicaturus facultates pro arbitrio proprio agendi, quibus vi essentiae absolute consideratae instructus, & statum hominis moralem naturalem atque hypotheticum euolurus eiusmodi facultates, quibus vi essentiae hypotheticae consideratae instructus est, determinare debeat (§. 9. & 11. Cor. 1.).

COR. II. Praeterea inde intelligitur, statum hominis moralem naturalem atque absolutum esse constantem, hypotheticum vero mutabilem (§. 11. Cor. 2.).

(a) de Ciu. c. 3. seqq. conf. l. L₃₂. de R. I.

§. 15.

Homines in statu mere naturali seu in statu naturali absoluto viuentes vel in se vel in relatione ad alios considerari possunt. Priori respectu status ille naturalis *status solitudinis*, posteriori vero *status socialis absolutus* a Doctores I. N. & G. vocatur. Quicquid igitur de statu naturali absoluto §. 11. seqq. explicauimus, de statu etiam solitudinis & sociali absoluto valere debet.

Diuisio status mere naturalis.

§. 16.

Status
hypo-
theticus.

Homines per facta tam noua iura acquire-
re quam iura amittere posse, experientia satis
confirmat. Statum itaque moralem hypothe-
ticum, quem antè definiui, iuraque, quibus
constituitur, hypothetica possibilis esse, eadem
ex experientia satis colligi potest.

§. 17.

Eius di-
uisionis
fun-
damentum.

Iura illa hypothetica saepissime eo ten-
dunt, vt certus quidam obtineatur finis. Con-
iunctio plurium ad obtinendum certum finem
audit *societas*. Ergo & statum hominum mo-
ralem hypotheticum in *socialem* & *non-socia-*
lem diuidere licebit.

COR. Sequitur inde, vt diuersos hominum status hy-
potheticos sociales determinaturus diuersos fines, ad
quos obtinendos homines se coniunxerunt, explicare
debeat.

§. 18.

Quid so-
cietas
connu-
bialis.

Si societatis finis est procreatio sobolis, so-
cietas appellatur *connubialis*, & iura inde ena-
ta sunt *connubialia*.

vid. §. 1. Inst. de Patr. pot. & GROTIUM de I. B. & P. Lib.
II. c. V. §. 8.

§. 19.

Quid so-
cietas
paterna.

Finis, cuius character est sobolis educatio,
societatis paternae notionem exhibet; & iura,
quae ex hac societate oriuntur, sunt *paterna*
seu *patriam potestatem* constituunt.

vid. ff. L. 4. d. R. I.

§. 20.

Quid so-
cietas
herilis.

Homines, quatenus sine relatione ad alios
considerantur, non omnia posse acquirere,
quae sibi vtilitatem inferunt, quotidiana con-
fir-

firmat experientia. Inde primo oritur societas, vbi quis alteri operas praestat, quae *societas dominica* seu *herilis* vocatur. Hac in societate ille, qui alteri praestat operas, *seruus*, & cui praestantur, *dominus* dicitur. Iura quae hac ex societate oriuntur, partim sunt domini, partim vero serui.

§. 21.

Fuimus huc vsque in eo, vt *societates simplices* seu *minores*, connubialem scilicet, paternam & herilem exponeremus. Nunc *societates minores* seu compositas, quae ex societatum hucusque explicatarum coniunctione oriuntur, determinabo.

Quid societates minores & maiores.

maiores.

§. 22.

Societas ex duabus vel tribus societatibus simplicibus composita dicitur *societas domestica* ab aliis etiam *familia*, (a). Ergo in societate domestica possunt esse coniuges, parentes, domini, dominaeue, filii, filiaeue & serui (§. 18. 19. 20. 21.). Potest tamen sine seruo potest etiam sine liberis esse (§. 21.) (b). Coniuges, parentes, domini dominaeue dicuntur hac in societate *capita familiae* seu *patres-matresue familias*; serui autem & liberi *Domesticorum* nomine indigitari possunt, ex quibus liberi filii-filiaeue *familias* vocantur. Iura, quae ex hac societate originem ducunt, sunt *domestica*, quae etiam a quibusdam *familiaria* vocantur.

Quid societas domestica.

(a) vid. HERT. *Elem. p. 1. Sect. 1. §. 11.* vbi familiam cum ciuitate comparat.

(b) conf. HUBER. *d. Iur. Civ. Lib. II. sect. 1. cap. 11. n. 14. seqq.*

§. 23.

Quid pagi & vici.

Securitatis studium plures familias, quarum singulae res suas separatim habuerunt, ita vt nulla earum in alteram imperium habuerit, coniunxit. Vnde *pagi* & *vici* orti sunt, quos data pro definitione contra *HVBERVUM* (a) infra defendam. *Iura*, quae hac ex societate concipiuntur, breuitatis gratia post haec *familiaria restricta* vocabo.

(a) d. Iur. Ciuit. L. 2. Sect. 3. cap. 5. n. 5.

§. 24.

Quid ciuitas.

Vt societates, quarum mentionem feci §. 23., commodo, cuius causa constitutae erant, plenius fruerentur, tum voluntates, tum vires in vnam transtulerunt personam vel physicam vel moralem. Inde *societates ciuiles seu ciuitates* ortum habent, & *iura*, hoc ex facto colligenda, dicuntur *ciuilia*. Ergo Ill. BOEHMER. *vir magni nominis* (a) *ciuitatem* sc. *humanam* ita definit: *vt sit costus plurium hominum sub imperio pactis vel expressis, vel tacitis vnitus, tutioris & tranquillioris vitae gratia.*

SCH. Plures homines vnam personam moralem posse constituere, ita euinco: Persona moralis est homo, quatenus certum habet statum moralem. Status moralis iuribus constituitur. Plures itaque homines, quibus ad commune aliquid obtinendum concessa sunt iura, in vno eodemque statu morali viuunt, atque ideo vnam personam moralem constituunt. Ex quo manifestum est, a personalitate, vt ita dicam, physica ad personalitatem moralem non valere consequentiam.

(a) in Iure publico vniuersali Lib. I. cap. 3. §. 1. conf. GYNDLING. in I. N. & G. cap. XXIII. §. 10. sqq. it. BEYER. cap. XXIX. §. 3. seq.

§. 25.

In qua duplex homi-

Civilem itaque statum moralem explicaturus statum Imperantis seu eius, in cuius arbitrium

bitrium feliquorum voluntates resolutae, a statu obtemperantium seu subditorum, id est, eorum, qui in imperantis arbitrium suas voluntates resoluerunt, distinguere debet. (§. 24. & 10.). Quatenus in ciuitate constituenda ad illum referuntur, statum ciuilem vocant *publicum*, alias vero *priuatum*. Ergo & hos in ciuitate distinguere debemus status.

num status moralis distinguendum debet.

§. 26.

Religionem tandem magna emolumenta ad conseruandam ciuitatis securitatem conferre, infra demonstrabo. Necessarium igitur est, vt in ciuitate societates deprehendantur, quarum membra in Dei cultum consentiunt (§. 24.), eiusmodi societas appellari etiam potest *ecclesiastica*, quae *iura* inde dicta *ecclesiastica* porrigit. Quae alia sunt ratione imperantis in ciuitate, alia vero ratione obtemperantium.

Quid ecclesiastica.

§. 27.

Statum moralem quando naturalem, quando vero praeternaturalem, qui etiam *aduentitius* vocatur, iam supra explicauimus (§. 13. sq.). Quare, si diuersorum statuum moralium notiones haecenus explicatas eos per conceptus magis velis determinare, facile intelliges, qua sub determinatione societas connubialis (§. 18.) paterna (§. 19.), herilis (§. 20.) domestica (§. 22.), pagana & vicina (§. 23.), ciuilis (§. 24.) & ecclesiastica (§. 26.) *societates naturales*, & inde enati status morales atque iura, *status naturales* & *iura naturalia*; & qua sub determinatione *societates aduentitiae*, *status aduentitii*, *iuraque aduentitia* dici merentur.

Status haecenus explicati quando naturales, quando praeternaturales, indicatur.

SCH. GROTIUS L. I. de I. B. & P. c. III. §. III. *com multia*

multis statum naturalem socialitati opponit, & alii statum naturalem opponunt civili. Sed diuisionem, quam docet methodus naturalis, quoad maiorem partem cum CHRIST. THOMASIO, in Instit. Iurispr. Diu. c. 2. l. 1. sequutus sum, haec enim mea est sententia, vt diffidia in I. N. & G. mota huius diuisionis ope euitari possint.

§. 28.

Quomodo hic societa-tes status & iura denomi-nata per-trahan-
da.

Philosophicam polliceor orationem. Ergo hoc in systemate non nisi naturalia societatum, statuum & iurium denominatorum explicaturus, (§. 27.) aduentitia aliis commendabo temporibus. Ante autem, quam ipsum aggredior systema, I. N. & G. naturam variasque huius scientiae partes capite proxime sequenti, breuissimis vt explanem necesse erit.

CAPVT II.

DE IVRE NATVRAE ET GENTIVM GENERATIM SPECTATO EIVSQVE VARIIS CAPITIBVS.

§. 29.

Ratio in-stituti.

OMnia, quae de Iure Naturae & Gentium generatim spectato considerari possunt, hic persequi ob instituti rationem non possumus, ideam modo huius scientiae, cuius veritatem ipso in systemate euincam, hic exponere, erit consultum.

§. 30.

Quid Iurispru-dentia.

Scientiam de legibus earumque applicatione ad facta (sc. moralia, quae a nostra libertate dependent (§. 8.)), secundum loquendi usum *iurisprudentiam* vocamus. Qua ex ratione etiam a Ictis (a) ars aequi & boni nominata

nata est. Duo igitur in Iurisprudencia ponenda sunt capita, quorum primum scientiam de legibus, quae est *iurisscientia* seu *iurisperi-*
tia, & alterum scientiam de applicatione legis ad facta, quae est *iurisprudencia stricte sic dicta*, seu vt GVNDLINGIVS (b) loquitur, *iurispru-*
dentia iudicialis, exhibet. Iurisprudenciam itaque explicaturus duo haec capita vt seiungat, seiunctaque vt interpretando explanet, necesse erit.

(a) L. 1. pr. ff. tit. de I. & I.

(b) I. N. & G. c. XXXVI. §. 54.

§. 31.

Eiusmodi de rerum determinationibus *scien-*
tia, quae earum ex notionibus colligitur, vocatur *philosophica*. Philosophicam ergo scientiam de legibus earumque adplicatione ad facta, *Iurisprudenciam philosophicam* (a) adpellare possumus, quae ea est, quam vulgo *naturalem* seu *Ius naturale* dicunt. vid. §. 11.

Quid Iurisprudencia naturalis.

COR. I. Philosophice ergo Iurisprudenciam pertractaturus *primo* rerum notionem euoluere, *deinde* quid iusti atque honesti colligere, & *tandem*, quomodo, quae inde sequuntur, ad facta adplicanda, rerum ex notionibus inferre debet. (§. 11.)

COR. II. Porro ex eadem definitione manifestum est
 1) *Iurisprudenciam naturalem esse vniuersalem*, quae enim ex rei cuiusdam notione sequuntur, de omnibus eiusdem speciei valere debent. 2) *Ius naturale in absolutum seu necessarium & hypotheticum seu contingens dividi posse* (§. 11. Cor. I.).

SCH. (a) Sumo terminum in illo ambitu, quo illo usus fuit BENEDICT. WINCLER. Lib. II. Principiorum iuris. c. 9.

§. 32.

Quoniam a genere ad speciem semper valet Methodus tradit.

Sancti
iurispru-
dentiam
natura-
lem.

conclusio, quicquid de iuri-prudentia genera-
tim §. 30. explicatum, de iurisprudencia etiam
naturali feu vniuersali valere debet. Vsum hu-
ius diuisionis esse maximum, systema infra do-
cebit.

§. 33.

Funda-
mentum
de parti-
bus iuris-
pruden-
tiaē vni-
uersalis.

Nec difficile iam erit, concipere diuersas
Iurisprudenciae vniuersalis partes. Leges enim
determinare iura, quibus quis instructus esse
possit, non quotidiana solum experientia do-
cet, sed & systema deinde satis confirmabit.
Quare, cum diuersa iura diuersos status mora-
les constituent (§. 9.), tot Iurisprudenciae vni-
uersalis ponere possumus partes, quot status
morales naturales ponendi (§. 31.).

§. 34.

Quid
theoria
ethicae.

Iurisprudencia naturalis, quatenus solitudi-
nis respicit statum (§. 15.), exhibet *theoriam
ethicae*; ethica enim omnium consensu media
virtutum tradit.

§. 35.

Quid iu-
rispru-
dentia
simplici-
ter talis
& socia-
lis.

Naturalis iurisprudencia, quae statui sociali
absoluto (§. 15.) officia praescribit, *simpliciter
iurisprudencia* vocatur. Quatenus vero statum
socialem hypotheticum (§. 16.) describit, est
iurisprudencia socialis.

§. 36.

Iurispru-
dentia
oecono-
mica spe-
cialis.

Iurisprudencia socialis quatenus minoribus
societatibus (§. 21.) officia inculcat, dicitur
iurisprudencia oeconomica specialis.

§. 37.

Quid iu-
rispru-
dentia

Si maiores consideramus societates, animo
nobis obuersantur societas domestica (§. 22.),

pagi

pagi & vici (§. 23.), ciuitas (§. 24.), & ecclesia (§. 25.). Ergo & variae Iurisprudentiae vniuersalis oriuntur partes, si ad hasce etiam adplicetur societates, perque earum notiones magis determinetur (§. 33.). Quatenus enim iurisprudentia illa socialis per societatum domesticarum, pagorum atque vicorum notiones magis determinatur, oritur *iurisprudentia oeconomica generalis*.

oeconomica generalis.

§. 38.

Iurisprudentia vniuersalis per notionem ciuitatis magis determinata *Ius civile vniuersale* vocatur. Quum vero, in ciuitate statum publicum & priuato distinguere debeamus, atque ita iurisprudentia vniuersalis tam per status publici quam per status priuati notionem magis determinari possit, *Ius civile vniuersale* in *publicum* atque *priuatum* diuidere licet. Illud simpliciter *Ius publicum* & hoc *Ius civile* a Doctoribus vocatur.

Quid ius civile vniuersale tam publicum quam priuatum.

§. 39.

Hactenus ex dictis manifestum est, terminum iuris esse ambiguum (a). Ne vero & ambiguae sententiae inde orientur, varias huius termini significationes exponere, necesse erit. Significat vero secundum receptum loquendi usum ius primo *decisiuam iudicis sententiam* (b); secundo, *locum, in quo iuridiciariae causae tractantur* (c); tertio *necessitudinem vel coniunctionem sanguinis* (d); quarto *omne id quod iustum est* (e); quinto *moralem personae qualitatem* (f); sexto *legem* (g); septimo *iurisscientiam seu iurisprudentiam* (h). Quarta, quinta, sexta & septima significatione in systemate terminum

Varia vocis iuris significatione.

num quidem accipiamus, ita tamen determinate, ne ambiguae inde euadere possint conclusiones.

- (a) *L. pen. de ult. ff. de Iust. et Iur. vbi Icti terminum iuris vario significatu accipi testantur.*
- (b) *L. pen. ff. tit. cit.*
- (c) *L. 9. §. 7. ff. de interrogat. action. C. de in ius vocando L. pen. ff. de Iust. et Iur.*
- (d) *L. fin. ff. de Iust. et Iur.*
- (e) *GROT. de I. B. et P. Lib. I. cap. I. §. 3. sqq.*
- (f) *vid. supra §. 9. & GROT. l. c.*
- (g) *GROT. l. c.*
- (h) *L. 1. ff. de Iust. et Iur. qua ius Vlpiano describitur ars boni & aequi. vid. pluribus IOH. de DICASTILLO de Iust. et Iur. tract. 1. Lib. 2.*

§. 40.

Quid ius ecclesiasticum vniuersale tam publicum quam priuatum.

Iurisprudentiam vniuersalem per ecclesiae notionem magis determinatam *ius ecclesiasticum seu canonicum vniuersale* vocabo. Iura ecclesiastica alia sunt ratione imperantis, qui in ciuitate est, alia vero ratione obtemperantium (§. 26.). Priori respectu ius illud *iuris ecclesiastici publici vniuersalis*, posteriori vero *iuris ecclesiastici priuari vniuersalis* venit nomine.

§. 41.

Quid gentes & ius gentium vniuersale.

Ciuitates, quarum vna ab altera non dependet, a Doctoribus I. N. & G. *Gentes* vocantur. Ergo & *iuris gentium vniuersalis* naturam inde concipere possumus, est nimirum iurisprudentia vniuersalis per notiones gentium magis determinata.

SCH. III. quidem HEINECCIO §. 21. Elem. Iur. Nat. & Gent. Ius Gentium idem est, ac ius sociale, sed Iure sociali explicato manifestum erit, quid inter Gentes iustum atque iniustum, ex societatum constitutionibus minime posse inferri.

§. 42.

§. 42.

Iam intelligimus, cur vniuersalis iurisprudentia (§. 31.) vocata sit *ius naturae & gentium*.

Iurisprudentia vniuersalis dicitur Ius N. & G.

§. 43.

Inscribitur haec tractatio: *Introductio in iurisprudentiam vniuersalem*. Habemus ergo ex iam dictis, cur duas id institutum sistat partes.

Quae in hoc systemate pertraanda.

PARS GENERALIS exponit I. N. & G. generalia.

PARS SPECIALIS.

- Sect. I. *Theoriam ethicae exhibet.*
- Sect. II. *Iurisprudentiam simpliciter talem explicat.*
- Sect. III. *In oeconomiam specialem inquirat.*
- Sect. IV. *Oeconomiam generalem examinat.*
- Sect. V. *Ius publicum vniuersale explanat.*
- Sect. VI. *Ius ciuile vniuersale porrigit.*
- Sect. VII. *Ius ecclesiasticum vniuersale indicat.*
- Sect. VIII. *Ius gentium vniuersale sistit.*

§. 44.

Placuit Philosophis, Ius Naturale in *ius cogens & humanum* diuidere. In rationem huius diuisionis breuissimis hic inquirere, necessarium esse iudico. Leges alias ita comparatas esse, vt alter alterum ad earum custodiam cogere possit, alias vero minus, in ipso systemate demonstrabo. vid. B. KOEHLERI I. N. Exercit. §. 2. sq. Prolaf. Illae sunt cogentes, hae vero humanae. Ergo & de illis scientia *ius cogens*, de his vero *ius humanum* vocare licebit.

Explicatio diuisionis in ius cogens & humanum.

B Quam

Quamuis vero maxime inter se haec iura differant: nullum tamen dubium est, quin ius naturae humanum incredibilem utilitatem adferat iis, qui iuri naturali cogenti excolendo animum adpellunt, quum pleraque huius praeccepta ex illius dogmatibus inferri determinarique debeant, qua ex ratione tam illud quam hocce deinde explicaturi sumus.

SCH. Permulti etiam de iure Gentium humano dicunt, sed nescio, quod ius Gentium humanum a iure naturae humano diuersum sibi fingunt.

§. 45.

Quod dicitur
stingui-
tura phi-
losophia
moralis
politica
& oeco-
nomia.

Haecenus indicatas scientias hoc in systemate ita pertractabo, ut prudentiae regulas, quae viam ad obseruanda praeccepta in iuris prudentia vniuersali praescripta docent, hic omittam, utpote in *Philosophia morali, politica striete sic dicta, & oeconomia morali* vberius explicandas.

§. 46.

Vfus huius
scientiae
in
Theologia.

Finiamus aliquando sermonem praeliminarem, & pauca quae de utilitate huius scientiae dicenda supersunt, pressius persequamur. Ratio & reuelatio Deum communem agnoscunt fontem, fieri igitur non potest, ut leges naturales iis repugnent, quas sacra scriptura exhibet. Sed contradictio, quae inter has leges apparet, sine systematica huius scientiae cognitione remoueri nequit. Reflectas *ad doctrinam de iure principis circa sacra*, de matrimonio, homicidio, de gradibus prohibitis &c. Non minori vi hoc meum principium corroborat HORTLEDER in historia, quam (a) de foedere Schmalckaldico Sec. XVI. initio exposuit.

(a) Tom. II. Lib. I. de fat. & Indiēt. bell. Germ.

§. 47.

§. 47.

Ius publicum particulare, quod ex ciuitatum particularibus historiis, pactis atque situ pendet, continet determinationes specificas vniuersalium. Determinationes specificae intelligi nequeunt, nisi id, quod determinatur, concipiamus, ergo in addiscendo iure publico particulari initium ab vniuersali faciendum est. Veritatem a posteriori euictam OBRECHT. (a) exhibebit.

In iure
publico
particu-
lari.

(a) *Dissert. de Abdicatione Caroli V.*

§. 48.

Excipit hoc argumentum aliud quoddam non minoris me arbitro roboris. Principes in libertatis viuunt statu. Ergo principum lites non ex iure Iustiniano sed ex iure quod principes commune habent, discernendae sunt. Quis autem nescit, ius illud ius naturae & gentium esse?

In discernendis
libertatibus
principum.

vid. THOMASII *Iurisprudentiam iudicalem.*

§. 49.

In Iurisprudentia civili particulari legislator praecepta iuris vniuersalis repetit, inculcat, ad singularem ciuium suorum conditionem accommodat, & determinat ea ex statu reipublicae, quae in principiis iuris vniuersalis indeterminata relinquuntur. Quis igitur est, qui leges iuris civilis particularis interpretari, earum iustitiam demonstrare, & ad facta legitime applicare potest, qui iuris vniuersalis fundamenta ignorat? Nemo mihi vitio vertet, si ignorantiam iuris vniuersalis causam & ortum *rabularum* atque *lesuleiorum* dicam. Hac etiam

In iure
civili
particu-
lari.

iam ex ratione Imperator, *ius ciuile collectum esse ex rationibus naturalibus, gentium atque ciuilibus, docet (a).* Et quid aliud spectat haec communis iurisprudentiae definitio, *quod nimirum sit diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia?* Est enim *notitia rerum diuinarum atque humanarum* communis Stoicorum de Philosophia definitio, ex quorum praecceptis *ius ciuile* quoad maximam partem collectum est.

(a) §. ult. *Inst. de Inst. & Iur.*

(b) vid. GUILIELMI GROTII tract. *de vitis Ictorum in ff. extantium, ubi Vlpianum, qui auctor huius definitionis, Stoicum esse demonstrauit.* CONF. IOH. EISENHARTII *harmoniam Institutionum Iuris Naturalis & ciuilis.*

§. 50.

In iure
canonico
particu-
lari.

Non est, vt de iure canonico particulari, quod ex certarum ecclesiarum historia, pactis atque situ pendet, & de iure gentium voluntario pactis atque moribus Gentium constituto multa dicam. Quia commoda, quae ius ecclesiasticum vniuersale, atque ius Gentium vniuersale in explicandis praecceptis particularibus praestat, eodem ex fonte facile deriuari possunt. Nihil enim verius nihil manifestius, quam particularia sine vniuersalibus intelligi non posse.

Finis Praecognoscendorum.



IN-

INTRODVCTIONIS

AD

IVS NATVRAE ET
GENTIVM

PARS GENERALIS.

INTERNATIONAL

JOURNAL

OF

PHYSICS

INTRODVCTIONIS

AD

IVS NATVRAE ET GENTIVM PARS GENERALIS

CAP. I.

DE ACTIONIBVS HOMINVM MORALI- BVS EARVMQVE MORALITATE.

§. I.

Homo est animal rationale. Quae igitur homini competunt, partim ex animalitate, partim ex rationalitate concipiuntur. Quumque rationalitas sit hominis differentia specifica (§. 35. Pr. Log.), consequens est, vt prima naturae homini propria constituent, quae ex rationalitatis conceptu deriuantur. (§. 145. Log. §. 12. Pr.)

Homini competit animalitas & rationalitas.

§. 2.

Hominis, qua animalis, duas esse partes essentielles, Metaphysica satis confirmat, corpus nimirum organicum atque animam. Nec minus eadem docemur, corpus organicum varias producere posse actiones, quae partim secundum leges mechanicas: partim secundum leges pyrobolicas; partim secundum leges hydraulicas modificantur. Quae igitur corporis organici mutationes hisce ex legibus concipi possunt, inter naturales ipsius operationes recte referuntur.

Ex animalitate corpus organicum & anima concipiuntur, & qua corpori competunt.

§. 3.

Animae qua tali facultas cognoscitiua atque appetitiua inest. Facultate cognoscitiua ani-

Quid facultas cognoscitiua

B 4

ma

ma sibi obiecta tam formaliter quam materialiter secundum corpus organicum repraesentat, & dicitur, quatenus animae, qua tali, competit, *inferior*, (quoniam solummodo ut sensibilia eadem sibi repraesentare potest obiecta.) (§. 71. seq. Pr. Log.).

§. 4.

Quid
sensatio
imagina-
tio & fa-
cultas
fingendi.

Quae sibi ut sensibilia mens repraesentat, vel corpori praesentia sunt, vel absentia. Si prius, facultas cognoscitiua inferior dicitur *sensatio*: si posterius, vel sensu eadem olim percepit vel non, priori respectu est *phantasia seu imaginatio*, posteriori vero *facultas fingendi*.

§. 5.

Explica-
tio legis
sensatio-
nis.

Lex sensationis est propositio: *si obiecta externa organo sensorio mutationem inducunt* (quae mutatio a Philosophis *species impressa* vocatur, vide §. 31. Pf. emp.) *in mente eadem coexistit idea sensualis, rationem cur in sit, & cur talis sit, in mutatione illa agnoscens.* (§. 33. Pf. emp.).

§. 6.

Idearum
sensuali-
um ne-
cessitas.

Posita causa, etiam id ponere debemus, cuius est causa, *posita igitur mutatione ab obiectis externis organis inducta, in anima etiam nostra idea sensualis necessario existere debet.*

COR. I. Ex quo colligimus, in potestate nostra non esse ideas sensuales, si mutationes illae organis sunt inductae.

COR. II. Quoniam autem idea sensualis tantummodo data sub hypothese necessaria est, *si mutatio determinata vel quoad esse, vel quoad talem esse in potestate nostra posita sit, in eadem etiam erit idea sensualis vel quoad esse vel quoad talem esse.*

SCH.

SCH. Diſta quo accuratius intelligi poſſint, notandum eſt, nullum in poteſtate noſtra poſitum eſſe effectum, niſi quatenus cauſſa, a qua dependet, in eadem ſita ſit. Nam effectus exiſtentia poni debet poſita cauſſae ipſius exiſtentia. Hac vero ceſſante, vt illa etiam ceſſet, neceſſe eſt. vide §. 16. Cor. Pl. emp.

§. 7.

Principum: ſi duo obieſta ſimul vel per ſe vel per ſimilitudinem quandam percepimus & deinde eorum vnum iterum cogitamus, haec cogitatio etiam cogitationem alterius, vel totam vel quoad partes reproductit. Quoad primum legis imaginationis, & quoad alterum legis fictionis accepit nomen.

§. 8.

Poſſia igitur rei perceptione, quae cum alia olim percepta, ponitur etiam perceptio rei alterius vel tota vel quoad partem. (vide §. 39. ſqq. Pl. emp.).

Necceſſitas phan-
taſma-
tum &
fictio-
num.

COR. I. Imaginationes ergo vt & fictiones quae tales, data ſub hypotheſi in noſtra poteſtate minime poſita ſunt (§. 6. Sch.).

COR. II. Somnia ſunt phanſmata, id eſt, ideae ab imaginatione & facultate fingendi productae (28. Cor. 2. Pl. emp.), ſomnia igitur, quae talia, in poteſtate noſtra minime ſita ſunt (Cor. 1.), quo vero reſpectu dici poſſit, vt in eadem ſint poſita, ex Sch. §. 6. facile intelligitur. vide THOMASII Diſſ. de iure circa ſomnum.

COR. III. Saepiſſime ideas reproductas recognoſcimus. Et hoc reſpectu animae tribuitur memoria. Recognitio idearum ex lege affociationis idearum explicatur (§. 11. ſeq. Pl. emp.). Ergo & recognitio idearum atque ideo vſus memoriae non ſemper eſt in poteſtate noſtra. (Cor. 2.).

§. 9.

Ex quibus conſequitur, vt ſenſationes, Quae
B 5 ima. ideae

menti
natura-
les.

imaginationes atque fictiones animae qua naturales insunt (§. 11. Pr.), quarum inexistencia ex lege sensationis (§. 5.), imaginationis (§. 7.) atque fictionis (§. cit.) explicari potest.

§. 10.

Harmo-
nia per-
ceptio-
num
mentis
cum mu-
tationi-
bus in
corpore.

Perceptiones mentis, quas hucusque explicauimus, vltimam rationem in sensatione habent (§. 7.), ideae autem sensuales ex mutationibus, quas obiecta externa organisi sensorii inducunt, oriuntur (§. 5.). Quare, cum *plura in harmonia sint*, quatenus ex vnius mutationibus alterius mutationes intelligi explicarique possunt, sequitur vt inter perceptiones mentis hucusque explicatas & mutationes corpori organico inductas arctissima sit harmonia, quae facit, vt corpus & anima vnum suppositum, quod dicitur animal, constituent.

§. 11.

Quae
mutatio-
nes ho-
mini,
quatenus
est ani-
mal, na-
turales.

In homine igitur, quatenus est animal, naturales sunt mutationes, quae ex legibus mechanicis, pyrobolicis, hydraulicis, sensationis, imaginationis, & fictionis, quatenus harmonice modificantur, concipi, curque in eodem existant, explicari possunt (§. 10. 1. 2. coll. §. 11. Pr.).

§. 12.

Mutatio-
nes illae
varios
homi-
num de-
finiunt
status.

Omnis mutatio dat determinationem quandam, determinationes quae in ente quodam vt existentes sumuntur, statum ipsius definiunt (§. 3. Pr.), status igitur hominis, quatenus est animal, variis ex principiis determinari potest (§. 11.).

§. 13.

§ 13.

Varia consentiunt, si eorum coniunctio ex communi quodam fundamento explicari potest. Si vero ex oppositis fundamentis explicari debet, *dissentiunt*. Quatenus varia consentiunt, eo etiam respectu *perfectum*, quatenus vero dissentiunt, eo etiam respectu *imperfectum* constituunt. Est ideo *perfectio* generatim variorum consensus, *imperfectio* vero variorum dissensus.

Quid
perfectio
& imper-
fectio.

COR. I. Posita itaque variorum conjunctione, aut perfectio aut imperfectio poni debet.

COR. II. Et quoniam determinationes, quae enti insunt, tam in abstracto quam quatenus eidem insunt considerari possunt, fieri etiam potest, ut determinationes entis in abstracto spectatae consentiant, licet non consentiant cum essentia entis, in quo existunt. Quare, cum eiusmodi determinationes statum constituent (§. 3. Pr.), sequitur, ut status in abstracto consideratus perfectus esse possit, licet non sit perfectus, quatenus sit status determinati cuiusdam entis.

COR. III. Omne ens entale per suam essentiam (§. 15. Ph. pr.). Necessario est, ut determinationes, quae enti insunt, cum essentia ipsius consentiant, si eiusmodi ens sit perfectum, seu si status sit perfectus, quatenus ut status determinati cuiusdam entis consideratur. Ex quo patet, a perfectione status in abstracto considerati ad perfectionem entis, cuius sit status, non valere consequentiam.

§. I.

Iam facile intelliges, hominem agendo statum suum aut perficere aut imperfectiorem reddere. Quia enim nunquam agit homo, ut non determinatio quaedam cum ipsius essentia inde coniungatur, (quod experientia confirmat), quae cum eadem vel consentit vel dissentit (§. 13. Cor.

Quam
homo 2-
gendo
acquirit.

13. Cor. 1.): sane nil agere poterit, quo statum suum nec perficiat, nec imperfectiorem reddat (Cor. 3. §. 13.).

Perfectio
hominis
est perfe-
ctio com-
posita.

Perfectio
corporis.

Perfectio
animae
qua talis.

SCH. I. *Hominis perfectio, quatenus est animal, non simplex, sed maxime composita est, perfectione enim corporis atque animae componitur (§. 2.).*

SCH. II. *Corpus perfectum est, si motus mechanicus, pyrobolicus & hydraulicus consentiant. Motus mechanicus a structura, pyrobolicus atque hydraulicus a mixtione dependet. Corpus ergo nostrum perfectum est, quatenus structura & mixtio consentiant.*

SCH. III. *Perfectionem animae qua talem Psychologia empirica abunde explicat. Conf. §. 48. sqq. Pr. Log.*

§. 15.

Quid bo-
num &
malum.

Bonum enti dicimus, quod idem perficit; **malum**, quod idem imperfectius reddit.

COR. Boni itaque atque mali conceptus est relatiuus. Quicquid ergo in statum externum perfectiones infert, est *bonum externum seu fortunae*, & quicquid in statum internum infert perfectiones, *bonum internum* vocatur (§. 3. Pr.). In situ nostro interno animam a corpore separamus (§. 2. & §. 2. Pr.). Quicquid igitur *bonum intuitu animae & corporis*, facile ex dictis concipitur. Oppositorum oppositae sunt definitiones, mali ergo externi atque interni, corporis atque animae definitiones facile ornare possumus. vid. Schol. ad §. 14.

§. 16.

Ex intui-
tu boni
oritur
appeti-
tus &
mali a-
uersatio.
Et quid
status in-
differen-
tiae.

Eam experimur mentis nostrae naturam, ut se ad obiectum pro ratione boni in eodem percepti inclinaret, & ab obiecto pro ratione mali in eodem percepti reclinet. Inclinatio illa *appetitus*, reclinatio vero *auerfatio* vocatur. Perceptio igitur boni ratio sufficiens appetitus, & perceptio mali ratio sufficiens auersationis appellari poterit, quoniam *ratio sufficiens*
dici-

dicitur antecedens, ex quo consequens intelligitur.
 Status mentis, quò nec appetit nec auersatur
indifferentiae status vocatur. Cuius possibilitas
 ex iam dictis facile intelligitur.

§. 17.

Ex illis consequitur, vt propositio: *quic-* Lex ap-
quid nobis tanquam bonum cogitamus, id appe- petitus
timus, lex appetitus; & propositio: *Quicquid* & auer-
nobis tanquam malum cogitamus, id auersamur, fationis.
 lex auersationis dici possit.

*COR. I. Si ergo cogitemus obiectum A nobis esse
 bonum, necesse etiam erit, ut idem appetamus. Et
 si cogitemus, obiectum A nobis esse malum, necesse
 erit, vt idem auersemur.

COR. II. Dicta ergo sub hypotheti nec appetitus nec
 auersatio in nostra erit potestate (Sch. §. 6.).

COR. III. Ponamus autem appetitus & auersationis
 antecedens in nostra esse potestate, ipse etiam appe-
 titus & auersatio ut in potestate nostra sit, consequens
 erit (§. cit. COR. 2.).

§. 18.

Et ita alia euidèta sunt principia, ex quibus
 naturales mentis determinaciones colligi (§. 11.
 Pr.), statusque hominis naturales explicari pos-
 sunt. (§. 3. Pr. vid. §. 11. 12.).

Quatenus
 uum ex-
 hibent
 principi-
 um ho-
 minis na-
 turales
 status
 cognoscen-
 di.

§. 19.

Quatenus obiecta vt sensibilia cogitamus,
 cogitationes nostras multis implicatas esse con-
 fusionibus, experientia abunde confirmat.
 Quare, cum obiecta sensatione & imaginatione
 percepta vt sensibilia solummodo cogitentur (§.
 3. sqq.), cogitationes, quas sensatione & imagina-
 tione habemus, variis implicantur confusionibus.

Cogita-
 tiones ex
 sensatio-
 ne &
 imagina-
 tione or-
 tae sunt
 confu-
 sae.

§. 20.

§. 20.

Inde ori-
untur ap-
petitus
sensiti-
uus &
auerfatio
sensitiua.

Ideae sensuales & phantasmata saepissime efficiunt, vt alia obiecta appetamus, alia vero auersemur (§. 16.). Quoniam vero ideae illae variis implicantur confusionibus (§. 19.) sequitur, vt *etiam in mente ex idea confusa boni appetitus, & ex idea confusa mali auersatio oriri possit.* Haec ex ratione appetitus dicitur *sensitiuus*, auersatio vero *sensitiua*.

§. 21.

Quae
constitu-
unt men-
tis facul-
tatem
appetiti-
uam &
quidem
inferio-
rem.

Facultas mentis, qua appetit & auersatur, dicitur *appetitiua*, quae est *inferior* si praeuia cognitione multis confusionibus implicata eadem appetere vel auersari potest. Haec ergo facultas animae, qua tali, competit. (§. 16. sqq.).

SCH. Facile inde colligitur, quae facultate cognoscitiva inferiori, seu sensatione & imaginatione, non nobis vt bonum, vel vt malum cogitavimus, facultate appetitiua inferiori nos posse appetere vel auersari.

§. 22.

Varij
gradus &
appeti-
tus

Ea ex ratione obiectum aliquod appetimus, quoniam idem nobis vt bonum cogitamus (§. 16.). Quare, cum experientia satis confirmet, fieri posse, vt variis ex rationibus idem obiectum nobis vt bonum etiam facultate cognoscitiua inferiori, cogitemus, consequens est, vt varij tam appetitus, quam appetitus sensitiui gradus poni possint. vide §. 94. Pf. emp.

COR. Manifesta inde est ratio, cur alter appetitus altero saepissime sit fortior.

§. 23.

§. 23.

Eodem etiam modo tam auersationis quam auersationis sensitiuae quantitas determinari poterit.

& auersationis
possibiles
sunt.

§. 24.

Si appetitus tantus est, vt auersationes co-
existentes supprimantur, *appetitum praedomi-*
nari, & si auersatio tanta est, vt appetitus co-
existentes supprimantur, *auersationem praedo-*
minari dicimus. Praedominium appetitus sen-
sitiui & auersationis sensitiuae vocatur *affectus*,
cuius possibilitatem docet §. 22. sq.

Qui dant
appeti-
tus &
auersa-
tionis
praedo-
minia,
ex qui-
bus affe-
ctus ori-
untur.

COR. Oriuntur itaque affectus, si idem obiectum variis
ex rationibus nobis vt bonum vel vt malum facultate
cognoscitiua inferiori cogitamus. (§. 22. & 20.).

§. 25.

Appetimus tam bona, quae ut iam impe-
trata, quam ea, quae vt nondum impetrata co-
gitamus. Si prius, appetitus dicitur *voluptas*,
& si posterius, *desiderium*. Auersamur mala,
tam quae vt impetrata, quam quae vt nondum
impetrata cogitamus, priori respectu appeti-
tus vocatur *taedium*, & posteriori *metus* vide §.
78. sqq. Pl. emp. *Omnis itaque affectus est*
praedominium aut voluptatis, aut desiderii, aut
taedii aut metus (§. 24.). Ex quibus facile in-
telligimus, cur primi & secundi generis affectus
iucundi, tertii & quarti vero *molesti* vocentur.

Quorum
species
determinantur.

SCH. Simul manifesta ex dictis est ratio, cur in eo-
rum incidamus septentiam, qui voluptatem sensi-
tiuam a rationali, desiderium sensitivum a ratio-
nali, taedium sensitivum a rationali, & tandem
metum sensitivum a rationali distinguunt. Vide
pluribus §. 95. seqq. Pl. emp.

§. 26.

§. 26.

Ex quibus stimuli naturales concipiuntur.

Aliquem ad agendum stimulare idem est, ac illi agendi rationes praeberere. Naturam nostram nobis praeberere rationes ad producenda bona malaque omittenda etiam inde patet, quoniam in nobis conatus ad producenda bona malaque omittenda in potestate nostra minime positos saepissime existere, quotidiana docet experientia. Eiusmodi ergo conatus *stimulos naturales* summa cum ratione dicimus. vide §. 11.

COR. Intelligimus inde 1.) fieri posse, ut etiam facultate inferiori appetamus, ad quae producenda naturaliter stimulamur, & ut eadem facultate aversemur, ad quae evitanda natura nos stimulat (§. 20.). 2.) quid sit desiderium naturae atque metus naturalis (§. 25.).

§. 27.

Transitus ad rationalitatem hominum.

Attigit discursus, quem hucusque continuavimus, hominem, qua animal. Nunc ordo postulat, ut non nulla de homine, quatenus est animal rationale, cuius conceptus consecutaria, prima naturae homini propria constituunt, dicamus. Sequitur vero hocce ex conceptu *facultas cognoscitiva superior*, qua mens sibi obiecta ut insensibilia repraesentat, & *facultas appetitiva superior*, qua, praevia eiusmodi cognitione, appetit & auerfatur.

§. 28.

Attentionis & reflexionis definitiones.

Animam propria vi propriaque determinatione cogitationes suas continuare, atque ideo ad *cogitata attendere* posse, quotidiana docet experientia, quare & facultas cogitationes continuandi *attentionis nomen* accepit. Eadem ex experientia manifestum est, fieri posse,

ut

vt anima iisdem sub determinationibus attentionem successiue ad ea, quae obiecto, quod percepit, insunt, dirigat, atque ideo super eodem reflectat, quare & eiusmodi facultas, *reflectendi facultas* dicitur. *Competit itaque animae nostrae tam attendendi, quam reflectendi facultas.*

§. 29.

Super re percepta reflectendo, notas partiales compositam ingredients appercipimus (§. 28.), qua posita actione mens simul secundum legem associationis idearum reproducit obiecta olim percepta, quae cum eo obiecto, super quo reflectit, similitudinem quandam habent (§. 7.), & ita rerum similitudines cognoscimus, earumque notiones distinctas formamus. Facultas animae distinctas rerum notiones formandi, dicitur *intellectus*. Ergo & animae nostrae intellectus competit.

Definitio intellectus & vnde oriatur.

§. 30.

Connexa sunt, quorum vnum continet determinationem, quae sine altero fieri non potest. Mens rerum notiones distincte cognoscendo ex illis etiam colligere potest, quae per easdem fieri possunt. Ergo & rerum nexum earum ex notionibus perspicere valet. Facultas ex rerum notionibus perspiciendi, quae per earum connexiones fieri possunt, dicitur *ratio* (*die Vernunft*). Ratio igitur ad prima naturae humanae propria pertinet (§. 1.).

Definitio rationis & vnde oriatur.

§. 31.

Mens rationem exercendo vnam rem de altera dici posse intelligit, atque ideo ideas combinat.

Definitio iudicii & eius ortus.

C

binat. Quare, cum haec facultas *iudicium* vocetur, homini quatenus est rationalis, etiam *iudicium*, seu iudicandi facultas inest.

§. 32.

Funda-
mentum
appetitibus
& auer-
sationis
rationalis.

Dum mens distincte rerum notiones cogitat, simul consecretaria, quae inde fluunt, inferre potest (§. 30.). Consecretaria illa aut consensum aut dissensum producant, ergo mens iudicare potest, an in re cogitata sit perfectio, aut non (§. 31. 13.). Si hoc, percepta aut ad statum suum, statum corporis & fortunae refert, aut non refert. Si posterius, anima est in statu indifferentiae (§. 16.), si prius, obiectum illud aut bonum aut malum iudicat (§. 15.); si illud, anima idem obiectum appetit, quod vero, si hoc, auerfatur. (§. 17. Cor. 1.).

§. 33.

Appeti-
tus & a-
uerfatio-
nis ratio-
nalis de-
finitio.

Appetit itaque mens obiectum, quod per eius notionem sibi bonum, & auerfatur, quod per eandem sibi malum iudicat (§. 32.). Et hac ex ratione *appetitus* vocatur *rationalis* seu *voluntas*, & *auerfatio* nominatur *rationalis* seu *voluntas*.

§. 34.

Volitio-
nis & no-
litionis
definitio
& natu-
ra.

Actus volendi est *volitio*, & actus nolendi *nolitionis* nomen accepit. Nolitio ergo non est nuda volitionis ommissio (§. 32. 33.).

COR. Non itaque aliquid nolle possumus, nisi peculiaris nolendi ratio adsit.

§. 35.

Exercitii
volitio-
nis & no-
litionis
requisita.

Volitionem itaque vel nolitionem exerciturus,

1) obiecti notionem formare

2) for-

2) formata ex notione confectaria, quae eiusmodi obiecti aut perfectionem aut imperfectionem docent, deducere.

3) Euoluta tandem confectaria ad se statumque suum referre debet, quo, an illud obiectum sibi sit bonum aut malum, cogitare possit. (§. 32. 33.).

COR. I. Ex quo colligitur, sine vsu attentionis (§. 28.), intellectus (§. 29.), rationis (§. 30.) atque facultatis iudicandi (§. 31.) nec volitionem nec nolitionem nos posse exercere.

COR. II. Fieri itaque nequit, vt affectibus commoti volendo vel nolendo aliquid agamus (§. 24.).

§. 36.

Ex quo intelligi potest, cur aliquid potius ^{Quae c. nstrunt mo. tiva.} velimus, quam non velimus, dicitur *volitionis motium*; & ex quo potest concipi, cur quid potius nolimus, quam non nolimus, est *motium nolitionis*; Quibus ex definitionibus sequitur, distinctam repraesentationem boni esse motium volitionis, & distinctam repraesentationem mali, motium nolitionis.

COR. I. Posita igitur distincta repraesentatione boni etiam volitio ponitur; & posita distincta repraesentatione mali vt etiam nolitio ponatur, necesse erit.

COR. II. Ponamus vero, repraesentationes illas nostra in potestate esse, consequens erit, vt etiam volitio atque nolitio in eadem sit posita (§. 7. Pr.).

COR. III. Quoniam porro appetitu etiam sensitivo appetimus, quod nobis videtur bonum, & auersatione sensitua auersamur, quod nobis videtur malum (§. 20. 17.), manifestum est, fieri posse, vt aliquid sine motiuo velle & nolle videamur. Non enim distinguimus, quae confusas illas repraesentationes, quae appetitum sensitiuum auersationemque sensitiuam fiunt, ingrediuntur (§. 20.).

COR. IV. Volumus obiectum pro ratione, qua idem nobis vt bonum, & nolumus obiectum pro ratione, qua idem nobis vt malum cogitamus (§. 33.). Quare, cum fieri possit, vt eiusmodi ratio varios tam boni quam mali determinet gradus (§. 22.), sequitur, vt diuersa etiam quantitate vis tam aliquid velle quam nolle possimus.

§. 37.

Appeti- tus & auerfatio rationalis per sensitiuum sensitiuumue fit inrensus & intensa.
Saepissime nobis aliquid vt bonum iudicamus, quia idem appetitum nostrum sensitiuum ante flexit, saepissimeque aliquid nobis vt malum iudicamus, quia facultate inferiori idem ante auersati sumus. Et ita appetitus sensitiuus atque rationalis, auersatioque sensitiua atque rationalis concurrere possunt. Quae cum ita sint, sequitur, vt etiam appetitus rationalis, si cum sensitiuo, & auersatio rationalis, si cum sensitiua auersatione coniungatur, vehementior fieri possit (§. 36. Cor. 4.).

SCH. Illo ex principio simul consequitur, fieri posse, vt aliquid ex consuetudine appetamus vel auersemur, est enim *consuetudo* habitus agendi ex determinatione praeterita.

§. 38.

Boni & mali apparentis & veri explicatio.
Quoniam saepissime falsa de obiectis formamus iudicia, fieri etiam potest, vt bonum iudicemus, quod nobis malum est, & malum, quod boni naturam habet. Qua ex ratione tam bonum quam malum in *verum & apparens* diuidimus. Bonum itaque apparens, quatenus in se spectatur, inter mala, & malum apparens eadem in consideratione inter bona referri debet.

§. 39.

Quando bonum apparens

Sequitur inde, bonum apparens nos non appetere

petere, quatenus est malum (§. 38.), sed sub ratione boni. Et malum apprensus, non quatenus est bonum (§. 38.), sed sub ratione mali nos averfari (§. 36. 17.).

appetimus & malum apprensus acriamur.

§. 40.

Bonum minus in relatione ad bonum maius ut malum, & malum minus in relatione ad malum maius ut bonum spectari posse, ex natura boni atque mali immediate colligimus. Necesse ergo est, ut obiectum A, si idem in relatione ad aliud obiectum B ut bonum minus cogitamus, aversemur, & ut obiectum C, si idem in relatione ad aliud obiectum D ut malum minus cogitamus, appetamus (§. 36. 17.). Malum itaque minus minime appetimus, quatenus est malum, sed quatenus est relative bonum. Et bonum minus non ea ex ratione averfatur, quia est bonum, sed quia certa in relatione ut malum idem spectamus.

Quando bonum minus averfatur & malum minus appetimus.

§. 41.

Haecenus ex explicatis principiis facile simul colligere possumus, quando tam voluntas quam noluntas nostra sit perfecta aut imperfecta. Perfectae nimirum sunt, quatenus earum actus consentiunt, imperfectae vero, quatenus dissentiunt (§. 13.). Iam ponamus, nos bonum apprensus vel bonum minus appetere, fieri deinde poterit, ut cognoscamus, nos appetivisse malum (§. 39. 40.). Et ita averfatur, quod ante a nobis appetitum fuit (§. 36. 17.). Ponamus porro nos malum apprensus vel bonum maius averfari, eadem ex ratione fieri poterit, ut idem alio quodam tempore appetamus (§. §.

Quid perfectio vel imperfectio voluntatis vel noluntatis.

cit. cit.). *Manifestum itaque est, voluntatem vel noluntatem nostram imperfectam esse, quatenus illa in bonum apparens vel bonum minus inclinamus, & hac a malo apparente vel bono maiori reclinamus. Hac ex demonstratione, si mutantur, quae natura obiecti mutari iubet, simul perfectionis tam voluntatis quam noluntatis requisita patebunt.*

COR. Sequitur inde, si §. 35. conferatur, 1) fieri posse, ut voluntas & noluntas continuo perfectior euadat. 2) Ex defectu distinctae de bono & malo cognitionis imperfectionem tam voluntatis quam noluntatis ortum trahere posse.

§. 42.

Coactio
physica
in intel-
lectu ra-
tione &
iudicio.

Quae de modo, quo aliquid volumus, notanda sunt, in Psychologiae praeceptis explicantur uberius. Hic praesertim animadvertendum est, mediante coactione quadam physica fieri non posse, ut aliquid velimus, quod ita evinco. Fieri non potest, ut sine ratione agamus. Haec vero ratio vel in potestate nostra, vel in eadem minime sita est, si hoc, *nos mediante coactione quadam physica agere* dicimur. Physice ergo non possumus cogi, ut vsu intellectus, rationis atque iudicii agamus (§. 29. seqq.) vide §. 53. seqq. Pl. emp.

§. 43.

Volunta-
te & no-
luntate
concupi
nequir.

Quare, cum voluntatis atque noluntatis exercitium sine vsu intellectus rationis atque iudicii concipi nequeat (§. 35.), mediante coactione quadam physica aliquid nec velle nec nolle possumus (§. 42.).

SCH. Positis sufficientibus motibus aut volitio aut nolitio

litio ponitur (§. 35. Cor. 1.). Ergo &, ut alter aliquid velit vel nolit, ab eo dependet, qui illi ad agendum motiva praebet. Qui hisce ex principiis inferunt, manifestum esse, nos saepissime mediante quadam coactione aliquid velle vel nolle, me non habebunt dissentientem. Sufficiet enim, eiusmodi coactionem non esse physicam sed moralem, voluntatis atque noluntatis naturam minime destruentem (§. 42. seq.).

§. 44.

Principium efficiens intrinsecum, quo sine ^{Spontaneitatis notio.} aliorum principiorum efficientium extrinsecorum concursu ad diversas ens se determinare potest actiones, *Spontaneitas* vocatur. Et *actiones, quae inde dependent, spontaneae* dicuntur.

§. 45.

Actus voluntatis & noluntatis ad actus spontaneos referre debemus. Fieri enim non potest, ^{Quae ad actus voluntatis & noluntatis requiruntur.} ut sine praeiudicio intellectus atque rationis exercitio aliquid velimus vel nolimus (§. 35.). Sed nec intellectum nec rationem exercere possumus, nisi mediante reflexione (§. 28. seqq.). Quare, cum reflexionis actus sint spontanei (§. 28. 44. coll. §. 42.), consequens est, ut actus voluntatis atque noluntatis ad actus spontaneos referre debeamus. vide §. 54. Pf. emp.

SCH. Notes quaedam, aliud esse, est *actio spontanea*, aliud, *ad actiones spontaneas refertur*. Refertur nimirum ad actiones spontaneas, quod in iisdem habet rationem, cur sit ita nec aliter.

§. 46.

In quo perfectionem quandam percipimus, ^{Volo quod placet & nolo quod displicet.} id nobis placet, & in quo imperfectionem quandam percipimus, id displicet. Quicquid ^{C 4} volu-

volumus, id nobis repraesentamus tanquam bonum, & quicquid nolumus id cogitamus tanquam malum (§. 36.), ergo anima nil vult, nisi ipsi placeat, quod vult, & nihil non vult, nisi quod displicet. (§. 15.).

§. 47.

Quicquid igitur volo id volo lubenter. *Lubenter facimus*, si facimus quod nobis placet. Quatenus itaque anima aliquid vult vel non vult, idem vult vel non vult lubenter (§. 46.).

§. 48.

Status volitionis & nolitionis contingens est. Animam saepissime esse in statu indifferentiae, quotidiana docet experientia (§. 16.), status igitur mentis, quo vult vel non vult, est contingens. (§. 7. Pr.).

§. 49.

Electio nis notio. Ex pluribus possibilibus id velle vel nolle, quod nobis maxime placet vel displicet, *eligere* dicitur. Nulla itaque electio sine spontaneitate fieri potest. (§. 44. seq.).

§. 50.

Volitio & nolitio sine electione capi nequit. Ex quo simul colligimus, animam velle vel nolle, quod *eligimus*, omnemque volitionem atque nolitionem electionem quandam involvere, si plura obiecta, quae velle atque nolle possumus, possibile esse cogitamus. vide §. 108. seqq. Pf. emp.

§. 51.

Et obiecta volitionis & nolitionis contingencia esse debent. Ex quo nova quadam ratione manifestum est, nos non a principio quodam intrinseco determinari, dum aliquid volumus vel nolumus vide §. 45.

COR. Vti igitur volitiones & nolitiones omnem necessi-

cessitatem externam respuunt (Cor. ad §. 45.), ita etiam interna agendi necessitas a volitionibus & holutionibus excluditur. (vid. §. 85. Pl. emp.).

§. 52.

Facultas sese praeuia consultatione ad aliquid sponte determinandi vocatur *libertas*. Et actiones, quae ab eiusmodi libertate dependent dicuntur *liberae*. Patet itaque, 1.) libertatem quam explicavi, nobis inesse (§. 44. seqq.) 2.) nos, dum aliquid volumus vel nolumus, libere agere (§. 43. & 51.). 3.) Requisita actionum liberarum esse

Indefinitio
notio libertatis
& actionum liberarum,

I.) *ut sponte producantur*, (§. 49.).

II.) *ut sint actiones contingentes*, (§. 51.).

III.) *ut eiusmodi actiones ante distincte cognoscere possimus, quam easdem producimus* (§. 33.).

COR. I. Actiones igitur liberae, omnem, etiam necessitatem quam fatalem dicunt, respuunt.

COR. II. Qui intellectu, ratione facultateque iudicandi agere nequit, nec actiones liberas edere potest. (§. 35.).

COR. III. Fieri itaque non potest, ut in statu affectuum atque somnii actiones liberas producamus. (Cor. 2. §. 35. Cor. 2. §. 8.).

SCH. Generatim libere agere dicitur, qui ita agit, ut ad agendum non determinetur. Qui vero eo agit modo, ad agendum non determinatur, vel a principio quodam extrinseco, vel a principio quodam intrinseco. Si posterius, libertas dicitur *libertas a necessitate*, & si prius, aut ad agendum non determinatur ab imperio principii cuiusdam extrinseci, aut a vi principii cuiusdam extrinseci ad agendum non compellitur. Si illud, libertas vocatur *libertas a subiectione*, & si hoc, *libertas a coactione*. Sequitur inde, libertatem, quam ante definiui, esse libertatem a necessitate. vide §. 112. Sch. Pl. emp.

C 5

§. 53.

§. 53.

Quae sunt in nostra potestate & liberae ratione determinationis atque executionis.

Liberae actiones nostrae in potestate positae sunt (§. 52. 44. & §. 7. Pr.). Dum itaque libere agimus, non dependet solum a nobis, ut ad agendum nos determinemus, sed & ut ea, quae agere volumus, agamus. Liberae itaque sunt eiusmodi actiones, non *ratione determinationis* solum, sed & *ratione executionis*. Plura de libertate vide §. 111. - 117. Pf. emp.

§. 54.

Atque ideo actiones morales, quae vel commissivae vel omittivae.

Abunde haecenus ex explicatis sequitur, duo actionum nostrarum genera poni posse. Aut enim ad actiones nostras liberas referri possunt, aut, ut ad easdem referantur, fieri nequit. Prioris generis actiones vocantur *morales*, posterioris vero *non-morales*. Et quoniam tam omittendo, quam committendo agimus, tam prioris, quam posterioris generis actiones sunt vel *omissivae* vel *commissivae*.

COR. Quae igitur de libertate (§. 52.), volitione & nolitione (§. 35.) explicavi, ad actiones etiam morales accommodari possunt.

COR. II. Simul manifestum est, actiones morales ex primis naturae humanae propriis fluere (§. 1.).

SCH *Hac ex causa Arianus Epicteti explicator. L. 2. c. 10. egregie philosophatur, nihil esse in homine praestantius libertate voluntatis.*

§. 55.

Variarum actionum genera quoad corpus.

Varios corpus nostrum motus, per structuram ipsius possibilem producit, qui hac etiam ex ratione motus corporis naturales vocantur (§. 11. Pr.); sed motus illi non sunt unius generis, quidam enim a spontaneitate nostra dependent, unde etiam *spontanei* seu *voluntarii* vocan-

vocantur; Quidam vero ab eadem minime dependent spontaneitate, qui *non-spontanei* seu *necessarii* seu *naturales* appellantur; quidam quoad existere a mechanismo & quoad modum existendi a spontaneitate nostra determinantur, & dicuntur *mixti*. Motus igitur voluntarii vt & motus mixti quoad existendi modum ad actiones nostras liberas (§. 52.) atque ideo ad actiones nostras morales summa cum ratione referuntur. (§. 54.) Eiusmodi itaque motus nostra in potestate positi sunt (§. 53.) vide §. 134. Pl. emp.

§. 56.

Nec minus ipsa experientia docemur, eadem esse genera actionum, quae in anima fiunt. Vt enim mihi repraesentem obiecta, quae corpus afficiunt, a mea spontaneitate non dependet. Ergo eiusmodi perceptiones sunt *actiones animae non-spontaneae* seu *necessariae*. Vt autem ad percepta attendam superque iisdem reflectam, a spontaneitate omnipotente, teste experientia, dependet, qua ex ratione etiam eiusmodi operationes sunt *actiones animae spontaneae* seu *voluntariae*. vide §. 8. seqq. Pl. emp.

Quoad animam.

§. 57.

Mundum vt & hominem esse systema, variis argumentis in Metaphysica corroboratur, est vero *systema entium* vnum, quod entibus ita connexis, vt eorum vnum operationes alterius determinare possit, constituitur. vide Mechanologiam §. 1. seqq. Hisce ergo ex principiis facile colligitur, *ex omnibus hominum actionibus* vel in se vel certis sub circumstantiis

Actiones hominum liberac producant consecutaria quaedam.

tiis consideratis *varia oriri consecraria, quibus eorum status aliqua ratione variatur.* vid. princ. cit. coll. §. 39.

§. 58.

Consecraria itaque illa, quoniam cum scopo essentiae agentis vel consentire vel dissentire debent, statum hominis vel perfectum vel imperfectum reddunt. (§. 13.)

§. 59.

Atque ita statum hominis vel bonum vel malum efficiunt (§. 15.). Quae ex ratione sequitur, actiones hominis morales esse vel *bonas vel malas, bonae* quatenus bona; *malae* quatenus mala producunt consecraria. (§. 57. 58.)

Quaestum hominis vel perfectum vel imperfectum reddunt.
Ergo sunt vel bonae vel malae.

COR. I. Quoniam actiones nostrae sunt bonae vel malae per consecraria, quae ex iisdem sequuntur, & consecraria illa vel ex actionum in se consideratarum notionibus, vel ex constitutione circumstantiarum, sub quibus eiusmodi actiones producuntur, fluunt (§. 57. coll. §. 11. sqq. Pr.); manifestum est, actiones nostras esse bonas vel malas aut necessario aut contingenter (§. 11. Cor. I. Pr.).

COR. II. Quoniam porro omni in actione tam *materiale* quam *formale* distinguere debemus, necesse etiam erit, ut consecraria, quae ex materiali actionis sequuntur, ab iis distinguamus; quae ex eiusdem formali fluunt. Materialiter itaque actio bona esse potest, quae formaliter mala, & materialiter mala esse potest, quae formaliter bona.

SCH. Actio, quae nec bona nec mala est, dicitur indifferens. Quoniam igitur pro diversitate agentium in uno bonum esse potest, quod in altero malum est (quod quotidiana docet experientia), ad quaestionem: an detur actio moralis indifferens? cum EISENHARTO (a) respondeo: actiones morales quoad speciem seu obiectum i. e. in abstracto consideratas saepissime esse indifferentes, non autem si individualiter seu quoad formam i. e. concretive spectentur. seu, ut ex principiis ante explicatis responsionem dedu-

deducem, actiones, quae contingenter solummodo bonae vel malae, indifferentes sunt, quatenus in abstracto, non vero quatenus in concreto spectantur.

(a) in *dissert. de Action. human. moral. & indiffer.*
§. 43. seqq.

§. 60.

Actiones nostrae sunt naturaliter bonae vel malae. Sunt enim bonae vel malae per consecratoria, quae vel ex earum notionibus in se consideratis, vel ex circumstantiarum, sub quibus eduntur, constitutionibus sequuntur (§. 57. seqq.). Quare, cum, quod ex notionibus constitutionibusque rerum sequitur, naturale vocetur (§. 11. Pr.), actiones nostras naturaliter bonas vel malas esse, consequens est.

Et quidem naturaliter tales.

§. 61.

Actiones nostrae efficiunt, vt consecratoria, quae determinavi, fiant existentia (§. 57.), sunt itaque determinatorum consecratorum causa, atque ideo haec illarum effectus (§. 98. seqq. Ph. pr.). Quare, cum ex causae naturae effectus constitutio concipiatur, ex natura etiam actionum nostrarum vel in se vel sub circumstantiis, sub quibus producuntur, consideratarum, si modo nostra cum natura conferuntur, bonitatem earum atque prauitatem colligere possumus.

Ergo actionum bonitas vel prauitas ex natura actionis, si cum agentis natura conferatur, colligi potest.

§. 62.

Quibus ex principiis porro consequitur, vt usus rationis bonitatem atque prauitatem actionum nostrarum nos condocere possit. Cum enim effectus tanquam conclusiones ex causae constitutionibus inferri possint, fieri etiam poterit,

Ergo actionem nos condoces usus rationis.

rit, vt ex actionum nostrarum constitutionibus earum bonitatem vel prauitatem eruamus (§. 61.). Sed facultas, qua eiusmodi nexus perspicere possumus, est ratio (§. 30.), huius itaque vsum bonitatem atque prauitatem actionum nostrarum nos conducere posse, consequens est.

§. 63.

Et experientia legitime adhibita.

Experientiam etiam legitime adhibitam eandem actionum nostrarum affectiones nos conducere, ita euinco. Posita causa ponitur effectus. Existente igitur actione nostra, etiam vt consecutaria illa existant, necesse est (§. 61.). Ea, quae sunt, experiundo addiscere possumus attenti ad ea quae sentimus §. 137. Pr. Log.). Ergo & consecutaria actionum nostrarum experiundo addiscere possumus. Quare, cum consecutaria illa actioni dent bonitatem vel prauitatem (§. 59.), *experientiam etiam legitime adhibitam* (vid. P. I. Log. §. 170. sqq.) *bonitatem vel prauitatem actionum nostrarum nos conducere posse, consequens est.*

COR. Nil possumus cognoscere nisi experientiae aut rationis ope. Qui igitur nec vfu rationis, nec facultate attentionem adhibendi gaudet, ille etiam de actionum bonitate vel prauitate nullum facere potest iudicium. Quod accommodari potest ad homines in statu affectuum (§. 24.), somnii (§. 8. Cor. 1.) &c. viuentes.

§. 64.

Quae ab actionibus moralibus & nostra natura inseparabilis est.

Determinata actionum nostrarum bonitas atque prauitas ab iisdem inseparabilis est. Actiones enim nostrae, quatenus in nexu cum nostra natura spectantur, sunt causae consecutorum (§. 61.), quae illas efficiunt bonas vel malas

malas (§. 59.), & quae vt effectus actionum nostrarum considerari possunt. (§. 61.). Quamobrem, cum effectus a causa inseparabilis sit (quoniam a positione causae ad positionem effectus valet conclusio); bonitatem atque prauitatem actionum nostrarum ab iisdem inseparabilem esse, sequitur.

COR. Vera itaque est Scholasticorum sententia, quod actiones bonae sint ab aeterno bonae, & actiones malae ab aeterno malae. Ex quo eorum dogma de Legge aeterna explicari potest.

§. 65.

Quae de genere demonstrata, etiam de speciebus valere, ex Logica manifestum est. Quae ergo de actionibus nostris ante demonstraui-
mus, ad actiones nostras morales etiam accom-
modare possumus. Oriuntur itaque ex actio-
nibus nostris moralibus varia consecraria, quae
efficiunt, vt sint vel bonae vel malae (§. 57.
seqq.). Consecraria haecce vel ex actionum
moralium conceptu generico, quo sunt actio-
nes, vel ex earum conceptu specifico, quo
sunt actiones morales, sequuntur. *Eiusmodi
itaque actiones bonae esse possunt, quatenus sunt
actiones, licet non sint bonae, quatenus sunt a-
ctiones morales, & malae esse possunt qua actio-
nes, licet non sint malae actiones morales.*
Quia ex ratione Doctores bonitatem atque pra-
uitatem actionum ab earum moralitate, quam
ea constituit bonitas atque prauitas, quae vl-
timi generis consecrariis determinatur, distin-
gunt. *Moralitatem hancce intrinsecam seu ob-
iectiuam dicentes, quatenus iis constituitur
consecrariis, quae ex natura actionum nostra-
rum*

Ergo a-
ctionibus
liberis
competit
moralis-
tas.

rum *moralium*, vel in se vel sub circumstantiis consideratarum fluunt.

§. 66.

Et quidem certo respectu in-
trinfeca.

Actionibus moralibus competit moralitas intrinfeca. Actionibus enim moralibus competit moralitas, quatenus sunt bonae vel malae (§. 65.). Sunt vero bonae vel malae per consecratoria, quae ex earum natura vel in se vel sub circumstantiis considerata fluunt (§. 57. seqq. & §. 65.). Ergo moralitas, quae illis competit, est intrinfeca (§. cit.).

COR. I. Sequitur ide, actiones morales per se & natura sua bonas vel malas esse, quod Scholasticorum perfectatem explicat.

COR. II. Sequitur porro, illam actionum moralium moralitatem nos vsu rationis & experientia cognoscere posse (§. 62. 63.). Qua ex ratione etiam natura principium cognoscendi moralitatis intrinfecae nuncupatur.

COR. III. Vsu itaque rationis & facultate attentionem adhibendi praeditus moralitatem etiam intrinfecam actionum moralium perspicere poterit (Cor. 2.).

§. 67.

Quoniam autem vniuersa natura a Deo dependet.

Vniuersam rerum naturam, quia contingens est, existentiae rationem diuina in voluntate habere, ex Metaphysices praeceptis manifestum est (§. 105. Th. nat.). Quo ex principio consequitur, Deum etiam voluisse, vt consecratoria illa, quae intrinfecam actionum nostrarum moralitatem constituunt, hisce ex actionibus sequantur. Vid. §. 102. sqq. Th. nat. Atque ita etiam a voluntate Dei haecce actionum nostrarum moralitas dependet.

§. 68.

Etiam certo re-

Moralitas actionum quae a superioris voluntate

luntate dependet, *extrinseca* seu *subiectiva* vocatur. Sub determinationibus itaque §. 67. positis *intrinseca* actionum nostrarum moralitas etiam *extrinseca* nominari potest.

specu
extrinse-
ca.

COR. Non ergo ipsa solum actionum nostrarum natura moralitatis earum principium essendi, cognoscendi, atque posita naturae existentia etiam fiendi principium est (§. 65. seq.), sed & summa Dei voluntas eiusdem actionum moralitatis principium fiendi atque cognoscendi nominari potest, atque vt cum Philosophis dicam, primario est.

§. 69.

Quod fieri non potest, obiectum omnipotentiae diuinae dici nequit (§. 118. Th. nat.). Fieri non potest, vt ab actionibus nostris liberis earum moralitas separetur (§. 64. & 65.). Ergo & nulla ratione affirmare possumus, Deum ab actionibus nostris liberis earum moralitatem posse separare.

Sed hoc non est. cit vt Deus moralitatem illam a nostra natura actionibusque liberis separet.

§. 70.

Moralitas actionibus competit, quatenus sunt liberae seu spontaneae (§. 65.), *actiones igitur non liberae* atque ideo actiones necessarias nullam habere moralitatem, consequens est. Non quidem nego, actiones non liberae seu necessarias consecretaria producere, quae has bonas vel malas efficiunt (§. 57. 59.); Inde tamen inferri non posse, eiusmodi actiones moralitatem admittere, ex eo manifestum est, quod a genere ad speciem determinate non potest concludi.

Actiones non liberae omnem respiciunt moralitatem.

COR. I. Ex quo sequitur, moralitatem actionum indicaturum ea determinare debere consecretaria, quae ex illis fluunt, non quatenus sunt actiones, sed quatenus sunt eiusmodi actiones, quae ad liberae referri possunt.

D

COR.

COR. II. Bruta sunt animalia. Quare cum homines, quatenus sunt animalia, varios percipiant instinctus naturales, quibus permoti bonum appetunt & malum auerfantur (§. 26.), eiusmodi etiam stimulos brutis inesse affirmare debemus. vide Mr. RAY de l'existence de Dieu. Quoniam vero bruta nec rationem nec intellectum & ita etiam nullam habeant libertatem (§. 52.), nulla etiam illorum actionibus moralitas inest. Ex quo manifesta est ratio, cur Imperator cum STOICIS (a) Ius Naturae ius, quod natura omnia animalia docet, vocauerit.

(a) L. I. §. 1. ff. de Iust. & Iur. conf. affirmant: BODIN. de Iur. mund. §. 3. & negant: HORN. de subi. Iur. Nat.

SCH. Multa superessent dicenda, si omnia, quae ad actiones hominum morales, earumque moralitatem spectant, intueri instituissem. Sed id iam non ago. Proposita sufficiant, reliqua enim instituto non erunt consentanea. Genesin autem actionum moralium in praelectionibus, principiorum hactenus evolutorum ope, explanabo. vid. KOEHLERII Exercit. I. N. §. 493. §99.

CAP. II.

DE OBLIGATIONE MORALI.

§. 71.

In obligatione est necessitas quaedam agendi. **A**ctiones nostras contingentes esse, ex experientia manifestum est. Et hoc ex principio sequitur, fieri posse, ut appetitus & auerfationes nostras diuersas in partes flectamus (§. 7. Pr.). Quatenus autem necessitatem quandam has & non alias actiones producendi percipimus, eatenus nos, ut easdem producamus, obligatos esse dicimur. Posita itaque obligatione etiam necessitatem quandam, hoc & non aliud agendi, ponere debemus.

SCH.

SCH. Vulgo hac ex ratione obligatio dicitur vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius rei praestandae, vid. PUFFENDORF. de Hom. & Civ. Cap. II. §. 3.

§. 72.

Hypothetica est necessitas, quae cum contingentia stare potest (§. 147. Ph. pr.). Ergo & necessitas, quae in obligatione concipitur, est hypothetica (§. 71.). Eiusmodi ex necessitate intelligere possumus, cur hoc potius sit quam aliud, quod quatenus in se spectatur, etiam fieri potuit (§. 146. sqq. Ph. pr.). Est itaque ratio eorum, quae sunt atque fiunt (§. 96. Ph. pr.).

Quae necessitas ratio (der Grund) est.

§. 73.

Si cum actionibus rationes connectuntur, cur hae & non aliae fiant actiones, eiusmodi ex rationibus possumus intelligere (§. 30.). Ex nexu itaque rationum cum actionibus sequitur necessitas hoc & non aliud agendi (§. 72.). Quare, cum eiusmodi necessitas obligationi insit (§. 71. seq.), summam habemus rationem, ut obligationem, generatim sumtam, nexum rationum cum actionibus vocemus.

Ergo obligatio in genere ex connectione rationum cum actionibus concipitur.

SCH. Generalem hanc de obligatione dicti explicationem, quo ea, quae in Cor. 2. §. 70. dicta, accuratius perpendere possumus.

§. 74.

Moralium actionum fons est libertas (§. 54.), qua agere non possumus nisi volendo atque nolendo (§. 52.). Quae cum ita sint, sequitur, ut obligatio moralis oriatur, dum rationes volendi vel nolendi cum actionibus connectuntur (§. 73.). Quare, cum rationes illae

Et obligatio moralis est connectio motuum cum actionibus.

lae sint motiua (§. 36.) Consequens est, ut *obligatio moralis*, nexus motivorum cum actionibus recte definiatur.

COR. Triplex igitur habemus fundamentum, ex quo omnia, quae de obligatione morali in genere dicuntur, deduci possunt,

I.) scilicet connexionem,

II.) motiua &

III.) actiones.

SCH. Consensum huius definitionis cum definitione illorum, qui ad omnem obligationem superiorem requirunt, ita euincimus: Superioris auctoritas semper a iustis causis i. e. ab idoneis motiuis a natura societatis petitis oritur. Ultima ergo obligationis radix ex motiuis procreata est, atque ideo motiua characterem obligationis uniuersalem exhibent.

§. 75.

Notio
obliga-
tionis
naturalis
& positi-
uae.

Connexio est actus, actus fieri non potest, nisi per causam, ergo & obligatio sine subiecto, a quo connexio motivorum cum actione dependet, adaequate concipi nequit (§. 74.). Sunt vera motiua illa cum actionibus nostris vel per earum naturam, vel per superioris voluntatem connexa. Qua ex ratione etiam obligationem moralem in *naturalem* seu *insernam*, atque *positiuam* seu *arbitrariam* seu *externam* diuidimus. Superior ille vel Deus vel homo est. Ergo & obligatio illa positiua vel *diuina* vel *humana* esse potest.

§. 76.

Datur
obligatio
naturalis.

Datur obligatio naturalis. Per actionum nostrarum liberarum naturam cum iisdem connectuntur confectaria (§. 60.), quae illas efficiunt bonas vel malas (§. 59.). Hanc bonitatem

tem vel prauitatem actionum distincte perspicere possumus (§. 62. 30.), ergo dant motiua (§. 33. 36.). Ex quo sequitur, vt cum actionibus nostris liberis per earum naturam motiua sint connexa, atque ideo, vt obligatio quaedam naturalis existat. (§. 75.).

§. 77.

Obligatio naturalis est etiam obligatio diuina. Quae etiam diuina est. Obligatio naturalis concipitur, dum per naturam actionum nostrarum liberarum cum iisdem consecutaria connectuntur, quae earum moralitatem definiunt (per dem. ad §. 76. & §. 65.). Quoniam autem eadem actionum liberarum moralitas etiam a Deo dependet (§. 67. 86.), a Deo etiam cum actionibus nostris liberis motiua illa esse connexa, manifestum est. Sequitur itaque, vt obligatio naturalis simul sit obligatio diuina (§. 76.).

SCH. *Attendas velim ad ea, quae in Cor. 1. §. 68. dicta.*

§. 78.

Obligatio diuina est obligatio positua (§. 75.), hoc ergo respectu naturalis obligatio, positiuo-naturalis dici meretur (§. 77.). Et ita intelligimus veritatem *obligationis mixtae (a)*, Et inde concipitur obligatio mixta. quae partim naturalis, partim positua est.

(a) vid. ff. L. 7. §. 2. de pact.

§. 79.

Ex nexu motiuorum cum actionibus concipitur obligatio moralis (§. 74.), cessante igitur hocce nexu necesse etiam est, ut obligatio illa moralis cesset. Ex quo porro manifestum est, vt, si quis noua addat motiua, nouam etiam

obligatione concipitur.

iam nanciscamur obligationem; & vt quis soluto illo motiuorum cum actionibus nexu, ab obligatione liberari possit.

COR. I. Si igitur fieri non potest, vt motiua cessent, nulla etiam ab obligatione poni potest liberatio.

COR. II. Ponamus, multa cum obligatione connexa esse motiua, tunc fieri potest, vt quaedam & non omnia, fieri etiam potest, vt omnia motiua cessent. Et ita abunde intelligimus, cur liberationem ab obligatione in *plenam* & *minus plenam* cum GYNDLINGIO diuidere possimus. (a)

(a) *I. N. & G. cap. 23. §. 87.*

SCH. *Obligationem vel abrogationem vel dispensationem cessare, infra ex principiis deducam.*

§. 80.

Quae intuitu obligationis naturalis impossibilis est.

Fieri non poterit, vt ab obligatione naturali liberemur. Obligatio naturalis ex moralitate actionum intrinseca concipitur (per dem. ad §. 76.). Posita igitur moralitate actionum intrinseca obligatio etiam naturalis ponenda est. Quare, cum moralitas intrinseca ab actionibus nostris liberis inseparabilis sit (§. 64.), liberationem ab obligatione naturali nullam esse, sequitur.

COR. Si igitur liberatio ab obligatione datur, ea non nisi positua est.

§. 81.

Motui compositi & partialis notia.

Vnicam ad actionem plura nos simul determinare posse motiua, experientia abunde docet. Fieri itaque potest, vt cum vna eademque actione plura connectantur motiua (§. 30.), quae ideo vnum constituunt motiuum, quod dicitur *totale* seu *compositum*. Motiua, ex quibus constat, *partialia* audiunt.

§. 82.

§. 82.

Multitudo vnitatum earundem constituit *quantitatem*, motium ergo compositum sine *quantitate* concipi nequit (§. 81.). Quo plura itaque motiua partialia motium aliquod compositum constituunt, eo maior est motiui compositi *quantitas*.

Quantitas motiui compositi.

§. 83.

Quodlibet motium, quatenus cum actione connectitur, exhibet obligationem (§. 74.). In motiuo itaque composito cum actione quadam connexo plures latent obligationes (§. 81.), quae, quoniam vniam constituunt, *obligationis totalis* seu *compositae*, quatenus vero singulatim enumerantur, *obligationum partialium* ideam exhibent.

Ex qua obligatione totalis & partialis.

§. 84.

Ergo & in obligatione illa composita concipitur *quantitas* (§. 82. 83.), quae eo maior est, quo plures obligationes partiales ad vniam constituendam concurrunt. Et ita manifestum est, *quantitatem* motiui compositi cum actione quadam connexi determinare *quantitatem* obligationis (§. 81. 82.).

Et obligationis compositae quantitas concipitur.

COR. I. In quocunque vnitatum multitudinem exquirimus, illud dicimus *metiri*. Et vnitas, qua illam multitudinem exquirimus, *mensurae nomen* accipit. *Quantitatis* ergo obligationis compositae *mensura* motium compositum, & *quantitatis* motiui compositi *mensura* motium partiale esse potest (§. 81. 82. 84.). Hac itaque data *mensura* *quantitatem* obligationis & motiui compositi inuenire possumus.

COR. II. Et ita accipies vniuersale cognitionis mathematicae de obligatione fundamentum, quod etiam moralitatis, quae liberis actionibus inest, *quantita-*

tem infra explicandam, perspicuam reddet. Plenam autem eiusmodi scientiae evolutionem alio expectare velis tempore, quo ea, quae etiam in *Dissert. de lege talionis* §. 43. sequentibus indicauimus, ad principia mathematica revocabimus.

COR. III. Hic modo velim, vt praeter dicta notes obligationem mixtam maiorem esse obligatione naturali. (§. 78.).

§. 85.

Obligationis re-
dae &
erroneae
definitio.

Saepeffime, quae non sunt, fingimus. Fieri ergo potest, vt nexum motiuorum cum actione, qui non adest, fingamus, & inde factum est, vt I. N. & G. Doctores, quoniam connexio motiuorum cum actione obligationis notam porrigit (§. 74.), obligationem in *rectam* & *erroneam* diuiserint.

COR. I. In obligatione erronea fingitur connexio motiuorum cum actione, quae non adest. Obligatio igitur erronea improprie sibi obligationis nomen vindicat. Qua ex ratione etiam *obligationis spuriae* nomen accipit.

COR. II. Obligatio itaque naturalis non est obligatio erronea (§. 75.).

§. 86.

Obligamur per
bona &
mala distincte
repraesentata.

Obligamur per motiua, quae cum actione connectuntur (§. 74.). Ergo & obligamur per distinctam perfecti atque imperfecti cum statu nostro collationem (§. 36.). Si perfectum cum statu nostro conferimus, id nobis bonum videtur, etsi imperfectum cum statu nostro conferimus, id nobis malum iudicamus (§. 32.), *obligamur ergo per bona vel mala distincte repraesentata.*

COR. I. Fieri potest, vt nobis malum tanquam bonum, & bonum tanquam malum repraesentemus (§. 38.). Quoniam vero per bona vel mala distincte repraesentata

sentata obligamur (§. 36.), fieri etiam potest, ut fingamus obligationem per bona vel mala apparentia, & ita habemus fontem obligationis erroneae §. 85. explicatae.

COR. II. Affectus sunt appetitus sensitivi vel auersationes sensitivae vehementiores (§. 24.), appetitus sensitivus ex idea confusa boni, & auersatio sensitiva ex idea confusa mali oritur (§. 20.), consequens ergo est, ut per affectus nemo moraliter possit obligari, licet affectus nos stimulare possint ad ea, ad quae moraliter sumus obligati (§. 26.).

SCH. *Et hac ex ratione rejicimus sententiam THOMASII (a), qui omnem obligationem in metu consistere tradit.*

(a) *Fundament. I. N. & G. L. i. c. 4. §. 61. sqq.*

§. 87.

Ex distincta repraesentatione boni oritur volitio, & distincta repraesentatio mali nolitionis fundamentum est (Cor. I. §. 36. & §. 32.). Ergo obligamur vel ad volitionem vel ad nolitionem (§. 86.). Quatenus obligatio volitionem flectet, dicitur *affirmativa*, quatenus vero nolitionem, *negativae obligationis* nomen accepit.

Inde obligatio affirmativa & negativa.

COR. Affirmative igitur obligamur ad actiones commissivas, & negativae ad actiones omissivas (§. 54.).

§. 88.

Nemo moraliter obligari potest, nisi qui habet potestatem intellectum, rationem atque iudicandi facultatem exercendi. Obligamur enim per bona vel mala distincte repraesentata (§. 86.), sed bona vel mala nobis non possumus distincte repraesentare, nisi usu intellectus (§. 29.), rationis (§. 30.), & iudicii (§. 31. 32.). Ergo nec moraliter obligari possumus, nisi quatenus

Sabie. cum quod potest moraliter obligari usu intellectus atque rationis gaudere fieri debet.

fieri potest, ut vsu intellectus, rationis & iudicii agamus.

§. 89.

Et adiones obligatoriae sunt interne & externe liberae.

Obiectum Obligationis moralis sunt actiones interne atque externe liberae. Obligatio enim moralis absoluitur connexionem motiuorum cum actionibus (§. 74.), qua ex ratione ad actiones tam commissivas quam omissivas per motiva obligamur (§. 87.), atque ideo, ut aliquid aut velimus aut nolimus (§. 36.). Quamobrem, cum eiusmodi actus sine libertate interna atque externa concipi nequeant (§. 52. 53.), actiones, ad quas quis potest obligari, etiam interne atque externe liberae esse debent.

COR. Nemo ergo obligari potest nisi ad actiones in se contingentes (§. 52.), & in potestate agentis positas (§. 53.). Ex quibus regula iuris: *Libera res, quae libet, praesumitur, donec contrarium probetur (a),* quatenus actiones spectat, intelligitur.

(a) *pr. Inst. de Libertinis.*

§. 90.

Ergo subiectum obligandum pro auctore actionis haberi debet.

Quicquid libere agimus, id ad voluntatem vel noluntatem nostram referre possumus (§. 52.). Fieri ergo non potest, ut quis ad actionem, quae non ad ipsius voluntatem vel noluntatem referri potest, obligetur (§. 89.). *Auctor* actionis dicitur, ad cuius voluntatem existentia, vel ad cuius noluntatem non-existentia actionis referri debet; nemo igitur moraliter obligari potest, qui non pro auctore actionum haberi meretur.

§. 91.

Ergo ad impossibile nihil.

Quoniam necesse est, ut actiones, ad quas quis potest obligari, in potestate agentis positae

fitae sint (Cor. §. 89.), necesse etiam est, ut ^{la datur obligatio.} eiusmodi actiones ad actum possint deduci (Pr. §. 7.). Dum autem nihil existere potest, quod non possibile (§. 15.), habemus canonem: (a) *Impossibile nulla est obligatio.*

COR. Quicquid impossibile est, id vel in se vel respectu virium nostrarum contradictionem inuoluit, priori respectu *simpliciter* seu *intrinsece*, posteriori vero *extrinsece* seu *hypothetice* impossibile dicitur, ex quo patet, nec ad impossibilia simpliciter nec hypothetice talia dari obligationem (b). vide §. 11. sqq. Ph. pr.

(a) L. 185. ff. de R. I.

(b) L. 187. §. 5. ff. de verb. oblig.

§. 92.

His praemissis ponamus motiuorum collisionem, seu motiua in casu quodam obuiio dissentire, quo posito collisio etiam obligationum ponenda erit (§. 74.). Hac vero posita, quoniam ad impossibilia nulla datur obligatio (§. 91.), omnem cessare obligationem, excepta ea, quae, ut exceptio ab altera fiat, praescribit, manifestum est (vide §. 195. Ph. pr.). Inde canon: Disiunctorum alterutrum factum sufficit (a).

Qua ex ratione in collisione obligationum obligatio ad exceptionem datur.

(a) L. 110. §. 3. ff. de R. I.

§. 93.

Omnis obligationis moralis scopus est, ut bona faciamus & mala omittamus. Obligamur enim per bona vel mala distincte repraesentata (§. 86.). Posita autem distincta repraesentatione boni ponitur volitio, & ex distincta repraesentatione mali oritur nolitio (§. 33.), & id quod volumus, remotis nimirum impedi-
mentis,

Obligationis moralis scopus.

mentis, facimus, & quod nolumus, omittimus (§. 54.), consequens ergo est, ut solummodo ad bona facienda & mala omittenda obligari possimus.

COR. I. Ergo obligamur ad euitanda bona apparentia, & ad mala apparentia producenda (§. 38.).

COR. II. Ex quo simul manifestum est, nos obligari ad bonum maius bono minori, & ad malum minus malo maiori (a) praefendum (§. 40.). In collisione itaque obligationum (§. 92.) maior obligatio minori praefenda est (§. 81. - 84.).

COR. III. Ut ergo ea agamus, ad quae naturaliter (recte tamen) stimulamur, obligatio nostra requirit (§. 26.). Quod notare velis contra HOMBERGIUM in Diff. de Lege aeterna.

COR. IV. Ex quibus facile intelligitur, obligationem naturalem summam voluptatem posse producere (§. 25.), & ut GUNDLINGIVS (b) aliique putant, eandem libertatem hominis non limitare, sed potius dirigere (§. 52. seq.).

(a) L. II. C. de Procuratoribus.

(b) I. N. & G. cap. I. §. 46.

§. 94.

Et exten-
sio.

Posito vno connexorum, ut etiam alterum ponatur, necesse est. (§. 30.), si igitur concipimus obligationem ad vnum ex duobus connexis, obligationem etiam ad alterum concedere debemus.

COR. Finis & remedia sunt connexa. Nemo itaque ad remedia obligari potest, qui non simul ad finem, & nemo ad finem potest obligari, qui non simul ad remedia obligatus est (§. 91.).

§. 95.

Obliga-
tionis
connatae
& acqui-
sita.

Motiva, per quae naturaliter obligamur, vel ex nuda nostra natura, vel simul ex actionibus a nobis productis, hauriuntur. Quae propositio

tio offert rationem, vt naturalem obligationem cum GUNDLINGIO (a) in obligationem con- natam & acquisitam diuidere possimus. Connata ni- mirum est, si motiua, quae cum actione con- nectuntur, ex nuda nostra natura, & acquisita, si illa simul ex actionibus a nobis productis fluunt. Illam etiam obligationem naturalem absolutam, hanc vero hypotheticam dicere possumus.

SCH. Hanc Gundlingianam obligationis diuisionem cum obligatione vera atque praesumpta, de quibus I. N. & G. Doctores loquuntur, easdem exhibere notiones, facile intelligitur.

(a) L. c. §. 61.

§. 96.

Ex obligationis conceptu, haecenus abun- de explicato, sequitur, vt omnis obligatio re- quirat causam, quae motiua cum actionibus connectit, atque subjectum, cum cuius actio- nibus motiua illa sint connexa. Hinc factum est, vt Philosophi priori in respectu obligatio- nem vocauerint *actiuam*, posteriori vero *passi- uam*.

Passiuae
& actiuae
explica-
tio.

COR. Obligatio igitur actiua & passiuua non sunt verae obligationis species (§. 35. Cor. Pr. Log.), sed differunt tantummodo respectu, qui omni in obligatione iuste distinguuntur.

CAPVT III.

DE LEGE SPECIATIM NATVRALI.

§. 97.

OMnis norma seu regula *familiaritatem* rela- tionis exprimit, qua ex ratione dicitur *Legis moralis definitio.* propositio, iuxta quam varia modificantur.

Re-

Regula, ad quam actiones conformandae, sensu generalissimo *legis* accepit *nomen*, & quidem *moralis*, si actiones, quae hancce ad regulam conformandae, sunt liberae seu morales (§. 54.).

§. 98.

Quae sine obligatione moralis cogitari nequit.

Actiones liberae a voluntate vel noluntate dependent (§. 52.). Voluntas & noluntas per motiua ad agendum determinantur (§. 36.). Lex ergo moralis est regula, cui actiones liberae attemperandae, dum motiua voluntatem vel noluntatem ad agendum determinant. Connexio motiuorum cum actionibus constituit obligationem (§. 74.). Summa ergo cum ratione *legem moralem* cum GROTIO (a) definimus regulam, cui actiones attemperare quis, moraliter scilicet, obligatur.

SCH. Notetur quaestio, num superioris idea definitionem de lege ingredi debeat. Ex explicatis patet, negando esse respondendum.

(a) I. B. & P. L. 1. cap. 1. §. 9.

§. 99.

Ergo obligatio dicitur effectus leges sunt vel prohibitoriae vel praeceptae.

Ex quo manifestum est, leges nos obligare ad aliquid committendum vel omittendum (§. 98. 54.). Qua ex ratione non obligatio solum effectus legis a non-nullis dicta est (a), sed & *leges morales in prohibitorias & praeceptas* diuisae sunt. Illae nimirum sunt, quibus actiones omiffiuas, & hae quibus actiones commiffiuas, vt obligatio nostra requirit, attemperare debemus.

(a) VID. GVND. I. N. & G. cap. 1. §. 43. contra quem notare velis quaestionem, *utrum obligatio sit effectus legis, an lex effectus obligationis.*

§. 100.

§. 100.

Quibus leges dicuntur, obligantur (§. 98.), fieri itaque non potest, ut leges illis, qui obligari nequeunt, dicantur.

Subiectum cui lex dari potest.

COR. Subiectis itaque, quae nec intellectu nec ratione (§. 88.), nec libertate agere possunt, leges, morales scilicet, ut dicantur, fieri nequit.

§. 101.

Legem alicui dicere idem esse, ac eum obligare, ut actiones suas regulis attemperet, manifestum est. Ex quo sequitur, ut lex eum solummodo obliget, cui dicta est (a). Quod docet rationem, cur Leges a Doctoribus in *uniuersales & particulares* sint diuisae (b). Et quoniam porro lex sine obligatione cogitari nequit, (§. 98.), quid *obligatio uniuersalis & particularis*, ex dictis abunde intelligere possumus.

Subiectum quod lex obligat, & inde resultans legum atque obligationis diuisio.

(a) Reflectas ad legem forensam Iudaicam, & ad L. ff. de Iurisd. vbi legitur: *Lex subditos tantum ligat*. It. ad L. 8. ff. de publ. in rem. act. vbi dicitur: *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus*. Et dicatur de abusu Brocardici: *Quicquid non abrogatum est, stare non prohibetur*. L. 27. C. de Testam.

(b) vid. G V N D. cap. 1. §. 75. sqq.

§. 102.

Legis extensionem definiturus, ut, quibus lex sit dicta, intelligat, necesse est (§. 101.), sibi itaque, quae lex praescribit, distincte repraesentare debet. Propositionem aliquam distincte sibi repraesentare idem est, ac *eam explicare*. Extensionem itaque legis determinaturus legem explicare debet.

Qui extensionem legis vult determinare, legem explicare debet.

SCH.

SCH. Notare velis, aliud esse terminos legis intelligere, aliud leges intelligere.

§. 103.

Ergo intelligat rationem.

Propositionem distincte cognoscere, idem est, ac eam concipere. Id ex quo propositio concipitur, *ratio* propositionis vocatur. *Ratio* ergo *legis* est, ex qua ea concipitur. *Legis itaque extensionem definiturus, rationem legis ut intelligat, necesse est* (§. 102.).

COR. Quousque ratio legis se extendit, eousque etiam se extendit lex. Quia ex ratione etiam ratio illa *anima legum* dicitur (a).

(a) L. 17. ff. de LL.

§. 104.

Et occasionem legislat.

Saepissime ratio, cur aliquid fiat, in concursu circumstantiarum, qui agendi rationes dat, quaerenda est. Eiusmodi concursus vocatur *occafio*. Quid sit *occafio legis*, facile inde intelligimus. Et ita manifestum est, rationem legis saepissime ex occasione, quae rationem eam dicendi dedit, deducendam esse (§. 103.). Qua ex ratione sequitur, ut extensionem legis definiturus occasionem legis latae perspicere teneatur (§. 103.).

COR. Ex quo simul patet, necesse esse, ut rationem legis ab eius occasione distinguamus.

§. 105.

Leges non ferendae sunt nisi de actionibus ad quas quis obligari potest.

Leges non possunt sanciri nisi de actionibus, ad quas quis potest obligari. Leges enim sunt propositiones, quibus actiones nostras attemperare obligamur (§. 99.), quamobrem, cum nulla lex sine obligatione poni possit, consequens est, ut leges solummodo de actionibus, ad quas quis obligari potest, sanciri possint.

COR.

COR. I. Leges itaque sanciri nequeunt, nisi de actionibus liberis (§. 54.), quae sunt in nostra potestate (§. 89. Cor.), quae absolute & hypothetice possibiles (§. 91.), & quae a voluntate vel noluntate nostra dependere possunt. Quod etiam inde patet, quoniam nulla facultas mentis per motiva ad actum deduci potest, quam voluntas & noluntas (§. 36.).

COR. II. Ex quibus porro colligimus, intellectum, quoad materiale nimirum, non esse sub directione legum. vide §. 54. & §. 8. Cor. 2. Pf. emp.

§. 106.

Legis prohibitoriae finis esse debet evitatio imperfectionis; & praecepta perfectionis consecutionem finem agnoscunt. Leges sanciri non possunt nisi de actionibus, ad quas quis potest obligari (§. 105.); nemo igitur praecepto, nisi ad actiones bonas committendas, & lege prohibitoria, nisi ad actiones malas omittendas, obligari potest (§. 99. 93.). Atque ideo leges prioris generis consecutionem perfectionis, & posterioris evitacionem imperfectionis finem agnoscunt (§. 15.).

Inde concipi-
tur sco-
pus le-
gis.

COR. Qua ex ratione dicitur, leges publicas expedire, ut ciues sint locupletes (a), & ut nemo re sua male utatur (b).

(a) Nouell. 8. §. 1. *versu considerauius.*

(b) §. 3. *Instit. de his, quae sunt sui & alieni iuris.*

§. 107.

Recte itaque *actiones bonae* dicuntur, quae legi non repugnant, *malae vero*, quae legi repugnant (§. 106, 15.). Qua ex ratione moralitatem actionum ex legibus etiam deducere possumus (§. 65.).

Ergo &
morali-
tas actio-
num ex
lege con-
cipitur.

COR. Poras actiones, quae in foro quodam ad leges referri nequeunt, consequens etiam erit, ut eiusmodi actiones eodem in foro sint indifferentes (Schol. ad §. 59.).

B

§. 108.

§. 108.

Quid le-
gi obe-
dire &
legem
violare.

Qui ea, de quibus leges sancitae sunt, agit, aut hisce ex legibus rationem agendi sumit, aut non. Si prius, dicimus, *eum legi obedire*. Qui contra ea, de quibus leges sancitae sunt, agit, aut leges constitutas cognoscit, aut non. Si prius, eum *moraliter agendo violare leges*, dicere solemus. Qui itaque Legibus obedit, bona, & qui moraliter agendo easdem violat, mala agit (§. 107.).

COR. Quibus itaque lex dicta est, obligati etiam sunt, vt legi obediant, eamque non moraliter agendo violent (§. 101. 98.).

§. 109.

Ergo legi
obediens
legem
cogno-
scere &
concep-
ere debet.

Si quis legi obediat, *neccessè est, vt eandem cognoscat & concipiat*. Rationem enim libere agendi ex legibus sumere debet, qui iisdem obediat (§. 108.). Si vero libere agamus, *neccessè est, vt rationem agendi ante distinctè cognoscamus, quam agere possimus* (§. 12.). Si quis itaque legi obediat, naturam etiam actionum ex lege cognoscere debet (§. 107.). Quamobrem, cum hoc fieri nequeat, nisi legem distinctè cognoscat, consequens est, vt legem cognoscere & concipere debeat, qui eidem obediat (§. 108. 103.).

COR. I. Ergo & rationem atque occasionem legis intelligere debet (§. 103. 104.).

COR. II. Hac ex ratione dicitur (a), leges de futuris, non praetertitis disponere, & (b) leges ab omnibus sciri debere.

COR. III. Ex quo porro manifestum est, actiones ad obedientiam non posse referri, quae legibus quidem non repugnant, ab eo tamen productae sunt, qui legem nec cognoscit nec concipit.

SCH.

SCH. Incidimus inde in explicationem promulgationis atque interpretationis legum. Non-nulli quidem cum B. LERMANNO (c) in ea sunt persuasione, quod doctrina de interpretatione legum ad Ius Naturale non pertinere, quoniam, eorum ex sententia neque in leges naturae explicitas, utpote quae fines tantum explicare debent, neque in implicitas, quae verbis non continentur, quadrare potest. Sed rem meam saluam manere, quae deinde docebo, abunde confirmabunt.

(a) L. 7. C. de LL.

(b) L. 9. C. de LL.

(c) in Obs. ad Pufendorfii off. Lib. 1. Cap. II. §. X.

§. 110.

Efficere, ut is, qui lege obligatur, legem cognoscere possit, idem est, ac legem promulgare. Fieri itaque non potest, ut quis legi non-promulgatae obediat (§. 109.).

Promulgatio igitur legis necessaria est.

COR. Recte igitur dicitur, leges ante promulgationem non habere vim iuris, sed eam post promulgationem, ex quo scilicet in notitiam obligandorum venire poterunt, accipere. vid. STRYKIUM in Annotat. ad Lauterbachium p. 4. ad vocem vim iuris.

§. 111.

Lex promulgatur, quo obligandi legi obedire (§. 110.), i. e. ex legibus motiva ad hoc & non aliud agendum sumere possint (§. 36. & 108.). Cognitio, quae dat motiva ad agendum, dicitur *viua*. Scopus igitur promulgationis legum est, ut in obligandis cognitio de legibus viua exciteretur.

Quae cognitio nem viam de legibus producat.

§. 112.

Nulla cognitio viua fieri potest, nisi quae distincta (§. 36. 111.). Ergo & ut obligandi legem distincte cognoscere possint, scopum promulgationis eiusdem dicere debemus (§.

Ergo leges clarae esse debent.

III.). Hinc luculenter patet, leges ita constituendas esse, ut distincte possint cognosci, seu ut *leges sint clarae* (a).

(a) Nou. 107. c. 1.

§. 113.

Et si non per se clarae sint, interpretatio LL. necessaria est. Ponamus, leges ita esse constitutas, ut earum sensum non sine mediatione atque rationum adsequi possimus, seu, sensum Legum esse difficilem; necesse erit, ut explicentur (§. 112. 102.). Propositionem, cuius sensus difficilis est, explicare, idem est, ac *eam interpretari*. Eiusmodi itaque leges interpretari debemus.

§. 114.

Interpretantur vero leges vel earum auctores, vel alii, a quibus non sunt constitutae. Et hi easdem interpretantur vel auctoritate legislatoris (a), vel consuetudinis ope, vel secundum regulas hermeneuticæ. Interpretatio, quæ fit a Legislatore, aut eiusdem auctoritate, *authentica* (b), quæ fit ope consuetudinis, *vsualis*, & quæ tandem fit secundum regulas hermeneuticæ, *doctrinalis interpretatio* vocatur.

(a) Reflectas ad statum Reipublicæ Romanæ, ubi Praetor interpretatus est leges a populo vel senatu latas. vid. etiam *daß Publications-Mandat der Cbur-Sächsischen neuen erläuterten Proceß-Ordnung*.

(b) Huc spectat regula: Legem interpretari debet is, qui eam concedere potest L. 9. c. de LL.

§. 115.

Quoniam autem quilibet est optimus verborum suorum interpres, interpretatio legum doctrina ad-

doctrinalis atque vsualis summo cum iure reij-
citur, si authentica existit interpretatio (§. 114.), est non
necessa-
ria.

SCH. Huc spectare videntur verba (a), verba vbi da-
ta sunt, non fugiendum est ad interpretationes.
Dicatur in praelectionibus de lege (b), quod optima
legum interpret sit consuetudo; de valore interpre-
tationis vsualis, explicentur verba Ciceronis (c):
cum per multa praecclare legibus essent constituta, ea
Ictorum ingeniis pleraque corrupta ac deprauata
sunt.

(a) L. 12. §. 1. ff. qui & a quibus manumiss. Lib. non
fiant.

(b) L. 37. ff. de LL.

(c) Orat. pro L. muracn.

§. 116.

Doctrinaliter, vt ita dicam, interpretamur Interpre-
tatio le-
gum do-
ctrinalis
ex ratio-
ne & oc-
casiōe
legis la-
tae hau-
rienda
est.
leges secundum regulas hermeneuticae (§. 114.).
Ex quo sequitur, quoniam interpretatio est ex-
plicatio (§. 113.), necesse esse, vt legem do-
ctrinaliter interpretaturus rationem & occasio-
nem legis intelligat (§. 103. 104.).

SCH. Dicatur in Prae-lectionibus de interpretatione
declaratiua, extensiva atque restrictiua. Plura vero de
interpretatione legum dicenda ex fundamentis Hermeneu-
ticae generalis, in lectionibus Logicae explicandis,
erui possunt. vide Log. Part. I. Sect. II. & Part. II.
Sect. III. Adde opus IOH. a FELDEN de interpre-
tatione & GROTIUM I. B. & P. Lib. II. Cap. XVI.

§. 117.

Defectus cognitionis legum dicitur *igno-
rantia*, vel *error iuris*. Hunc vero vt euitemus,
vel in nostra potestate fuit, vel minus. Si
prius, *ignorantia* vel *error* dicitur *vincibilis*, &
si posterius, *invincibilis*. Ignorantia igitur vin-
cibilis ad actiones liberas (§. 53.), atque ideo
ad

ad eas, quae moralitatem habent (§. 65.), referri debet, non vero ignorantia inuincibilis.

COR. Qua ex ratione dicitur, ignorantiam iuris, inuincibilem nimirum, excusare.

§. 118.

Quae
evitanda.

Omnem igitur ignorantiam iuris vincibilem evitare debet, cuius officium est, vt legi obediat (§. 109. 117.).

§. 119.

Poenae
& prae-
mii ex-
plicatio.

Qui legem moraliter violat, imperfectionem (§. 106. 108.), atque ideo mala (§. 15.), & qui legi obedit, perfectionem (§. 106. 108.), & per consequens bona (§. 15.) acquirit. Malum natum & immisum ob moralem violationem legis, *poena*; & bonum natum & immisum ob obedientiam legi praestitam, *praemium* vocatur. Poena igitur est moralis legum violationis, & praemium obedientiae legi praestitae confectarium. vide GROTIUM *l. c. Lib. II. Cap. XX. §. 1.*

COR. I. Vbi igitur nulla lex sc. moralis, ibi nec poena nec praemium poni potest. Reflectas ad Leu. XX. 15. 16. it. Gen. IX. 5. 6. conf. SELDENI *lus Nat. Gen. iuxta discipl. Ebraeorum Lib. I. c. V.*

COR. II. Et vbi nulla poena nec praemium, ibi nec legem moralem concedere possumus.

COR. III. Quoniam poena est malum, quod cum violatione legis sc. moralis, de qua hic loquimur, & praemium est bonum, quod cum obedientia legi praestanda connectitur, recte a Doctoribus I. N. & G. dictum est, *praemium esse confectarium bonum, tanquam motium cum actione libera expedienda conexum; & poenam esse confectarium malum, tanquam motium cum actione libera fugienda copulatum (§. 36.).*

SCH. Dicatur in Prae-lectionibus de quaestione ab
ALEX.

ALEX. KOEL atque VITRINGA in controuersiam
vocata, an morbi sint poenae.

§. 120.

Confectaria actionum moralium, qua t- Quae
fuit ac-
tionum
merita.
tionum, dicuntur *merita*. Merita igitur actionum
moralium sunt vel poenae vel praemia (§. 119.).

§. 121.

Fieri potest, vt in foro quodam quaedam De per-
missis.
actiones morales ad leges non possint referri.
Eiusmodi actiones in foro illo *permissae* vocan-
tur. Actiones ergo permissae in eo foro, in
quo permissae sunt, nec poenam nec praemium
merentur (§. 119. Cor.). Atque ideo in foro
illo sunt indifferentes (§. 59. Sch.).

COR. Hinc dicitur (a), lege permittente quod fit,
poenam non meretur.

SCH. Ex quo simul concipitur distinctio in ius permis-
suum & praeceptiuum. vid. Ill. GLAUBI in *Recht
der Vernunft*. pag. 343. sqq.

(a) L. 15. §. 12. ff. de aedil. edict.

§. 122.

Norma agendi ab altero mihi in re ambi- De cons-
iliis.
gua & ancipiti data, ad quam tamen exequen-
dam, quatenus ab eodem mihi dicitur, non
obligatus sum, *consilii* nomen accepit. Consi-
lium igitur qua tale non obligat (a), ergo non
est lex (§. 98.). Ponamus vero, id, quod in
consilio praescribitur, legi non repugnare, obli-
gatio quidem ad ea, quae dicta sunt, facienda,
ponenda erit (§. 98.), huius tamen obligatio-
nis fontem minime esse in consilio, sed in lege,
ex dictis abunde patet (b).

COR. I. Magna ergo est legum tam a permissis quam
consiliis differentia (121. 122. 98.). Et velim vt hic

perpendas verba SVAREZII (c). *Lex naturae non solum indicatiua boni & mali est, sed etiam propriam prohibitionem mali & praeceptionem boni continet.* Quod notandum contra opinionem THOMASII aliorumque, qua leges naturales inter consilia solummodo referendas esse, confirmatur. **EUOLVAS GROTIVM** l. c. Lib. I. Cap. II. §. 9. n. 4.

COR. II. Euolutis ex principiis facile intelliges, fieri posse, ut in vno foro sit consilium, quod in altero in legum numerum referri debet.

COR. III. Et cum consilium qua tale nullam habeat vim obligatoriam, neminem de consilio accepto se excusare posse, manifestum est.

SCH. *Ad consilia eiusmodi etiam pertinere leges, de quibus MACROBIUS (d) loquitur, in quibus nulla deuiantibus poena sancitur, mihi videtur.* **EUOLVAS GROTIVM** l. c. Lib. II. cap. V. §. 16. *Et dicitur in praelectionibus de lege Valeria, quam LIVIVS breuissimis (e) exposuit.*

(a) vid. SCHACHERI *diff. de consilii non fraudulentis nulla obligatione.*

(b) Reflectas ad THOMASII 27. *Observ. tom. 16. observationum Hallensium.*

(c) de LL. Lib. I. c. VI. n. 5. p. 71.

(d) *circa finem eorum, quae scripsit ad somnium Scipionis.*

(e) *Lib. X. hist. Rom.*

§. 123.

Quid ab-rogatio & derogatio legis?

Posita lege obligatio etiam ponenda est (§. 99.), obligatio est vel affirmatiua vel negatiua (§. 87.), & illa dat praecepta, haec vero leges prohibitorias (§. 29.). Quare, cum obligatio negatiua affirmatiuam, & affirmatiua negatiuam, si nimirum circa idem obiectum versentur, tollat (§. 87.), si lege prohibeatur, quod antea fuit praeceptum, & v. v. lex prohibitoria posterior tollit praeceptum prius,

prius, & praeceptum posterius tollit legem prohibitoriam priorem. Hoc si fiat in totum, *legem abrogare*, si autem fiat in tantum, *legi derogare* dicimus. Est igitur *abrogatio legis* mutatio legis totalis, & *derogatio legis* mutatio legis partialis.

COR. Cessante lege cessat obligatio (§. 99.), abrogata itaque lege omnis obligatio, & derogatione legis obligatio etiam ex parte tollitur. Et ex hac ratione dicitur, *legem posteriorem derogare priori* (a).

(a) L. 26. ff. de LL.

§. 124.

Derogatio legis, intuitu certae cuiusdam personae facta, dicitur *dispensatio*, aliquem igitur a lege *dispensare*, idem est ac efficere, ut per legem non abrogatam non obligetur. Facta itaque dispensatione extensio legis aliqua ratione restricta est (§. 101.).

Dispensationis explicatio.

COR. Iisdem ex notionibus sequitur, ut facultas dispensandi nemini competere possit, nisi subiecto, a quo lex illa dependet (§. 115.).

SCH. Quo iure autem magistratui subalterno haec facultas dispensandi adscribitur, infra explanabo. Vid. interim III. BOEHMERI *introduc.* in ius publicum uniuers. Lib. II. cap. III. §. 63. p. 441. sq. In Prae-lectionibus explicatur differentia interpretationis restrictivae a dispensatione. vide GROTIUM Lib. II. Cap. XX. §. 27.

§. 125.

Lex est propositio obligatoria (§. 98.), In obligatione concipitur quantitas (§. 84.), ergo & de legum quantitate ideam formare possumus. Quantitas itaque legis dependet a quantitate obligationis cum lege copulatae.

Fons quantitatis legum.

COR. Quo plures igitur obligationes partiales cum lege connexae sunt, atque ideo, quo plura motiua eiusmodi obligationes constituunt, eo maior est quantitas legis, quae inde oritur (§. 82. - 84.). Reflectas ad cor. 2. §. 84.

§. 126.

Ex qua concipitur, quomodo in collisione legum exceptio instituta.

Quantitas legis a quantitate obligationis determinatur. (§. 126.), in collisione igitur legum maior lex minori praeferenda est. (§. 92. & Cor 2. ad §. 93.).

SCH. Attigit sermo, quem hucusque continuauimus, legem in genere spectatam. Nunc ordo postulat, ut non - nulla dicamus de legum speciebus, & praesertim de lege naturali, in quod fiat in §. §. proxime sequentibus.

§. 127.

Legis positivae & naturalis definitio.

Obligationes sunt vel naturales, vel positivae, vel mixtae (§. 75. 78.). Legibus inest obligatio (§. 98.). Ex idea ergo legis §. 98. generatim formata egregie iudicari & confirmari possunt omnia, quae cogitari possunt legum genera. Lex enim est naturalis, quatenus obligatione naturali, positiva, quatenus obligatione positiva, & mixta, quatenus obligatione mixta, quam etiam obligationem qualificatam dicunt, constituitur. Et quoniam obligatio positiva est vel diuina vel humana (§. 75.), leges etiam positivas in diuinas & humanas diuidere possumus.

COR. I. Leges, ad quas alicuius imperantis auctoritas accedit, a non-nullis simpliciter leges vocantur. Ex eorum itaque sententia omnes leges sunt positivae. Qua ex ratione etiam affirmant, legem sine superiore non posse concipi (a).

COR. II. Leges qualificatae obligatione mixta constituantur. Obligatio mixta est aggregatum ex obligatione

tione naturali & positiva (§. 78.). Ergo leges qualificatae ex parte naturales, & ex parte positivae sunt. Recte ideo dicitur, ad leges qualificatas auctoritatem superioris quidem accedere, necesse tamen non esse, ut eam accessisse cogitet, qui eiusmodi legem velit concipere.

COR. III. Leges naturales esse vel *necessarias* vel *contingentes*, ita cuinco. Leges naturales obligationibus naturalibus constituuntur (§. 127.). Diuersae itaque obligationes naturales diuersas etiam dant leges. Obligationem naturalem constituunt *confectaria*, quae ex actionibus nostris liberis seu moralibus fluunt (per dem. §. 76.), & vel *necessaria* vel *contingentia* sunt (§. 59. Cor. 1.). Est itaque obligatio naturalis vel *contingens* vel *necessaria*. Atque ideo leges naturales in *necessarias* & *contingentes* diuidere debemus.

(a) vid. HUBERVS de Iure Ciuil. l. 1. c. 1. §. 2. sqq.

§. 128.

Confectaria mala ex actione moraliter mala sunt poenae, & *confectaria bona* ex actione moraliter bona sunt, *praemia* (§. 119. seq.). Eiusmodi *confectaria* vel *naturalia* sunt vel *arbitraria* (§. 75.), & illa in *naturalia necessaria* atque *contingentia* diuiduntur (§. 59. Cor. 1.). Quibus ex positionibus immediate intelligere possumus, quid *poena naturalis*, *arbitraria* atque *qualificata*, & quid *praemium naturale*, *arbitrarium* atque *qualificatum*.

Inde
praemia
& poe-
nae arbi-
trariae,
natura-
les &
qualifi-
catae
concipi-
untur.

§. 129.

Leges naturales existunt. Obligatio enim naturalis existit (§. 76.), cuius scopus est, ut bona facere malaque omittere debeamus (§. 95.), naturalis itaque obligatio hanc constituit propositionem: fac ea, quae bona sunt, & omitte, quae mala. Quamobrem, cum eiusmodi propositio, quae est norma actionum moralium, naturali obligatione constituta, *lex natura-*

Dantur
leges na-
turales.

turalis vocetur (§. 127.), leges naturales existere, manifestum est.

§. 130.

Quae ratione cognoscuntur.

Leges naturales ratione cognosci possunt. Constituuntur enim obligatione naturali (per dem. ad §. 129.). Sed obligatio naturalis cognoscitur, si ea evolimus, quae ex natura nostra sequuntur (§. 75. & dem. ad §. 76.). Ergo, cum in praecedentibus (§. 30.) confirmatum sit, nos eiusmodi cognitionem mediante ratione nobis acquirere, leges naturales rationis ope posse cognosci, in dubium quoque vocari non poterit.

COR. Hoc ex fundamento leges naturales dictamina rationis dicuntur.

§. 131.

Ergo omnibus promulgatae sunt.

Fieri non potest, ut quis per leges naturales obligetur, qui non gaudet usu rationis (§. 127. 88.), quo eiusmodi leges cognosci possunt (§. 130.). Legibus itaque naturalibus obligandi iis etiam instructi sunt viribus, quae requiruntur, si eiusmodi leges cognoscant. Ex quo sequitur, *leges naturales omnibus, qui iisdem obligari possunt, esse promulgatas* (§. 110.).

SCH. Hinc Apostolus (a) egregie loquutus est, eos, quibus leges non verbis promulgatae, nihilominus ostendere opus legis scriptum in cordibus suis. Quae verba AMBROSIVS (b) ita interpretatur: ea lex non scribitur, sed innascitur, non praecipitur lectione, sed profluo naturae fonte in singulis exponitur.

(a) ad Rom. II. 15.

(b) in Gloss. supra c. II. ad Rom.

§. 132.

§. 132.

Quoniam omnibus creaturis rationalibus, quatenus ratione gaudent, leges naturales promulgatae sunt (§. 131.), fieri potest, ut omnes leges naturales cognoscant (§. 110.). Si igitur leges denominatas ignorent, ignorantia illa erit vincibilis. (§. 117.).

Ignorantia igitur legum naturalium est vincibilis.

§. 133.

Leges naturales sunt etiam leges diuinae. Cum legibus naturalibus connexa est obligatio naturalis (§. 127.), sed obligatio naturalis etiam diuina est, (§. 77.), ergo & leges naturales sunt leges, quibus obligatio diuina inest, atque ideo inter leges diuinas summa cum ratione referuntur (§. 127.).

Leges naturales sunt etiam diuinae.

COR. I. Mixta igitur cum legibus naturae copulata est obligatio (§. 78.), atque ideo leges qualificatae dici merentur (§. 127.).

COR. II. Et quoniam lex diuina etiam est positiua (§. 127.), cum legibus naturalibus obligatio etiam positiua, quae ab arbitrio diuino dependet (§. 75.), connexa est.

COR. III. Deus igitur auctor naturae (§. 67.) non origo solum & legum naturalium fons dici potest, sed & ipsius voluntas earundem legum principium cognoscendi est. Quam legum naturalium auctoritatem ipse CICERO (a), alique gentilium Philosophi agnouerunt. conf. verba GROT. in Prolegom. I. B. & P. n. 12.: *Illud ipsum naturale ius, quanquam ex principiis homini internis profluit, Deo tamen adscribi merito potest, quia, ut talia principia in nobis existant, ipse voluit.*

SCH. In praefectionibus doctrinae de lege diuina positiua vniuersali, quam GYNDLINGIUS (b) indicauit, explicetur.

(a) de LL. lib. 2.

(b) I. N. & G. cap. 1. §. 75.

§. 134.

§. 134.

Conclu-
sio gene-
ralis ex
princi-
piis huc-
usque
evoluitis.

Leges naturales sunt confectaria, quae ex actionum moralium natura fluunt (§. 127.) & quae ex voluntate diuina (§. 133.), atque ex ratione cognosci possunt (§. 130.), *legibus igitur naturalibus conuenienter viuere, idem est, ac naturae humanae, voluntati diuinae & principiis rationis conuenienter viuere.*

§. 135.

Leges
natura-
les omni-
bus ho-
minibus
praefri-
ptae
sunt.

Leges naturales necessariae omnes homines simpliciter, & leges naturales contingentes omnes homines in eodem statu viuentes obligant. Veritas huius principii ex Cor. §. 103. & Cor. 3. §. 127. abunde sequitur.

COR. I. Hac itaque ex ratione leges naturales inter leges vniuersales (§. 101.), & obligationem naturalem inter obligationes vniuersales referre debemus (§. cit.).

COR. II. Leges naturales sunt etiam leges diuinae (§. 133.), leges ergo naturales sunt leges diuinae vniuersales (Cor. 1.). Ex quo manifestum est, leges diuinas particulares nos ponere non posse, nisi forsitan leges diuinas mere positiuas (§. 127.).

§. 136.

Leges
natura-
les sunt
immuta-
biles.

Leges naturales sunt immutabiles. Posita enim morali obligatione, lex etiam naturalis ponenda erit (§. 127.), quamobrem, cum obligatio naturalis sit immutabilis (§. 80.), leges etiam naturales immutabiles esse, consequens est.

COR. Ergo nec a Deo, stante nostra natura, leges naturales mutari possunt (§. 69.), vid. s o r o de Iust. & Iur. Lib. 1. qu. 4. art. 5. Eum autem, qui legem naturalem in foro ciuili non qualificatam efficit, eiusmodi legem non mutare, notare velis, quo

THO-
MASII

MASII *Differ. de iure statuum leges condendi contra ius commune non aduersam suggerat opinionem.*

§. 137.

Qua ex legum immutabilitate sequitur, leges naturales nec abrogari (a) (§. 123.), nec de illis aliquid derogari posse (§. 123.), atque ideo dispensationem in illis non habere locum. (b) (§. 124.).

Ergo non possunt abrogari, nec derogationi nec dispensationi locus est.

COR. Si itaque leges naturales & positivae sint in collisione, naturales positivis praeferendae erunt (§. 126.).

(a) *Huc spectat regula: Natura prohibita lege non firmantur* L. 188. §. fin. I. de R. I.

(b) *Reflectamus in praelectionibus ad Gen. XXII. 2. & Ex. XI. 12.*

§. 138.

Leges naturales ad omnes actiones liberas accommodatae sunt, seu, quae libere agi possunt, vel praecipunt vel prohibent. Leges naturales ex obligatione naturali concipiuntur (§. 127.); sed obligatio naturalis ad omnes, quibus moralitas intrinseca inest, actiones, atque ideo ad omnes actiones liberas (§. 66.), accommodata est (§. 93. 75. 65.). Ergo & leges naturales omnia, quae libere agi possunt, vel praecipunt vel prohibent (§. 99.).

Leges naturales se extendunt ad omnes actiones liberas.

COR. Ex hac ratione uniuersalitas naturalium legum attributum vocatur proprium, quam, quo ab uniuersalitate §. 135. Cor. 1. explicata, & quae uniuersalitas subiectiua est, distingui possit, appellabo uniuersalitem obiectiuam.

§. 139.

In foro itaque naturali nec permissa nec consilia locum habent, (§. 121. 122. 138.). Omnia ergo permissa & consilia, quae in foro quo-

Et inde permissa & consilia vim iuris arripiunt.

quodam cogitari possunt, si in forum naturale transferantur, actiones obligatoriae erunt. (§. 138. 98.).

§. 140.

Leges
naturales
agno-
scunt
princi-
pium
quoddam
vniuersa-
le.

Principium aliquod vniuersale concedere debemus, ex quo omnes leges naturales deduci possunt. Leges enim naturales ratione cognoscimus (§. 130.), quicquid autem ratione cognoscimus, idem etiam ratiociniis eruere debemus, (§. 119. seqq. Pr. Log.), leges igitur naturales ratiociniis detegendae sunt. Omnia ratiocinia ad primam syllogismorum figuram reduci possunt (§. 274. P. I. Log.), qua in figura propositio principalis seu maior vniuersalis esse debet (§. 261. P. I. Log.), leges igitur naturales ex principio vniuersali deducendae sunt. Et quoniam porro leges naturales sunt eiusdem generis (§. 127.), consequens est, vt vnicum principium vniuersale concedere debeamus, ex quo leges naturales deducendae (§. 32. sqq. Pr. Log.).

§. 141.

Quod est
princi-
pium pri-
mum do-
mesti-
cum.

Principium alicuius disciplinae domesticum dicitur propositio, quae non plurium propositionum rationes continet, quam quae in illa disciplina obueniunt, & hoc est *primum principium*, si illarum propositionum, qua talium, rationes vltimas continet. Propositiones in Iure N. & G. qua tali obuiaae spectant bonitatem vel prauitatem actionum nostrarum, praesertim moralem (§. 31. Pr. 65.), ex quo sequitur, quid *principium iuris N. & G. primum & domesticum*, & vt principium, de quo §. 140. dictum, eiusmodi conditionis esse debeat.

§. 142.

§. 142.

Iisdem ex fundamentis simul colligitur, principium §. 140. 141. indicatum etiam *principium* iurisprudentiae vniuersalis adaequatum esse debere. Est enim *principium alicuius disciplinae adaequatum*, ex quo ceterae cunctae veritates, & non plures, quam quae eandem ad scientiam pertinent, inferri possunt.

Et adaequatum.

§. 143.

Propositio: Fac ea, quae te *perfectiorem efficiunt*; & omitte ea, quae te *imperfectiorem reddunt*, est vera *lex naturalis*. Natura enim obligamur, vt ea faciamus, quae nobis bona, & omittamus, quae nobis mala sunt (§. 93. 15), ergo natura obligamur, vt perfectionem nostram promoveamus, & imperfectionem euitemus (§. 15.). Quare, cum propositiones, quibus actiones attemperare a natura obligamur, leges naturales vocentur (§. 127), haec etiam *propositio*: fac ea, quae te perficiunt, & omitte ea, quae te imperfectiorem reddunt, *lex naturalis* dici meretur.

Hac ea, quae tibi conducunt, & omitte contraria, est *lex naturalis*.

§. 144.

Propositio §. 143. *demonstrata est legum naturalium fundamentum vniuersale, domesticum, primum atque adaequatum*. Omnes actiones liberae nos vel perficiunt, vel imperfectiores reddunt (§. 58.), ergo citata ex propositione omnium actionum liberarum moralitatem, quam in foro naturali habent, deducere possumus (§. 65. 15.), est itaque legum naturalium fundamentum vniuersale (Cor. ad §. 138.).

Et est principium vniuersale, domesticum, primum & adaequatum l. N. & G.

Q. e. p.

F

Porro

Porro hac ex propositione nihil deducitur, nisi ad quod nos sumus naturaliter obligati (per dem. §. 106. coll. §. 143.), atque ideo ex eadem nihil inferri potest, nisi moralitas actionum liberarum intrinseca (§. 89. 75. 65.). Quamobrem, cum actiones liberae, quatenus moralitate intrinseca gaudent, ad forum naturale pertineant (§. 31. Pr. 65. vid. §. 138.), propositio demonstrata est principium Iurisprudentiae vniuersalis domesticum (§. 141.).

Q. e. a.

Omniū actionum liberarum existētiæ ratio vltima sunt motiua (§. 36.), hoc itaque & non aliud libere agendo producimus, quia, vt cogitamus, nos perficit, & hoc & non aliud libere agendo omittimus, quia, saltem pro cogitationibus nostris, nos imperfectiores reddit (§. cit.). Consequens ergo est, vt propositio demonstrata sit primum Iurisprudentiæ vniuersalis fundamentum (per dem. memb. 2. & §. 141.).

Q. e. t.

Fundamentum scientiæ cuiusdam primum atque domesticum eiusdem scientiæ fundamentum adaequatum est (§. 141. & 142.). Immediatē itaque patet, propositionem illam iurisprudentiæ vniuersalis fundamentum adaequatum esse (per m. 2. 3.).

Q. e. q.

COR. I. Haec propositio facile in duas alias diducitur, quarum affirmans altera, altera negans. Prior est: *Fac ea, quae te perficiunt*, seu vt vulgus loqui solet; *fac ea, quae bona sunt*, quae est fundamentum praeceptorum naturalium. Posterior: *Omitte ea, quae te imperfectiorem reddant*, seu, *omitte ea, quae mala sunt*, quae est fundamentum legum naturalium prohibitoriarum (§. 106.).

COR. II. A genere ad speciem valet consequentia, intel-

intelligimus ergo methodum, ex propositione §. 143. demonstrata inveniendi actiones, quae faciendae atque omittendae. Huc spectat regula (a); *genus includit omnes species.*

COR. III. Ergo a natura, & per consequens etiam a Deo (§. 133.) ad ea obligari sumus, ad quae nos natura nostra non perversa stimulat (§. 26.). Hinc factum est, ut nonnulli, nos etiam per stimulos naturales non pervertos obligari, affirmaverint.

COR. IV. Non igitur sine ratione a multis hocce I. N. & G. principium primum enuntiatum est: *fac ea, quae naturae finibus & causis consentiunt.* Et quoniam omnis perfectionis character discretius consensus in varietate est (§. 13.), idem nostrum principium a PAVLO exhibetur Gal. II. 18.

(a) L. 147. ff. de R. I.

§. 145.

Ea facienda sunt, quae nos perfectiores, & omittenda sunt, quae nos imperfectiores efficiunt (§. 143.). Qui igitur legi naturali obedit, se perfectiorem, & qui eandem violat, se imperfectiorem efficit. (§. 144. 108.)

§. 146.

Ex cognitione possessionis veri boni oritur *vera voluptas*, & cognitio possessionis veri mali *verum excitat taedium*. Scopus igitur legum naturalium est, ut viamur in statu verae voluptatis, & evitemus vera taedia (§. 145. 38. 15.).

§. 147.

Status verae voluptatis dicitur *felicitas*, & status veri taedii *infelicitatis characterem* exhibet. *Obedientia igitur legi naturali praestita nos felices, legum vero naturalium violatio nos infelices reddit.* (§. 146.)

F 2

§. 148.

Obedi-
entia LL.
nat. pro-
ducit
perfe-
ctionem
& inobe-
dientia
imperfec-
tionem
status
nostri.

Ex legum
naturalium
custodia
vera vo-
luptas &
violatio-
ne verum
taedium
oritur.

Ergo illa
nos red-
dit felices
&
haec in-
felices.

§. 148.

E. me-
dium ad
felicitatem
virtus
confer-
uatio of-
ficii, & ad
infelicitatem
vitiū
est.

Habitus actiones suas legibus naturalibus attemperandi dicitur *virtus philosophica*, cuius oppositum *vitiū philosophici* nomen accepit. Actio legibus conformanda *officium* appellatur. Sequitur inde, vt virtutem atque obseruationem officiorum inter media acquirendi felicitatem, & vitia inter ea, quae infelicitatem produ-
cunt, referre debeamus.

§. 149.

Nulla
actio in
foro na-
turali
impunita
vel irre-
munera-
ta per-
manet.

Nulla actio in foro naturali impunita vel irremunerata manet. Omnes actiones liberae in foro naturali legi vel repugnant, vel cum eadem consentiunt (§. 138.), si posterius, nos felices, si prius, nos infelices efficiunt (§. 47.). Felicitas bonum, infelicitas malum est (§. 146. 147.). Nullam igitur actionem in foro naturali impunitam vel irremuneratam manere, con-
sequitur (§. 119.).

COR. Quoniam igitur consecratia illa a natura & per consequens etiam a Deo (§. 87.) cum actionibus nostris liberis copulata sunt (§. 59.), naturales poenae naturaliaque praemia, quae omnia simul diuina sunt, concipiuntur (§. 127. 119.).

CAP. IV.

DE ACTIONVM MORALIVM, SEV MORALITATIS QVANTITATE.

§. 150.

Quid
morali-
ter possi-
bile &
impossi-
bile.

Actiones, quae legi non repugnant, *moraliter* possibiles dicuntur, & quae legi aduersantur, *moraliter* impossibiles sunt.

COR.

COR. Quicquid igitur moraliter possibile est, possibilitatem absolutam & hypotheticam simul includit (COR. 1. ad §. 105.).

§. 151.

Possibilitas agendi respectiue talis dicitur *potentia* seu *facultas*. Enti ergo potentia tribuitur, quatenus per ea, quae eidem insunt, actio concipitur possibilis. Ex quo sequitur, enti *facultatem agendi moralem* inesse, quatenus ex iis, quae eidem insunt, actio moraliter possibilis potest concipi, quae agendi *ius* audit, in quantum terminus sumitur, vt cum GROTIUS loquar, pro qualitate personae. vid. (§. 9. & 39. Pr.).

§. 152.

Omne ius oritur ex obligatione. Etenim *ius* est facultas agendi moralis (§. 151.), per consequens ex possibilitate morali (§. 151.) & hanc ob causam ex lege concipitur (§. 150.). Quare, cum legis fundamentum sit obligatio (§. 98.), nullum ius sine obligatione locum habere, manifestum est.

COR. Summa ergo cum ratione I. N. & G. Doctores (a) ius obligationis correlatum vocare solent. Vbi igitur nulla obligatio, ibi nullum ius, & vbi nullum ius, ibi nulla obligatio.

(a) vid. GVNDLINGIVS I. N. & G. c. 1. §. 55. 56. & quae ille §. 57. monuit, in praelectionibus enodabo.

§. 153.

Ius illud vel coniunctum est cum iure cogendi alterum, si obligationi suae ideoque officio suo (§. 148. 98.) minus satisfacit, vel cum eo non est copulatum. Priori ratione

F. 3

ius

perfe-
ctum &
imperfe-
ctum.

ius dicitur *perfectum*, posteriori vero *ius im-
perfectum*. Ergo & obligatio, quatenus ad *ius
perfectum* refertur, *perfectae*, & quatenus ad
ius imperfectum refertur, *imperfectae obliga-
tionis* nomen accipit.

COR. Iuris igitur perfecti conceptus non simplex sed
compositus est.

§. 154.

Quid
contra
ius. Ite-
rius sit.

Fit contra ius alterius, quo idem restrin-
gitur. Quoniam autem *ius* illud restringi pot-
est vel simpliciter, vel secundum quid sive hy-
pothetice, & hoc, vel quatenus est *ius*, vel
quatenus eius *usus* spectatur, triplici modo ali-
quid contra *ius alterius* fieri potest: tollitur
enim, vel diminuitur, vel *usus* eius quomo-
docunque impeditur.

§. 155.

Quid ius-
tus &
iniustus,
aequus
& ini-
quus.

Qui facit, quod contra *ius alterius* per-
fectum, *iniustus* dicitur; & qui facit, quod
iuri perfecto alterius convenit, *iustus* appella-
tur. Qui vero contra *ius imperfectum* alterius
agit, *iniquus*, & qui ea facit, quae iuri imper-
fecto alterius congruunt, *aequus* vocatur.
Quid igitur sit *iniustum*, *iustum*, *iniquum* & *ae-
quum*, facile est intellectu.

COR. I. Iustus ergo obligationi perfectae, & aequus
obligationi imperfectae satisficit: iniustus vero obli-
gationem perfectam, & iniquus obligationem imper-
fectam violat (§. 153.).

COR. II. Ex quo porro patet, iustum & iniustum, ae-
quum & iniquum, ex iis tantum cognosci actionibus,
quas alteri praestamus. Qua de re obligationem na-
turalem in absolutam & relativam dividere placet.

§. 156

§. 156.

Ad quod committendum obligamur, dicitur *debitum*, & ad quod omittendum obligamur, *illicitum* audit. Debitum itaque & illicitum vt *perfecte & imperfecte tale* concipi potest (§. 153.). Et quoniam licitum est, quod nec praeceptum nec prohibitum (§. 121.); Licitum (a) dici potest, vbi lex permissiua habet locum (Sch. ad §. 121.).

COR. Quicquid igitur licitum est, neque iniusti neque iusti meretur nomen (§. 155. 28.).

(a) Ergo L. 28. §. 8. ff. *licere sumitur pro eo, quod non impeditur, non s; leges permittant, sed si leges non prohibeant.* vid. GROTIUM I. B. & P. Lib. 3. c. 4. §. 2. c. 10. §. 1. n. 1. sqq.

§. 157.

Quod conuenit cum iis, quae enti eiusque statui externo insunt, id ens *debet*. Et id, quod ens liberum debet, *decorum* dicitur. Decorum igitur conuenit cum iis, quae enti libero eiusque statui externo insunt. Quid ex aduerso *indecorum* dicendum, facile perspicitur. *Arbitrarium* est, quod, non nisi ex hominum opinione, vt decorum vel indecorum spectatur, Summa ergo cum ratione etiam decorum in *naturale & arbitrarium* diuidimus.

COR. I. Omne igitur decorum perfectionem, & omne indecorum imperfectionem infert (§. 13.).

COR. II. Actiones itaque legi conuenientes decorae, & legi repugnantes indecorae, sunt (§. 106.).

§. 158.

Qui ea agit, quae obligationi conueniunt, *honestus* dicitur, quare obligationi conueniens *honestum* est. Obligationi conuenit, quod le-

gi non repugnat (§. 98.). Honestus igitur est, qui legi obedit, & inhonestus, qui eandem violat (§. 108.).

COR. Iustum a licito (a) (§. 156.), decore (§. 157.) & honesto (b) (§. 158.) distinguendum esse, ex dictis manifestum est.

(a) vid. STRYK. de iure liciti & non honesti.

(b) vid. THOMASII fundam. I. N. & G. L. 1. c. 5.

§. 159.

Quid leges perfectae & imperfectae, forum internum & externum.

Lex est regula, cui actiones attemperare obligamur (§. 98.), obligatio est vel perfecta vel imperfecta (§. 153), ergo & leges sunt vel perfectae seu necessitatis, vel imperfectae seu humanitatis. Leges perfectae forum externum, & leges imperfectae forum internum seu conscientiae constituunt.

COR. I. In foro itaque interno honestus est, qui legibus humanitatis, & in foro externo, qui legibus necessitatis obedit; qui vero leges humanitatis violat, in foro interno inhonestus, & qui leges necessitatis violat, in foro externo inhonestus dici meretur (§. 158.). Et hinc honestum est vel internum vel externum.

COR. II. Ex eo, quod quis sit iustus, eundem etiam in foro interno honestum esse, inferri nequit (§. 155. & Cor. I. h. §.). An vero ex eo, quoniam quis in foro interno inhonestus, ut etiam in foro externo iniustus sit, deducere possimus, infra docebo.

COR. III. Qui honestus est in foro interno, aequitati satisfacit (§. 155. Cor. I.).

§. 160.

Idea viri boni.

Qui & in foro interno & externo honestus est, a Doctoribus Iurisprudentiae vniuersalis dicitur *vir bonus*.

COR.

COR. Nemo igitur vir bonus dici meretur, nisi qui & legibus perfectis & imperfectis obedit (§. 159.).

SCH. I. Hinc LVCANVS (a)

*Hi mores, seruire modum, sinemque tenere,
Naturamque sequi, patriaeque impendere vitam,
Nec sibi, sed tibi genitum se credere mundo &c.
Iustitiae cultor, rigidi seruator honesti,
In commune bonus.*

& HORATIVS (b)

Vir bonus est quis?

Qui consulta Patrum, qui leges iuraque seruat.

SCH. II. Quae de officiorum speciebus hucusque exposuimus, ita comparata sunt, ut, de moralitatis actionum nostrarum quantitate, quam in sequentibus huius capitis commatibus generatim explanabimus, dicenda, distincta atque perspicua reddere possint.

(a) Lib. 1.

(b) Lib. 1. Epist. 16.

§. 161.

In omni actione libera duo esse distinguenda, iam ante monui, animi scilicet impulsus, quo agimus, ipsumque externum opus, quod in sensus incurrit. Quantitatem itaque de actionum moralitate euoluturi, duplicem hunc actionis characterem considerare debemus.

Quantitas actionis moralis ex duplici fonte haurienda est.

§. 162.

Quantitas moralitatis actionum a quantitate libertatis, a qua proficiscuntur, dependet.

Etenim moralitas actionibus competit, quatenus sunt liberae (§. 65.), liberae autem sunt, quatenus a libertate proficiscuntur (§. 52.). Quamobrem, cum quantitas effectus a quantitate causae determinetur (§. 49. Ont.), quantitatem moralitatis actionum a quantitate li-

Fons quantitatis moralitatis actionum est quantitas libertatis.

F 5

berta-

bertatis, a qua proficiuntur, dependere, consequens est.

COR. I. Libertatem complete concepturus ponere debet

- 1) spontaneitatem,
- 2) contingentiam actionis, qua eadem producitur.
- 3) ut ante actio ab agente intelligatur, quam producitur (§. 52.).

Triplicem ergo habemus fontem, ex quo moralitatis actionum quantitatem deriuare possumus.

COR. II. Quo maior igitur est spontaneitas, qua libere agimus: quo maior est contingentia actionum, quas libere agendo committimus vel omittimus: quo distinctior tandem est cognitio, quam ante de actionibus habemus, quam libere agendo easdem producimus; eo maior etiam est libertas, qua agimus, & per consequens eo maior est moralitatis actionum quantitas.

SCH. Ex his intelligimus & ex inferioribus magis distincte intelligemus, cur Doctores I. N. & G. affirmant, in iudicio de moralitate actionis non quaeri, an quis egerit, sed an cum actione fuerit coniuncta voluntas? qui enim libere agit, ille vult vel non vult (§. 52.).

§. 163.

Quid a-
ctio co-
acta se-
cundum
quid &
stricte sic
dicta.

Si vi quadam externa efficiamus, ut alter agat, alteram cogere dicimur. Ergo *actio coacta* seu *inuita per violentiam* dicitur, cuius ratio in vi quadam externa ponitur. Si coactio eiusmodi tenoris est, ut alter ad hoc & non aliud agendum impellatur, *coactio dicitur simpliciter talis*, & actio inde enata est *inuita per violentiam* seu *coacta stricte sumpta*; si autem coactio eo tantummodo tendit, ut alter ex pluribus actionibus propositis & non ex aliis vnam eligat, *actio inde profluens dicitur coacta* seu *inuita per violentiam secundum quid*, seu *actio mixta*.

COR.

COR. I. Ab electione ad libertatem (§. 52.), & a libertate ad voluntatem valet consequentia (§. cit.). Actiones itaque inuitae per violentiam secundum quid, seu actiones mixtae sunt liberae & voluntariae (§. cit. §5.), atque ideo moralitate minime destitutae (§. 65.). Qua ex ratione voluntatem coactam etiam voluntatem esse, dicunt.

COR. II. Quoniam portio actiones coactae stricte sic dictae inter spontaneas minime referri possunt, (§. 44.), eiusmodi etiam actiones nec liberae (§. 52.) nec morales dici merentur (§. 70.).

SCH. *Reflectamus in praeelectionibus ad actiones ex metu maioris mali evitandi, vel spe boni maioris consequendi commissas vel omissas, & ad media coactiva, in quibus ratio continetur, cur reuolentes volentesque officii suis satisfaciant.*

- §. 164.

Actiones liberae, quarum existentiae ratio in nulla est coactione, plane voluntariae sunt.

§. 165.

Actiones plane voluntariae maiorem agnoscunt libertatem, quam actiones mixtae. Quoniam enim actiones plane voluntariae maiori producuntur spontaneitate, quam actiones mixtae (§. 163. 164. 44.), illis etiam maior libertatis gradus quam hisce competat, consequens est (Cor. 2. §. 162.).

Gradus libertatis in actionibus plane voluntariis & mixtis

COR. Maior ergo moralitatis gradus actionibus plane voluntariis inest, quam actionibus mixtis (§. 162. Cor. 2.).

§. 166.

Actiones interne honestae maiorem habent moralitatis gradum, quam actiones externe honestae. Quoniam enim actiones externe honestae per media coactiva determinari possunt, quod quoad actiones interne honestas fieri nequit

Ex quo quantitas actionum interne & externe honestarum de-

terminari potest.

nequit (§. 153. 159. Cor. I.), actiones interne honestae plane voluntariae sunt, externe vero honestae vt actiones mixtae concipi possunt (§. 164. 163.). Ideoque manifestum est, maiorem moralitatis gradum illis quam hisce actionibus inesse (Cor. §. 165.).

COR. I. Eodem modo demonstrari potest, actiones interne inhonestas moralitatis gradu actiones externe inhonestas superare.

COR. II. Actiones iustae & perfecte debitae sunt in foro externo honestae; & actiones iniustae & perfecte illicitae in eodem foro sunt inhonestae; Actiones vero aequae & imperfecte debitae in foro interno sunt honestae, & actiones iniquae & imperfecte illicitae in eodem foro actiones inhonestae dici merentur (§. 155. 156. 159.). Ex quo patet, de actionibus honestis & inhonestis in commate demonstrata hasce etiam ad actiones facile accommodari posse.

§. 167.

Quae
conclu-
sionem a
honesto
interno
ad hone-
stum ex-
ternum,
sed non
vice ver-
sa exhi-
bet.

Honestus in foro interno etiam honestus est in foro externo, ex eo vero, quod quis sit honestus in foro externo, inferri nequit, quod etiam in foro interno honestus sit. In quo maior alicuius rei quantitas est, in eodem etiam minor eiusdem rei quantitas esse debet, non v. v. (§. 82.). Honesto interno maior honesti gradus inest, quam honesto externo (§. 66.), ab honesto ergo interno ad honestum externum legitima valet consequentia, sed non vice versa.

COR. I. Iustus igitur esse potest, qui nihilo minus tamen est iniquus (Cor. 2. §. 166.), aequum autem sine iusto concipi nequit (§. cit.) &c.

COR. II. Et his ex principiis regula iuris, (a) licita non semper honesta sunt, ab omni falso liberari potest. vid. §. 156.

(a) L. 144. ff. de R. L.

§. 168.

§. 168.

Honesto externo minorem moralitatis gradum tribuimus, quam honesto interno, quoniam externe honeste agens, per media coactiua ad agendum determinari potest (per dem. ad §. 166.). Iam ponamus, aliquem externe honesta agere, non intuitu mediorum coactiuorum, sed rectam sequentem rationem; maiorem hisce sub determinationibus exercebit spontaneitatem (§. 44.), atque ideo actio haecce externe honesta maiorem moralitatis gradum arripit (Cor. 2. §. 162.).

Gradus honesti externi.

§. 169.

Quo plura quis motiua ad agendum ex actionis idea haurit, eo magis actio libera est. Quo plura motiua ex actionis idea agens haurit, eo magis distincta est cognitio, qua actionem producit (§. 36. Cor. 1.). Sed quo magis actionem ante distincte cognoscit, quam eandem producit, eo magis actio ipsius libera est (Cor. 2. §. 162.). Ergo quo plura quis ex actionis idea ad agendum haurit motiua, eo magis actio ipsius libera est.

Gradus libertatis ex multitudine motiuorum profluens.

COR. I. Ergo & hoc ex fonte quantitatem moralitatis, quae actionibus inest, deducere possumus (§. 162. Cor. 2.).

COR. II. Eadem ex propositione facile colligitur, moralitatis gradum etiam ex multitudine consecutorum, ab actione libera profluentium, determinari posse. conf. §. 59. 65. & 84.

§. 170.

Corollaria ex dictis non pauca inferri etiam hoc loco possent: Dabimus aliqua & breuiter: Honestum agere id, quod moralitate gaudet,

Variorum honestarum graduum expositio.

gaudet, ex enarratis facile consequitur (§. 158. 107.). Moralitas actionibus tribui nequit, nisi agens ad agendum motiuus determinatus sit (§. 70. 52. 36.), quo plura igitur honestus ex actionis idea hausit motiuus, eo maiorem honestum sibi vendicabit gradum (Cor. ad §. 169.).

Si spectamus honestatem externam (§. 159. Cor. 1.), fieri potest

- 1.) ut quis priuata vtilitate ductus obligationi externae satisfaciat, & ita habemus *infimum huius honestatis gradum*,
- 2.) ut quis metu, ne quid mali ex obligationis externae violatione sibi imminet, commotus obligationi externae conuenienter agat, quae agendi ratio *secundum huius honestatis gradum determinat*.
- 3.) ut quis recta ratione ductus, non habito obligationis internae respectu, ea producat, ad quae obligatione externa ducitur, & tunc *tertium*, qui etiam summus est, *honestatis externae concipimus gradum* vid. §. 168.

Tandem ratio omnes hos externae virtutis gradus superabit. Internae enim honestatis effectus est honestum in foro externo (§. 167.), & ita fieri potest, ut quis honestate interna commotus externe honesta agat, ex quo summus honesti gradus concipi potest (§. 168.).

§. 271.

Natura obligamur, ut motiuus ad actiones nostras liberas ex perfectionibus diuinis hauriamus. Vt legibus naturalibus conuenienter viuamus, a natura obligamur (§. 129. 127.). Quo-

Obligamur, ut motiuus ad actiones nostras liberas hauriamus.

Quoniam vero leges naturales etiam leges di-
 uinae sunt (§. 133.), natura etiam obligamur,
 vt voluntati diuinae conuenienter viuamus
 (§. 127.), & per consequens, vt motiua ad actio-
 nes nostras liberat ex voluntate Dei, ideoque
 & ex perfectionibus ipsius (§. vide §. 59. *Civ.*
Dei) hauriamus (§. 36.).

berat
 hauriamus
 motiuis
 perfe-
 ctionum
 diuina-
 rum.

§. 172.

*Quantitas moralitatis actionum, quarum mo-
 tiua ex perfectionibus diuinis sunt desumpta, omnem
 honestatis gradum superat.* Summus enim ho-
 nestatis gradus concipitur, si externae hone-
 statis fons honestum internum est (§. 170.),
 atque ideo si quis legibus naturalibus qua tali-
 bus conuenienter viuit (§. 158. & *Cor.* 1. §.
 159.). Si quis autem ex motiuis perfectio-
 num diuinarum agit, non legibus naturalibus
 solum qua talibus, sed etiam quatenus a vo-
 luntate diuina dependent, conuenienter viuit
 (per dem. ad §. 171.), plura itaque postero-
 ri quam priori ratione ex actionis idea ad agen-
 dum motiua haurit (§. 36.). Ex quo mani-
 festum est, huius generis actionum moralita-
 tem omnem honestatis gradum quantitate su-
 perare (§. 169.).

Inde
 actionum
 moralita-
 tas maio-
 rem arripit
 quantitate
 gradum.

§. 173.

Actiones liberae, quatenus motiua ad eas
 producendas ex perfectionibus diuinis sumpta
 sunt, determinat *pium naturale seu philosophi-
 cum.* Pietas itaque philosophica summum mo-
 ralitatis actionum nostrarum gradum, in foro
 nimirum philosophico, constituit (§. 172.).

Ergo a-
 ctionum
 libera-
 rum, quae
 tenus
 sunt na-
 turales,
 moralita-
 tatis
 summus
 gradus
 est pie-
 tatis.

COR. I. Habitus actiones suas legibus naturalibus at-
 temperandi dicitur virtus philosophica (§. 148.).

tutis itaque philosophicae gradus ex §. 170. definiti possunt, quorum summus est pietas (§. 173.).

COR. II. Et quoniam vitium est virtutis oppositum (§. 148.), etiam, si ea, quae natura obiecti mutari iubet, mutantur, quilibet vitii gradus facillime cognoscere poterit.

SCH. Velim tamen, vt reflectas ad §. 125. & 84.

§. 174.

Actio-
simplicis
& com-
positae
definitio.

Actio, quae in alias resolui nequit, dicitur *simplex*, quae vero in alias simpliciores resolui potest, appellatur *composita*.

COR. I. Actio igitur composita est aggregatum ex actionibus simplicibus, atque ideo actio composita simplicem quantitate superat (§. 82.).

COR. II. Quo maior igitur est numerus actionum simplicium, quae vnicam constituunt compositam, eo maior etiam est quantitas actionis compositae.

§. 175.

Maior
libertas
ob com-
positio-
nem a-
ctionis
liberae.

Actio libera composita magis libera est, quam actio libera simplex. Ponamus actionem liberam compositam, ea erit aggregatum ex actionibus liberis simplicibus (Cor. I. §. 174.). Quare, cum quaelibet actio libera simplex spontaneitatem requirat (§. 52.), actioni liberae compositae maior inest spontaneitatis gradus, quam actioni liberae simplici, illa itaque magis libera est, quam haec (§. 162. Cor. 2.).

COR. I. Ex multitudine igitur actionum liberarum simplicium compositam ingredientium quantitas libertatis, qua actio composita producta est, definitur (Cor. 2. §. 174. & §. 82.).

COR. II. Et ita habemus nouum riuulum, ex quo moralitatis actionum quantitatem deriuare possumus (Cor. 2. §. 162.).

COR. III. Quo facilius quis actionem committere vel omis-

omittere potuit, eo minor est moralitas actioni com-
pensens (Cor. 2.).

COR. IV. Quo' plura itaque quis ad agendum habuit
motiva extrinseca, i. e. quae non ex distincta actionis
idea, sed ex circumstantiis sumuntur, eo minor est
actionis moralitas (Cor. 3. & §. 36.).

COR. V. Maior ergo est actionis moralitas, si agenti
non deest ratio, cur contrariam potius edat actionem
(Cor. 4.).

§. 176.

Actus intellectus, quo disquiritur, quid sit
agendum, & quid non agendum, dicitur *con-*
sultatio, & actio, quae praeuia consultatione
editur, audit *deliberata*, quae vero sine prae-
uia consultatione perpetratur, nomen *actionis*
indeliberatae accepit. Qui facta consultatione
se ad agendum determinat, ille *decernit* actio-
nem, & hac ratione actio in se spectata *delibe-*
rata vocatur. Si quis vero disquirat de iis,
quae fieri debent, vt actionem edere possit,
ille *deliberat* de executione actionis, & hac ra-
tione actio *quoad executionem deliberata* di-
citur.

Actiois
delibera-
tae & in-
delibera-
tae vt &
confu-
rationis
ex-
positio.

COR. I. A nuda igitur consultatione ad existentiam
actionis non valet consequentia.

COR. II. Et fieri potest, vt actio in se spectata sit in-
deliberata, quae quoad executionem deliberata est,
& actio quoad executionem deliberata, quatenus in
se spectatur, sit indeliberata.

§. 177.

Actio deliberata magis libera est, quam inde-
liberata. Qui enim deliberate agit, actionem
ante magis distincte cognoscit, quam eandem
produxit, quam indeliberate agens (§. 176),
actio ergo deliberate producta magis libera est,
quam actio indeliberata. (§. 162. Cor. 2.).

Actio de-
liberata
magis li-
bera est
quam in-
delibera-
ta.

COR.

COR. Ergo & actio deliberata maiorem habet moralitatis gradum, quam actio indeliberata (Cor. 2. §. 162.).

§. 178.

Causae
moralis
& proxima
ex-
positio.

Auctor actionis (§. 90.) eam vel ipse perpetrat, vel per alium eam fieri curat. Priori respectu *actio* dicitur *immediata*, posteriori *mediata*. Qui itaque immediate agit, in ipsius actione, ad quam se ipsum determinavit, ratio effectus sita est, quae ex ratione dicitur *caussa principalis*. Qui vero mediate agit, in ipsius actione, ad quam per alium determinatur, ratio effectus sita est, quare *caussa instrumentalis* vocatur. Iam ponamus, tam causam principalem quam instrumentalem moraliter agere, existentia effectus tam ad illius quam ad huius voluntatem referri poterit. Ergo tam illa quam haec erunt auctores (§. 90.). Qua ex ratione etiam illa *auctor principalis*, haec vero *auctor instrumentalis* nominatur. Auctor igitur principalis instrumentali ad agendum dat motiva, ideoque *caussa moralis* summa cum ratione nominatur. Auctorem actionis immediatae brevitatis gratia in sequentibus *causam proximam* vocabimus.

SCH. Huc spectant versus memoriales, *causae moralis* species indicantes,

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mitus, non obstant, non manifestans.

Interim cuilibet per se ex superioribus manifestum erit, non omnes, quas memoravimus, *causas morales*, aequali ratione *causas esse*, conf. Inst. §. 11. 12. de obl. quae de ex delict. & §. 11. de iniuriis. Reflectas ad L. 2. c. 4. §. 40. Inst. Jurispr. diu. THOMASII & ad regulam iuris (a) potest quis per alium, quod facere potest per se ipsum. Item (b) damnum dat, qui iubet dare. &c.

i. e. qui in omnibus motiva & vol. (a) Cap. 1. §. 11. de iniuriis & de re iud. infra
p. 11. §. 11. de iniuriis & de re iud. infra

(a) Cap. potest 68. de R. I. in 6.

(b) L. 169. ff. de R. I.

§. 179.

Actio immediata magis libera est, quam actio mediata. Mediate agens plura ad agendum habuit motiua extrinseca, quam is, qui immediate agit (§. 178. & Cor. 4. §. 175.), ergo & actioni mediatae minor inest libertatis gradus, quam actioni immediatae. (Cor. 4. §. 175. Cor. 2. §. 162.)

Gradus
libertatis
in actio-
nibus
imme-
diatis.

COR. I. Actio mediata in relatione ad causam moralem ut immediata spectari potest, causa igitur moralis magis libere agit, quam causa proxima (§. 178.).

COR. II. Ex quibus manifestum est, 1) actionem immediatam maiorem habere moralitatis gradum, quam actionem mediatam. 2) Moralitatem actionum maiorem esse in relatione ad causam moralem, quam in relatione ad causam instrumentalem (§. 162. Cor. 2.).

§. 180.

Si nulla adest actionum collisio, actio libera maiorem habet libertatis gradum, quam actio ob collisionem perpetrata. Si nulla adest actionum collisio, plures actionis determinationes possibiles sunt, quam si actio ob collisionem suscipitur (§. 194. seqq. Ph. pr.), maior igitur est actionis contingentia, si nulla collisio, quam si collisio quaedam est obuia (§. 7. Pr.). Quamobrem, cum quantitas contingentiae actionis liberae etiam quantitatem libertatis determinet (§. 162. Cor. 2.), actio libera priori respectu maiorem habet libertatis gradum, quam respectu posteriori.

Gradus
libertatis
habito
respectu
ad actio-
num col-
lisionem.

COR. Et ita in nouum incidimus fontem, ex quo moralitatis quantitatem haurire possumus (Cor. 2. §. 162.).

§. 181.

Qui applicatur
ad versutiam,

Si actiones sunt in collisione, fieri potest, ut quis malum maius malo minori vel bonum minus bono maiori praeferat, & ita legi ideoque officio suo (§. 148.) non satisfaciatur (§. 93. 98.). Eiusmodi ommissio officii seu obedientiae legi praestandae dicitur (a) *versutia*.

COR. Versutiae igitur minor inest moralitatis gradus, quam actioni malae, quae nulla praevia actionum collisione perpetrata (Cor. §. 180.).

(a) In recessu imperii §. 70. A. 1594.

§. 182.

Quid intentio,
eaeque
primaria
& secundaria,
directa &
indirecta.

Volitio, qua agens vult, ut fiat id, vel non fiat, propter quod agit, vocatur *intentio*. Id, propter quod causa efficiens agit, dicitur *finis*. Finis itaque ab agente intenditur. Finis est vel *primarius* vel *secundarius*. *Primarius* dicitur, propter quem causa efficiens actura esset, si vel nullum alium finem destinasset; & *secundarius*, ob quem solum, si alius non subesset, causa efficiens non ageret. Ex qua finis evolutione facile intelligitur, quid sit *intentio primaria & secundaria*. Intentio, qua id intenditur, propter quod agens agit, *directa*, & qua agens quidem per se non vult, quod ex actione ipsius sequitur, quod tamen perinde, ac id, quod vult, ex eadem sequi potest, *indirecta* dicitur. Ex quo facile concipitur, quid sit, *directe* vel *indirecte aliquid velle*.

COR. Quicquid itaque agens indirecte vult, id non vult per se, sed quoniam sequitur. Non vero vult, ut medium, sed quoniam tam per actionem, qua aliquid vult, simul sequitur.

§. 183.

§. 183.

Omnis intentio est actio, quae liberas ad actiones referenda. Omnis enim intentio est volitio (§. 182.), quamobrem, cum volitio sit actio liberas ad actiones referenda (§. 52.) vt etiam intentionem liberas ad actiones referamus, necesse est.

Quae libertate gaudet.

COR. Omnis actio ad libertatem referenda habet moralitatem (§. 65. 70.). Ergo & intentio sine moralitate concipi nequit.

§. 184.

Intentio directa magis libera est, quam intentio indirecta, & intentio primaria magis libera est, quam intentio secundaria. Quicquid directe intenditur, id agens per se vult, quicquid vero indirecte intenditur, id agens non per se, sed tantummodo eam ob rationem vult, quia alias directam ob intentionem agere non posset (§. 182.). Si igitur intentionem directam spectemus, maior erit actionis contingentia, quam quae in intentione indirecta concipienda (§. 7. Pr.). Ex quo sequitur, intentionem directam magis liberam esse, quam indirectam (§. 162. Cor. 2.). Q. e. p.

Et quidem maiori, si est intentio directa & primaria, quam si tantummodo intentio indirecta vel secundaria.

Alterum theorematis membrum eodem modo ex §. §. cit. cit. deduci potest.

COR. Manifestum inde est, intentionem directam maiorem moralitatis gradum habere, quam qui intentioni indirectae inest (§. 162. Cor. 2.). Et intentioni primariae maiorem moralitatis gradum inesse, quam intentioni secundariae (§. cit.).

SCH. Eadem propositio etiam ex §. 175. Cor. 4. deduci potest.

§. 185.

Diligen-
tia &
negli-
gentiae
exposi-
tio.

Dantur infinitae actiones, sine quibus finis propositus obtineri nequit. Id, quod rationem existentiae finis continet, dicitur *medium*. Illae igitur actiones sunt media ad propositum obtinendum. Qui itaque ad finem obtinendum obligatus est, simul, vt actiones illas producat, obligatur (Cor. §. 94.). Ex quo negligentiae atque diligentiae conceptus facile formari possunt. Omissio enim actionum, quibus finis propositus obtineri potest, vocatur *negligentia*, & eiusmodi actionum commissio audit *diligentia*.

COR. I. Quo plures igitur quis edit actiones, quae sunt media ad finem propositum obtinendum, eo diligentior est; & quo plures sunt eiusmodi actiones, quas quis non edit, eo negligentior est. Infiniti itaque gradus tam diligentiae quam negligentiae concipiuntur.

COR. II. Et diligentia & negligentia tam absolute quam hypothetice i. e. in relatione ad subiectum, quod agit, spectari possunt. Diligentia absolute spectata summa est, si agens nullam earum omittit actionum, quae sunt media ad finem propositum obtinendum; Diligentia autem hypothetice spectata euadit summa, si agens omnes ad finem propositum obtinendum necessarias edit actiones, quae viribus suis non repugnant. *Diligentia igitur, quatenus hypothetice spectatur, summa esse potest*, quae, quatenus absolute consideratur, summum diligentiae gradum minime conscendit. Quae de diligentia explicauimus, si, quae natura obiecti mutari iubet, mutantur, ad negligentiam accommodari possunt.

COR. III. Quicquid vires agentis superat, hypothetice impossibile est (Cor. §. 91.), & ad impossibilia nulla datur obligatio (§. 94.), de gradu ergo diligentiae vel negligentiae iudicaturus, primo in summum diligentiae vel negligentiae in se spectatae gradum, & deinde in vires agentis inquirere debet, quo cognoscere possit, quorum commissio eas excedit, & quorum vires agentis non superat (Cor. 2.).

S C H.

SCH. *Triplicem Iuris Romani Doctores (a) diligentiae & negligentiae, quatenus hypothetice spectantur, constituerunt gradum, maximum scilicet, medium & infimum, qui autem minatus omnia vult excutere, plures indicare valet (Cor. 1.). Quoniam autem hoc ab instituto nostro alienum est, brevissimis hanc Ictorum diuisionem explicabimus. Sunt primo actiones, quae ad certum obtinendum finem a plerisque, qui se diligentes praebeant, eduntur, earum commissio absoluit diligentiam mediam, & earum omisso mediam definit negligentiam. Sunt porro nonnullae actiones, quas agens quidem edere potest, attamen illas, quarum custodia diligentiam mediam constituit, excedunt. Earum commissio maximae diligentiae, & earum omisso infimae negligentiae ideam exhibet. Diligentia tandem, quae media minor, vocatur infima, eiusque omisso summam constituit negligentiam.*

(a) vid. LAVTERBACHII Compend. Iuris Lib. XIII. Tit. VI. Commodat. vel contra p. 225. sqq.

§. 186.

Per naturam obligamur, vt omnem diligentiam hypotheticam in custodia legum adhibeamus, omnemque negligentiam euitemus. Obligamur enim per naturam, vt omnem legi praestemus obedientiam (§. 108. 145.), ergo & obligamur ad omnes actiones producendas, quibus legi obedire possumus (§. 94.), atque ita, vt omnem diligentiam adhibeamus, omnemque negligentiam euitemus (§. 185.). Quoniam vero ad impossibilia nulla datur obligatio (§. 91.); per naturam etiam solummodo obligamur, ut in custodia legum omnem diligentiam hypotheticam adhibeamus negligentiamque, quantum fieri potest, euitemus (§. 185. Cor. 2. & 3.).

Vt diligentiam adhibeamus & negligentiam in custodia legum sumamus, natura obligati sumus.

§. 187.

Actiones humanae sunt actiones liberae Quid re-
G 4 (*§. 1. citudo*)

actionis
huma-
nac.

(§. I. 52.). Actiones liberae a voluntate vel noluntate proficiscuntur, (§. 52.); atque ideo sine intellectus atque rationis vsu fieri nequeunt (§. 29. seqq.). Principia ergo, nimirum fiendi, actionum humanarum sunt in primis intellectus & voluntas vel noluntas. *Actus intellectus recti* sunt, si conueniunt cum principiis seu regulis Logicae, & *actus voluntatis vel noluntatis recti* dicuntur, si conueniunt cum legibus moralibus. Quare, cum leges morales etiam sint regulae (§. 98.), consequens est, vt *rectitudo actionis humanae* sit conuenientia cum regulis.

§. 188.

Inde for-
matur
idea cul-
pa.

Defectus rectitudinis actionis humanae vincibilis dicitur *culpa in genere*, & si defectus ille concipitur quoad intellectum, habemus *culpam in specie*, quam posthaec simpliciter *culpam* vocabo. Culpa ergo est actus intellectus, qui iuxta regulas Logicae non modificatur (§. 187.).

COR. Qui igitur culpose agit, vel falsam vel plane nullam de actionis bonitate vel prauitate sibi formauit notionem, ideoque vel false vel plane non de actionis moralitate iudicauit (§. 65.).

SCH. I. Ergo & *ICti dicunt (a)*, imperitiam culpae annumerari.

SCH. II. Vt hic euoluas, vel in memoriam reuoces principia, quae Logica praescribit, lubenter velim.

(a) L. 132. ff. de R. l.

§. 189.

Inco-
gitantiae,
impro-
dentiae

Defectus attentionis circa actiones nostras *incoitantiae (Vnachtsamkeit)* nomen accepit. Et defectus attentionis ad malum in dato casu euentu

uentu possibile, quod agens praeuidere poterat, appellatur *improvidentia*. Et determinatio ad agendum, sine praeuia attentione ad conditionem actionis, dicitur *praecipitantia in agendo*. Defectus omnis sollicitudinis de re-
 titudine actionis vocatur *incuria*.

& praecipitantiae in agendo definitiones.

COR. I. Ex incogitantia igitur se ad agendum determinat, qui praecipitanter agit.

COR. II. Et qui in agendo incuriosus est, ille vel plane non, vel false de actionum moralitate iudicat.

§. 190.

Incogitantia, improvidentia, praecipitantia in agendo, incuria & versutiae causa sunt species culpae. In incogitantia, improvidentia, praecipitantia & incuria est defectus debitae attentionis (§. 189.), & causa versutiae est falsum iudicium de moralitate actionis (§. 181.). Ergo sunt species culpae (§. 188. & Cor. h. §.).

Species culpae exponuntur.

§. 191.

Actus culposi ad actiones liberas referendi sunt. Actus culposi a vincibili rectitudinis actionis humanae defectu quoad intellectum proficiscuntur (§. 188.); fons itaque, ex quo oriuntur, est ignorantia vincibilis (Cor. §. 188. & §. 117.). Quamobrem, cum ignorantia vincibilis ad actiones liberas referri debeat (§. 117.); vt etiam actus culposos ad easdem referamus, necesse est.

Actus culposi pertinent ad actiones liberas.

COR. Actus ergo culposi gaudent moralitate (§. 117.).

§. 192.

Actio libera non culposa magis libera est quam culposa. Qui culpose agit, agit ex ignorantia (Cor. §. 188.), & quicquid non-culpose agens
 G § agit,

Gradus libertatis in actibus culposis &

non cul-
posis.

agit, distincte cognoscit (l. c.), posteriori igitur respectu moralitatem actionis magis distincte cognoscit, quam priori, ideoque actio libera non-culposa magis libera est, quam actio culposa (§. 162. Cor. 2.).

COR. Ergo & actio libera non-culposa maiorem habet moralitatis gradum, quam actio libera culposa (Cor. 2. §. 162.).

§. 193.

Actus
culposi a
negli-
gentia
proficia-
cuntur.

Actus culposi sunt actus negligentiae. Negligentia est omisio actionum, quibus finis propositus obtineri potest (§. 185.), ergo & defectus rectitudinis actionis humanae vincibilis est negligentia (§. 187. 186.). Culpa est defectus rectitudinis actionis humanae vincibilis (§. 188.), sequitur itaque, ut actus culposi sint actus negligentiae.

COR. I. Quoniam negligentia ex Doctorum iuris Romani sententia est vel maxima vel media vel infima (Schol. §. 185.), inde factum est, ut etiam tres culpa gradus ab iisdem sint constituti. Si enim culpa negligentiam summam continet, eam vocarunt *latam*; si negligentiam mediam includit, eam appellarunt *leuem*; & si tandem culpa negligentia infima constituitur, *culpam leuissimam* eandem nominauerunt.

SCH. *conf.* LAUTERBACHII *Comp. Iur.* Lib. XIII, Tit. VI. com. vel contra p. 225. sqq. *Vellem tamen, ut lectores hic attendant ad finem Cor. I. §. 158. & ad meditationes Viri Illust. OLAFREY, quae leguntur, im Recht der Vernunft* Lib. 3. cap. 1.

COR. II. Culpa character est defectus rectitudinis actionis humanae (§. 188.) & rectitudo actionis humanae ex convenientia cum regulis concipitur (§. 187.), summa ergo cum ratione dicitur (*a*), nullam eius esse culpam, cui parere non necesse fuit.

COR. III. Et quoniam defectus ille vel ex commissione, vel ex omissione concipitur (§. 54.), culpam etiam

etiam vel committendo, vel omittendo posse constitui, consequens est.

SCH. *Evolutus* SCHOEPPFERRI Dissert. de culpa lata ministri status Cap. 2. n. 3.

(*) L. 169. ff. de R. F.

§. 194.

Agentem existentiam consecratorum, quae ex actione culposi sequitur, intendisse, dici nequit. Culpose agens vel falsam, vel plane nullam de actionis moralitate sibi formavit notionem (§. 188 Cor.), ignorat ergo, ex actione, quam culpose agendo committit vel omittit, hoc vel illud sequi consecrarium (§. 65.). Minime itaque eiusmodi consecratoria per agentis intentionem sunt existentia (§. 182.).

Consecratoria actionis culposae per intentionem culpose agentis non existunt.

§. 195.

Si rectitudo actionis humanae quoad voluntatem vel noluntatem deficit, aliquem dolose agere, dicimus. Est igitur *dolus* defectus rectitudinis actionis humanae quoad voluntatem vel noluntatem vincibilis. *Actus* ergo *dolosi* sunt actus voluntatis vel noluntatis, qui iuxta leges morales non modificantur (§. 187.).

Doli & actionis dolosae definitio.

§. 196.

Qui dolose agit, ille sciens & volens agit dolose. In actione enim dolosa concipitur defectus rectitudinis actionis humanae quoad voluntatem vel noluntatem (§. 195.). Qui itaque dolose agit, ille vult violare legem (§. 195.), ideoque quoniam idem, quod volumus, etiam scimus (§. 33.), dolose agentem constitutionem actionis cognoscere, eandemque actionem velle producere, manifestum est.

Quae a sciente & volente edicuntur.

§. 197.

§. 197.

Ergo non
est cul-
posa, &
actionem
culpofam
moralitatis
quantita-
te super-
rat.

Actio dolosa editur a sciente & volente (§. 196.), ergo non est actio culpofa (§. 188. Cor.), & quoniam est actio libera (§. 52.), magis libera est, quam actio culpofa (§. 192.), atque ideo actionem culpofam moralitatis quantitate superat (§. 162. Cor. 2.).

SCH. Dicitur in praelectionibus, qua ratione dici possit (a), culpam latam aequiparandam esse dolo.

(a) L. quod Nerua 32. ff. de posf.

§. 198.

Et omnis
actio do-
losa est
moraliter
mala.

Omnis actio dolosa est moraliter mala. Dolose agens sciens & volens legem moralem violat (§. 196. 195.). Quoniam autem ille, qui leges morales violat, moraliter male agit (§. 107.), omnis actio dolosa etiam moraliter mala est.

SCH. Qua ex ratione etiam eiusmodi dolus in iure Romanq (a) dicitur dolus malus, qui contradistinguitur dolo bono (b), qui improprie dolus dicitur. Necessesse ergo erit, ut doli boni ideam brevissimis evolvamus.

(a) L. 1. ff. de dolo malo.

(b) L. 1. §. 2. ff. L. cit. conf. LAUTERBACH. in h. l.

§. 199.

Ergo
contradi-
stingui-
tur dolo
bono.

Actus externus internis contradicens vocatur *simulatio*, simulatio finis cuiusdam non illiciti gratia facta dicitur *dolus bonus*. Eiusmodi igitur doli actio non est mala (§. 156.), ideoque improprie actio dolosa dicitur (§. 198.).

SCH. Hac ex ratione Florus Lib. I. cap. 3. Horatium ad virtutem addidisse dolam, pronunciat.

§. 200.

Actus voluntatis, quo exsecutio decreti determinatur, dicitur *propositum*. Quid propositum.

COR. Propositum igitur est volitio (§. 34.) adeoque liberum est (§. 52.), & gaudet moralitate (§. 65.70.).

§. 201.

Omnis actus dolosus proficiscitur a proposito. A quo actus dolosi proficiscuntur.
Actio enim dolosa a sciente & volente editur (§. 197.), qui igitur dolose agit, ille dolose agere decernit (§. 176.). Quoniam porro actu agit, voluntatem etiam ad actionis executionem determinavit. Ex quo abunde sequitur, omnem actum dolosum a proposito proficisci (§. 200.).

§. 202.

Nexum causarum in nostram perfectionem vel imperfectionem tendentium, quam praevidere in nostra potestate non est, vocamus fortunam. Et euentus, ab inexpectato occultarum nobis causarum concursu pendens, dicitur *casus fortuitus*. Ergo casus fortuitus.

SCH. Ita enim CICERO in top. esp. 17. p. 181. iacere telum voluntatis est, ferire, quæ volis, fortunæ.

§. 203.

Casus fortuitus ignorantiam inuincibilem supponit (§. 202. 117.), ergo est *extra omnem culpam* (§. 188.) atque *dolum* (§. 196.). Et quoniam eiusmodi casus in potestate nostra minime positus est (§. 202.), nec ad liberas actiones (§. 53.), ideoque nec ad eas, quæ moralitatem habent, referri potest (§. 70.).

SCH.

SCH: *Perlegere velis Lib. II. cap. 17. §. 18. in Iure B. & P. GROTII & PETR. GREGORII Synt. I V. Part. III. L. XXI. cap. 12. n. 2.*

§. 204.

Quod etiam valet de actionibus ex infirmitate naturali proficiuntibus.

Fieri potest, ut aliquid sit intrinsece possibile, quod extrinsece impossibile est (Cor. §. 91.), eiusmodi defectus possibilitatis extrinsecae dicitur *impotentia*, impotentia ergo est defectus virium (loc. cit.). Si huic impotentiae tollendae pro rerum nostrarum statu non sufficimus, *impotentia* dicitur *naturalis*, quae vocatur *infirmitas naturalis*, quatenus efficit, ut actiones nostras iuxta legem naturae dirigere non possimus.

COR. Quoniam igitur eiusmodi infirmitas naturalis est defectus virium inuincibilis, actiones ab eadem proficiscentes ad actiones liberis referri nequeunt (§. 53.). Ex quo sequitur, ut eiusmodi actiones nullam habeant moralitatem (§. 70.), atque ideo nec culpaes (§. 191.) nec dolosae dici possint (§. 197.).

§. 205.

Quid dolus ex proposito & ex re.

Quid dolose agit, ille edit actionem, ex qua mala fluunt consecretaria (§. 198.). Mala haec consecretaria agens vel intendit, vel quidem non intendit, attamen dum ex post facto, eiusmodi consecretaria inde sequi, cognoscit, eadem approbat. Priori respectu *dolus* dicitur *dolus ex proposito*, posteriori vero *ex re*. (a)

(a) L. 36. ff. de verb. oblig.

§. 206.

Dolus ex re etiam a proposito proficiscitur.

Dolus ex re, quatenus est *dolus*, etiam a proposito proficiscitur. Qui ex re dolose agit, malum illud, quod ex actione sequitur, non intendit (§. 205.), hoc ergo respectu non agit dolo-

dolose (§. 196. 182.). Quatenus autem malum illud, quod ex post facto cognoscit, approbat (§. 205.), sciens & volens malum obuium non remouet, & ita sciens & volens legem violat (§. 106. 108.), ideoque dolose agit (§. 195.). Quibus ex principiis eadem ratione, qua principium §. 201. positum demonstrari, deduci potest, actionem ex re dolosam, quatenus dolum inuoluit, etiam a proposito proficisci.

§. 207.

Actio dolosa ex proposito magis libera est, quam actio dolosa ex re. Qui ex proposito dolose agit, ille malum, quod ex actione sequitur, intendit, qui vero ex re dolose agit, ille tantum malum actionis confectarium, quod non intendit, ex post facto approbat (§. 205.), ergo ex re dolose agens confectaria actionis tantum a posteriori cognoscit, quae ex proposito dolose agens ex actionis notione cognouit (§. 59.). Magis itaque illius quam huius de actione cognitio distincta est. Quare & actio dolosa ex proposito actionem dolosam ex re quantitate libertatis excedit (§. 162. Cor. 2.).

Gradus libertatis in actibus dolosis ex proposito & ex re.

COR. Ergo & actio dolosa ex proposito maiorem sibi vendicat moralitatem, quam actio dolosa ex re (§. 162. Cor. 2.).

SCH. Eadem propositio etiam inde inferri potest, quoniam actio dolosa ex proposito magis contingens est, quam actio dolosa ex re.

§. 208.

Dolus, qui simulatione editur, dicitur Explicatur dolus clandest.

stinus & manifestus. *clandestinus*, qui vero cum nulla simulatione conjunctus, vocatur *manifestus*.

§. 209.

Ille magis liber est quam hic.

Actio dolosa clandestina magis libera est, quam actio dolosa manifesta. Actio dolosa est actio libera (§. 197.), ergo tam actio dolosa clandestina, quam actio dolosa manifesta sunt actiones liberae, quatenus dolosis annumerantur actionibus. Quoniam vero hanc ad libertatem in actione culposa clandestina, nova voluntatis ideoque libertatis (§. 52.) accedit determinatio, quae in actione dolosa manifesta non concipitur (quod per se patet), actio dolosa clandestina magis etiam libera est, quam actio dolosa manifesta (Cor. 1. §. 175.).

COR. Actui igitur doloso clandestino maior inest moralitas, quam actui doloso manifesto (Cor. 2. §. 162.).

§. 210.

Quae de moralitate actionum liberarum dicta, ad actiones commissivas & omissivas applicari possunt.

A genere ad speciem valere consequentiam, ex Logica manifestum est. Quae igitur de actionum liberarum earumque moralitatis quantitate haecenus dicta sunt, facile ad actiones liberas & commissivas & omissivas (§. 54.), si modo ea magis determinantur, quae naturae obiecti determinari iubet, facile accommodari possunt. Eiusmodi applicatio brevissimis fiat in praelectionibus. Proposita enim pro instituto sufficere possunt.

CAP.

CAP. V.

DE IMPVTATIONE MORALI.

§. 211.

Actio libera, quatenus sub circumstantiis singularibus consideratur, dicitur *factum*.
 Circumstantiae, sub quibus actio libera considerari potest, sunt rei conditio & agentis voluntas (§. 161.). Qui igitur factum aliquod accurate vult perpendere, tam rei conditionem, quam agentis voluntatem distincte euoluere debet.

Explicatio facti.

§. 212.

Enarratio circumstantiarum, sub quibus actio libera existens facta, vocatur *species facti*.
 Speciem igitur facti compositurus, tam rei conditionem, quam agentis voluntatem exponere debet (§. 211.).

Et species facti.

COR. *Errorem facti commississe* dicitur, qui in enarrandis circumstantiis errauit. Ergo & erroris facti declaratio *exceptionis facti* nomine venit.

§. 213.

Illi, ad cuius voluntatem vel noluntatem existentia vel non-existentia facti refertur, *factum imputatur*.
 Declarare itaque aliquem esse auctorem facti, idem est ac imputare (§. 90.).

Quid imputatio.

COR. I. In imputatione ergo non quaeritur, an quis egerit, sed an quis voluerit agere?

COR. II. Ex quo manifestum est, nemini aliquid posse imputari, nisi qui gaudet usu libertatis (§. 52.), ideoque qui praecio intellectus atque rationis exercitio agere potest (§. 52. 29. 30.).

COR. III. Porro inde consequitur, nullam actionem imputari posse, nisi quae ad actiones liberas referenda

H

da

da (§. 211. 213.). Actio ergo impossibilis, actio coacta stricte sic dicta, & actio mete naturalis, qua tales, imputari nequeunt (§. 53. 163. 55.).

COR. IV. Ergo nec actiones mixtae imputari possunt, nisi quatenus sunt liberae (§. 55. 163.).

COR. V. Ex quibus facile colligitur, errorem inuincibilem non posse imputari (§. 117.). Quibus ex fundamentis concipitur regula (a): Imputari non potest ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum erat faciendum.

SCH. Simul ex dictis facile intelligere possumus, quando noctambulis actiones aliisque somnia imputari possunt. vide modo, quae Cor. 2. §. 8. explicauimus.

(a) Cap. imputari 41. R. 1. in 6.

§. 214.

Definitio
imputa-
tionis.

Id quod efficit, vt actio possit imputari, dicitur *imputatiuitas*.

§. 215.

Quae est
depend-
entia a-
ctionis a
libertate
mentis.

Imputatiuitas est dependentia actionis a libertate animae. Illi enim actio imputatur, ad cuius voluntatem vel noluntatem existentia eius referri potest (§. 213.). Imputatur itaque, quatenus a libertate mentis dependet (§. 52.). Dependentia ergo actionis a libertate mentis efficit, vt actio possit imputari, ideoque imputatiuitatem constituit (§. 214.).

§. 216.

E. & fa-
cta alie-
na caus-
ae mo-
rali im-
putan-
tur.

Facta aliena etiam illi, qui eorum est causa moralis, imputari possunt. Factum enim illi imputatur, ad cuius voluntatem vel noluntatem eius existentia vel non-existentia referri potest (§. 213. 215.), quoniam vero existentia vel non-existentia facti alieni ad voluntatem vel noluntatem causae moralis referri potest (§. 178.

(§. 178.), causae etiam morali facta aliena imputari posse, consequens est.

SCH. Inde facile perspicimus, quando actiones brutorum, rerum inanimatarum, infantium & furiosorum etc. nobis imputari possint. *Inde scholion legitur fuit autem in hunc modum sub hanc sententiam*

§. 217. §. 216.

Actiones sunt imputabiles, quatenus moralitatem habent. Actionibus enim imputabilitas inest, quatenus a libertate dependent (§. 215.). Quare, cum libertas sit fundamentum moralitatis actionum (§. 65. 70.), manifestum est, actiones posse imputari, quatenus sunt morales.

Actiones gaudent imputabilitate, quatenus sunt morales.

COR. I. Moralitati actionum gradus inesse possunt (Cap. IV.). Ex quantitate igitur moralitatis, quae actioni competit, quantitas etiam imputationis concipitur.

SCH. Ergo a GUNDLINGIO (a) dicitur, quod prima quaestione (Cor. I. §. 213.) absoluta in imputatione quaeratur, quanta fuerit agentis voluntas. (a) in I. N. & G. cap. IV. §. 14. p. 50.

COR. II. Quantitatem ergo imputationis sequentibus ex propositionibus obulo in casu haurire possumus.

I. Quo magis actio commissa vel omissa libera est, eo magis imputatur (§. 162.).

II. Actio voluntaria magis imputatur, quam actio mixta, seu actio inuita per violentiam secundum quid (§. 165. & Cor.). Ergo haec de se magis imputabitur ad eorum gradum

III. Actiones interne honestae magis imputandae sunt, quam actiones externe honestae (§. 166.).

IV. Quo plura quis motiua ex idea actionis ad agendum haustit, eo magis illi actio imputatur (§. 169. & Cor. I.) quia maior est negligentia.

V. Quo plura consectaria ab actione libera profiscuntur, eo magis imputanda est (§. 169. Cor. 2.) quia maior est negligentia.

VI. Actio libera composita hac ratione magis imputatur quia maior est negligentia.

H A

putanda est, quam actio libera simplex (§. 175. & Cor. 1. & 2.).

VII. Quo facilius quis actionem committere vel omittere potuit, eo minus illi imputatur (§. 175. Cor. 3.).

VIII. Quo plura ergo quis motiva extrinseca ad agendum habuit, eo minus illi actio imputanda est (§. 175. Cor. 4.).

IX. Si agenti non defuerit ratio, cur contrariam potius ederet actionem, ea ipsi magis imputanda est (§. 175. Cor. 5.).

X. Actio deliberata magis imputatur, quam actio indeliberata (§. 177. Cor.).

XI. Actio immediata magis imputanda est, quam mediata (§. 179. Cor.).

XII. Actio causae morali magis imputanda est, quam causae instrumentali (§. 179. Cor. 2.).

XIII. Actio, quae in collisione producta, minus imputatur, quam actio omni collisione immunis (§. 180. Cor.).

XIV. Intentio imputabilis est, magis vero directa vel primaria, quam indirecta vel secundaria (§. 184. Cor.).

XV. Actiones culposae, & quidem pro gradu cul-pae, imputandae sunt (§. 191. Cor.), sed minus, quam actiones liberae non culposae (§. 192. Cor.).

XVI. Actio dolosa magis imputatur, quam culpa (§. 197.).

XVII. Actus dolosus ex-proposito magis imputatur, quam actus dolosus ex re (§. 207. Cor.).

XVIII. Actio dolosa clandestina magis imputatur, quam actio dolosa manifesta (§. 209. Cor.).

§. 218.

Qui est auctor facti, ad illum etiam cum facto connexa pertinent (§. 30.). Quae cum facto connectuntur, sunt confectaria facti. Qui igitur est auctor facti, ad eum etiam confectaria

Quid im-
putatio-
iuris &
facti.

ria facti pertinent. Facta sunt actiones morales (§. 211. 217.), & confectaria actionis moralis qua talis, dicuntur merita (§. 120.), cui igitur factum imputatur, illi etiam merita tribuenda sunt (§. 213.). Et haec est ratio, cur etiam iudicium de merito facti dicatur *imputatio*, & quidem *iuris*, quae distinguitur (a) *ab imputatione facti*, quam §. 213. exposui.

COR. I. Imputatio ergo iuris sine imputatione facti stare nequit.

COR. II. Ille, qui falsa auctori adsignat merita, *errorem iuris* commisisse dicitur. Et huius erroris declaratio *exceptio iuris* vocatur.

(a) Hinc Germani dicunt: *ich will es ihm nicht imputiren.*

§. 219.

Plena igitur *imputatio* est declaratio, ad quem factum eiusque merita pertineant.

Quid imputatio in genere seu plena.

§. 220.

Omnis imputatio absolvitur ratiocinio. In imputatione facti declaratur, aliquem esse auctorem facti (§. 213. 213.), hoc vero iudicium, quoniam non est intuitivum, sed ex circumstantiis singularibus eruendum (§. 212. 213.), merito ad iudicia discursiva refertur. Imputatio ergo facti ratiocinio absolvitur (§. 121. Pr. Log.). Q. e. p.

Imputatio continetur ratiocinio.

Ponamus imputationem iuris, in hac de merito facti auctori tribuendo iudicatur (§. 218.), quamobrem, cum hoc iudicium etiam discursivum sit, imputationem iuris ratiocinio etiam absolvi, eadem ex ratione manifestum est. Q. e. a.

SCH. I. Imputatio igitur facti hocce syllogismo explicari poterit.

Huius facti existentia vel non-existentia ad voluntatem vel noluntatem Titii referri potest.

Ad cuius voluntatem vel noluntatem existentia vel non-existentia facti referri potest, ille est auctor facti (§. 213.).

E. Titius est auctor huius facti.

SCH. II. Et in imputatione iuris Syllogismus hic foret. Hoc factum tale est,

Quodcumque factum tale, ex eo sequitur hoc meritum.

E. ex hoc facto hoc meritum sequitur.

SCH. III. Ex quibus facilimo syllogismus, qui imputationem plenam explicabilem reddis, formari poteris, ita argumentando:

Titius talis facti auctor est.

Quicumque talis facti auctor est, illi hoc meritum est adsignandum.

E. Titio hoc meritum est adsignandum.

§. 221.

Imputatio recta & spuria.

Imputatio est ratiocinatio (§. 220.), ratiocinatio est vel falsa vel vera, & vera est vel demonstratiua, vel probabilis. Ergo & imputatio est vel *recta*, vel *erronea* seu *spuria*; & *recta* est vel *certa*, vel *incerta* seu *dubia*, vel *probabilis*. Quod tam ex forma quam materia syllogismi imputatorii cognoscendum.

COR. I. Quibus ex notionibus manifestum est, imputationem iuris certam esse a) si factum sit verum, b) si meritum, cuius mentio fit, cum facto illo conexum, c) si forma argumentando rite obseruetur.

COR. II. Certitudo imputationis facti, vt & imputationis plenae ex Schol. ad §. 220. eodem modo cognosci poterit. Dicamus plura de iis, quae cum imputatione connectuntur.

§. 222.

§. 222.

Ille, qui imputationem iuris efficit, est *iudex*, & a quo imputatio facti dependet, vocatur *actor*. Actor igitur declarat, ad quem factum pertinet (§. 213.), & qui de meritis, auctori, a quo factum dependet, adsignandis iudicat, *iudex* est (§. 218.).

Quid iudex & actor.

§. 223.

Iudex tam factum quam legem perspectam habere debet. Iudex de meritis facti auctori adsignandis iudicare debet (§. 222.), merita hæc sunt consecutaria facti, quatenus ut morale spectatur, (§. 218.), ergo iudex consecutaria facto morali tanquam causæ adsignanda, perspecta habere debet. Quamobrem, cum nemo de determinatæ cuiusdam causæ effectu iudicare possit, quam qui eandem distincte cognoscit, iudex etiam factum distincte cognoscere debet. Q. e. p.

Iudex tam factum quam legem distincte cognoscit.

Porro iudex de facti meritis auctori adsignandis iudicare debet (§. 222.), sed merita hæc sunt consecutaria ex actionum moralitate (§. 120.), ex lege cognoscenda (§. 107.). Ergo & iudici legem perspectam esse oportet. Q. e. a.

COR. I. Ex primo sequitur, necesse esse, ut iudex veritatem speciei facti cognoscere debeat (§. 212.). In specie facti circumstantiæ, sub quibus actio libera edita est, enarrari debent (§. 212.), iudex itaque omnes circumstantias perpendere, illasque tam inter se, quam cum actione, sub illis perpetrata comparare debet.

COR. II. Et dum necesse est, ut legem perspectam habeat (per membr. 2.), sibi etiam habitum leges explicandi (§. 102.), atque interpretandi (§. 113.),

ideoque notitiam de ratione & occasione legis acquirere debet (§. 116.).

§. 224.

Et de
sufficien-
te speciei
facti proba-
tione
sollicitus
esse de-
bet.

Iudex de sufficiente speciei facti probatione sollicitus esse debet. Iudex enim distincte cognoscere debet factum, quo de huius meritis iudicare recte possit (per dem. ad §. 223.), hoc vero fieri nequit, nisi factum, quod proponitur, sit verum satisque probatum (§. 221. Cor. I.). Veritas facti a veritate circumstantiarum propositarum dependet (§. 211.), quarum enarratio species facti vocatur (§. 212.), iudex itaque de sufficiente speciei facti probatione sollicitus esse debet.

COR. I. Imputatio ergo iuris vera & certa esse nequit, nisi imputatio facti sit vera atque certa (§. 218.).

COR. II. Ex quo sequitur, imputationem iuris non esse certam, si exceptio quaedam facti cum ratione concipi possit (Cor. ad §. 212.). Inde enata est regula (a): *Ea, quae probari ostendique nequeunt, pro non gestis neque existentibus habentur.*

SCH. Sed quae erit sufficiens speciei facti probatio? *Leges divinae forenses ut & civiles duos requirunt testes omni exceptione maiores. Sed hoc positivum est. Quid hac in re iuris naturalis, in I. C. V. infra explanabo. vid. GRIENERI Iur. Nat. Lib. IV. cap. VIII. §. 5. Et simul intelligitur, quid sit, quod idiomate Germ. dicitur das Aufbürden.*

(a) L. in lege 77. ff. de contrah. emt.

§. 225.

Et indi-
cat de
conveni-
entia &
discon-
venientia
i. e. praemio
actionis
cum le-
ge.

Iudex iudicare debet de convenientia vel non-convenientia facti cum lege. Iudex enim de facti meritis auctori assignandis (§. 222.), i. e. praemio vel poena iudicare debet (§. 120.). Quamobrem, cum praemium actioni ob conveni-

uenientiam cum lege, & poena ob disconuenientiam cum lege competat (§. 119. 108.), necesse est, vt iudex de conuenientia vel disconuenientia facti cum lege, iudicet.

SCH. Hac ex ratione nonnulli, quos pia mente veneror, imputationem per adplicationem legis ad factum definiuerunt. Sed ex rationibus in superioribus adductis, hunc actum imputationi iuris antecedere, & imputationem facti sequi, equidem puto. Cui vero hoc non placet, perpendat, quaeso, doctrinam de conciliis de liberatoriis, & Tit. I. C. R. de in ius vocando.

§. 226.

Iudex de moralitatis facti quantitate iudicare tenetur. Etenim merita facti, de quibus iudex iudicare tenetur (§. 122.), sunt consecratoria actionis moralis (§. 120.). *Quantitas consecratorum a quantitate causae dependet* (§. 49. Ont.), ergo & iudex de quantitate moralitatis, quae facto inest, iudicare tenetur. vid. §. 217. Cor. 2.

De quantitate moralitatis facti.

§. 227.

Proportio consecratorum, quae cum actionibus liberis, ex circumstantiis mensuratis, combinantur, nomen *aequitatis* accepit, quam, quo ab aequitate §. 155. explicata distingui possit, posthaec *aequitatem obiectiuam* s. *relatiuam* (a) vocabimus.

Quid aequitas obiecti.

i. e. in relatione ad circumstantias.

(a) vid. § 226 VII Syntagm. I. C. Exercit. II.

§. 228.

Iudex in imputando aequitatem relatiuam obseruare debet. Dum enim iudex imputat, de facti meritis auctori adsignandis iudicare debet (§. 222.). Merita facti sunt consecratoria actionis liberae, quatenus sub circumstantiis singula-

Quam iudex in imputando obseruare tenetur.

H 5

gula-

gularibus consideratur (§. 211. 120.). Iudex ergo in imputando proportionem confessoriorum, quae cum actionibus liberis ex circumstantiis mensuratis combinanda (§. 226.), ideoque aequitatem relativam observare tenetur (§. 227.).

§. 229.

Iustitiae
& eius
legis ex-
positio.

Promittitudo alios perficiendi dicitur *bonitas*, & scientia, eligendi media ad finem bonum obtinendum, vocatur *sapientia*. Ergo propositio: *omnia ita dirige, ut fiant media ad finem ultimum*, est lex sapientiae. Bonitas pro sapientia administrata, audit *iustitia*. Lex igitur iustitiae est, *bonitatem secundum legem sapientiae administra*.

§. 230.

Iustitia
est habitus
edendi
actiones
iustas.

Iustitia est habitus edendi actiones iustas, & vice versa. Actionibus enim iustis ea peraguntur, quae iuri perfecto alterius conveniunt (§. 155.), ergo quae consentiunt cum obligatione perfecta (§. 153.). Quamobrem, cum custodia obligationis requirat productionem perfectionum (§. 93. 15.), etiam hypothetice possibile (§. 91.), habitus edendi actiones iustas est iustitia, & vice versa (§. 229.).

SCH. Ergo ARISTOTELES (a). *Iustitiam vocat habitum, ex quo homines ad res iustas agendas idonei efficiuntur.*

(a) Lib. V. Eth. cap. 1. conf. LAVTERBACH. Compend. ff. L. 1. T. 1.

§. 231.

Tendit
ad custodiam
legum.

Iustitias est, ut leges observentur. Iustitia est bonitas secundum legem sapientiae administrata

strata (§. 229.), scopus ergo iustitiae est, ut alii perficiantur, quo finis vicinus possit obtineri (§. 121.), ideoque ut omnia fiant media ad obtinendam felicitatem (§. 147. 146.). Quamobrem, cum felicitatem obtineamus, si legibus obtemperamus (§. 147.), finem iustitiae esse, ut leges obseruentur, sequitur.

§. 232.

Leges sunt vel perfectae vel imperfectae (§. 159.), ergo & inde iustitia in varias species diuidi potest, quatenus nimirum iustitiae est, ut leges imperfectae obseruentur, dicitur *interna* seu *attributrix*, quatenus vero obseruationem legum perfectarum spectat, appellatur *externa* s. *expletrix*. Si iustitia expletrix cum attributrice connectitur, concipimus *iustitiam uniuersalem*, cuius respectu iustitia expletrix *particularis* vocatur.

Inde iustitia vel interna vel externa est.

COR. Iustitia igitur interna sublimior est externa, & externam continet (vid. §. 167.).

vid. Dissert. de Leg. talionis §. 8. sqq.

§. 233.

Iudex in imputando omnem colere debet iustitiam. Quoniam iudex in imputando aequitatem relationem obseruare tenetur (§. 128.), ita etiam imputationem instituere debet, ut finis legum possit obtineri (§. 227. 106. 107.). Alios ergo, quantum facta permittunt, perficere (§. 106.), ideoque in imputando omnem debet iustitiam colere (§. 229. seqq.).

Quas iudex in imputando colere tenetur.

§. 234.

Qui bona produxit facta, praemia, & qui mala edidit facta, poenas meretur (§. 119. 120.).

Quid imputatio iuris potest.

Iudex

privati-
ua.

Iudex ergo iudicat de poenis mali facti auctori, & praemiis boni facti auctori adsignandis (§. 222.), idque pro quantitate moralitatis facti (§. 228.). Ex quo *imputationem iuris postivam & privativam* concipimus.

§. 235.

Inde ori-
tur iusti-
tia distri-
buciva,
quae vel
remuncera-
tativa,
vel vindicativa.

Ex quo sequitur, ut iustitiae, quam iudex in imputando colere debet, sit, ut mala agentibus mala, & bona agentibus bona facti consecraria adsignentur (§. 233. 234.). Quibus sub determinationibus *iustitia* audit *distributiva*, quae *remunerativa* est, quatenus bona agentibus praemia, & *vindicativa*, quatenus mala agentibus poenae adsignantur.

SCH. *Alteram iustitiae explettricis speciem, commutativam scilicet, infra exponam. Velim tamen, ut evolvas Diff. cit. de lege rationis §. 36. - 68.*

§. 236.

Senten-
tiae defi-
nitio.

Declarare, quid obuia in controuersia sit iusti atque iniusti, idem est, ac *sententiam ferre*. Qui ergo determinat poenas vel praemia auctori facti designanda, fert sententiam.

§. 237.

Quae a
iudice
fertur.

Iudex in imputando sententiam ferre debet. Iudex enim, dum imputat, de praemiis boni facti auctori, & poenis mali facti auctori adsignandis iudicare debet (§. 234.). Atque ideo immediate sequitur, ut in imputando sententiam ferre debeat (§. 136.).

§. 238.

Et eo
ipso a-
ctiones
liberas

Dum iudex sententiam fert, actionibus liberis adsignat consecraria (§. 236.) ideoque quantum seu valorem (§. 234.). Actio, qua
valor

valor rei assignatur, dicitur *existimatio*. Dum ^{existi-} *igitur iudex sententiam fert, de actionibus libe-* ^{mat.} *ris existimat.*

§. 239.

Inter confectaria illa referre debemus poenas vel praemia (§. 236.). Dum igitur iudex de actionibus liberis existimat, de perfectione aut imperfectione facti iudicare potest (§. 234. 15.). Hinc existimatio est vel *bona*, quatenus est iudicium de actionum auctoris perfectione, vel *mala*, quatenus est iudicium de actionum auctoris imperfectione. Prima producit *bonorem*, altera vero *vituperium*. Quae existimatio est vel bona vel mala.

COR. Existimatio igitur bona praemiis, & existimatio mala poenis annumeranda est (§. 234.).

§. 240.

Iudicium est vel verum vel falsum, ergo ^{Quando} & existimatio illa vel *vera* vel *falsa* esse potest. ^{iudex bene, quando male iudicat.} Si prius, *iudex bene iudicans*, si vero posterius, *male iudicans vocatur*. (a)

COR. I. Dum igitur iudex male iudicat, falsum de meritis facti auctori assignandis format iudicium (§. 238.), ideoque imputationem iuris exhibet falsam (. 221. 218.).

COR. II. Iudicem male iudicare, aut ex proposito, aut ex errore facti vel iuris vincibili vel inuincibili, abunde sequitur ex §. 220. Schol. & §. 221. Cor. 2.

(a) vid. LAVTERRACH. Comp. ff. L. 1. Tit. XIII. p. 744.

§. 241.

Iudex, qui ex proposito male iudicat, dolose, qui vero ex errore vincibili male iudicat, culp ^{Quando} *ose agit*. Si enim iudex male iudicat, deficit ^{iudex male iudicans dolose, quando} *rectitudo actionis humanae* (§. 240. 228. 233. 187.),

culpofe
agit.

187.), & quidem priori refpectu quoad voluntatem (§. 200.), posteriori vero quoad intellectum (§. 188. Cor.). Ergo priori refpectu dolofe (§. 195.) & posteriori culpofe agit (§. 188.).

COR. I. Magis igitur iudici imputatur, fi ex propofito, quam fi ex errore male iudicauit (217. Cor. 2. propof. XVI.).

COR. II. Quoniam autem actio ex ignorantia inuincibili orta nullam habet moralitatem (§. 117.), fieri nequit, vt iudici, fi ex errore inuincibili male iudicauerit, iudicium illud imputetur.

COR. III. Si quis vero eiusmodi iudicium iudici velle imputare, manifefturn est ex §. 221., quod fit imputatio fpuria.

§. 242.

Quomodo iudicium falsum ex errore vincibili ortum iudici imputatur.

Magis iudici imputandum est, fi ex errore vincibili iuris male iudicauit, quam fi eiusmodi iudicium ex vincibili errore facti enatum est. In actu enim imputatorio euolutio legum tantummodo a iudice, euolutio vero facti quoad maximam partem a probatione ab auctore prolata dependet (§. 222.). Magis ergo intuitu iudiciis euitabilis est error iuris, quam error facti (§. 117.). Qua ex ratione etiam magis iudici imputari debet, fi ex priori, quam fi ex posteriori causa male iudicauit (§. 217. Cor. 2. propof. XV. vid. pr. VII.).

COR. Ex quibus facile quisque potest colligere, fententiam falſam a iudice latam magis imputandam eſſe auctori, quam iudici, fi ex errore facti vincibili enata, cuius exiſtentia ad auctoris voluntatem referenda, i. e. cuius exiſtentiae auctor auctor eſt (§. 217. Cor. 2. propof. XII. & §. 213.).

§. 243.

§. 243.

Naturalem imputationem plenam instituendi methodum ex hucusque explicatis facile eruere possumus, quam breuissimis quoad lineamenta modo, in praelectionibus pluribus explicanda, hic ita accipe.

Generis
imputa-
tionis.

Primo fit imputatio facti, qua actor factum exponit, & ad quem pertinet, declarat (§. 213. 222. 120. Schol. 3.), i. e. actor speciem facti exhibet (§. 212.).

Specie facti satis probata (§. 224.), iudex quantitatem moralitatis facti (§. 226.), & deinde conuenientiam vel non-conuenientiam eiusdem cum lege eruere (§. 225.), & his peractis summa tandem cum aequitate (§. 228.) atque iustitia (§. 233.) sententiam ferre tenetur (§. 237.).

§. 244.

Vbi sententia fertur, dicitur *forum*, sententia fertur secundum leges (§. 236. 119.). Leges sunt vel naturales vel positivae, caeque diuinae vel humanae &c. (§. 127.), inde variae fori species concipiuntur. Est igitur *forum naturale*, vbi sententia secundum leges naturales fertur. Leges naturales sunt etiam diuinae (§. 133.), forum igitur *naturale* recte etiam *diuinum* vocatur. Quid sit forum mere naturale, & naturale qualificatum, ex dictis facile colligere possumus.

Fori &
eius spe-
ciem
exposi-
tio.

§. 245.

In foro naturali ideoque diuino nullum cogitari potest factum, quod non imputatum. In foro naturali sententia fertur secundum leges natu-

In foro
naturali
omnia
facta
sunt im-

putabili-
lia.

naturales (§. 244.), ideoque declaratur, auctores facti certam quandam poenam vel praemium mereri (§. 236.). Qua ex re, cum in foro, ubi leges naturales valent, nulla actio impunita vel irremunerata maneat (§. 149.); consequens est, ut in foro naturali ideoque diuino nullum cogitari possit factum, quod non imputatur (§. 243.).

COR. Si igitur factum aliquod non imputetur, id ad forum naturale spectare nequit.

§. 246.

Qui aliquid alteri praestat, ad quod non fuit obligatus, is nobis dicitur *mereri*. Opera ergo, quam alteri praestamus, non debita (§. 156.) *meritum stricto sensu intellectum* vocatur.

§. 247.

Idea me-
foro me-
re natu-
rali non
aliantur.

In foro mere naturali nulla concipiuntur *merita stricte sic dicta*; In foro mere naturali non valent leges, nisi mere naturales (§. 244.), in foro ergo mere naturali alteri nil praestare possumus, ad quod non obligati sumus (§. 138.), atque ideo in foro mere naturali nulla *merita stricte sic dicta* cogitari possunt (§. 246. 156.).

COR. Si igitur *merita stricte sic dicta* ponantur, illa ad forum qualificatum vel positium pertineant, necesse est (§. 244.).

§. 248.

Quid im-
putatio
natura-
lis.

Imputatio fieri potest in foro naturali (§. 245.), & hac ex ratione vocatur *imputatio naturalis*, quae ideo est declaratio, ad quem factum eiusque connexa naturalia pertinent (§. 219.). Quae igitur de imputatione in genere haecenus euoluta sunt, quisque ad imputationem naturalem facile accommodare potest.

§. 249.

§. 249.

Aut auctor facti ipse, aut alius ab eodem diuersus ea, quae §. 248. indicauimus, declarat. Si prius, imputatio naturalis vocatur *interna*, si vero posterius, *externa*.

Quae vel externa vel interna.

§. 250.

Nobis itaque inest facultas nobismet ipsis aliquid imputandi, quae ex vsu loquendi vocatur *conscientia* sc. *moralis*. Imputatio est vel iuris vel facti (§. 218.), ergo & homo in foro naturali sui ipsius actor atque iudex esse potest (§. 222. 218. 213.). Ex quo facile colligitur, cur forum naturale etiam forum conscientiae & tribunal rationis (§. 130.) dicatur.

Quae constituit conscientiam.

COR. Ex iis igitur, quae de imputatione generatim hactenus euoluta, variae conscientiae diuisiones, variaque eiusdem praedicata deduci possunt. Dormitat enim conscientia, si facultas illa non ducitur ad actum, si vero ad actum ducitur, conscientia euigilat. Quid conscientia recta, erronea, certa, incerta, probabilis, ex §. 221., mala, bona, ex §. 239., quando conscientia accusat, ex §. 222., quando sententiam dicat, ex §. 236. seq. quisque potest intelligere.

SCH. Sed plura, quae hac de re exponi possunt, reseruaui lectionibus philosophiae moralis strictae dictae.

§. 251.

Vt conscientiam expergeficiamus, in potestate nostra positum est. Euigilat enim conscientia, si facultas nobismet ipsis aliquid imputandi ad actum ducitur (COR. ad §. 250.), ideoque, si quis actionis, quam ipse perpetravit, existentiam vel non-existentiam ad suam voluntatem vel noluntatem refert (§. 213. 219.).

Cuius expergeficio in potestate nostra posita est.

I

&

& deinde de meritis facili auctori assignandis iudicat (§. 218. 219.). Expergefatio igitur conscientiae requirit vsum rationis & intellectus (§. 29. 30.), atque ideo vsum attentionis & reflexionis (§. 28. seq.). Ex quo, ut in potestate nostra posita sit, abunde sequitur (§. 53.).

SCH. *Indicet nunc lector heu, num prouocatio ad conscientiam inter ea reseri possit, quae aliquid probant. Indicet, num sterilis sit imputationis, ex nostra definitione §. 210. data, consideratio? quicquid enim habemus de imputatione enodauit, principis suffultum est, quae definitio illa pariebat. Alii aliter definire solent, num aequae felici successu, videant ipsi. Sed nunc ad specialia.*



INTRO-

INTRODVCTIONIS

AD

**IVS NATVRAE ET
GENTIVM**

PARS SPECIALIS.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
PRESS

PARTIS SPECIALIS

SECTIO I.

QUAE

THEORIAM ETHICAE EXHIBET.

CAP. I.

DE OFFICIIS HOMINVM ERGA

SE IPSOS.

§. 252.

Quilibet, vt se, quantum fieri potest, perficiat, obligatus est (§. 143.). Actio- num, quibus quis se potest perficere, scopus proximus, aut in agente, aut extra eundem positus est. Ergo tam ad prioris, quam ad posterioris generis actiones per naturam obligati sumus. Obligationes ad illas *officia erga se ipsum*, & obligationes ad has, *officia erga alios* constituunt (§. 148.).

Fons, ex quo officia hominum erga se ipsos deducuntur.

§. 253.

Quatenus itaque officia erga nosmet ipsos spectamus, obligati sumus, vt nostram quaeramus felicitatem (§. 147.), conatus aliquem felicitatem reddendi vocatur *amor*. Obligati ergo sumus, vt nos ipsos amemus.

Amare te ipsum.

COR. I. Felicitatis character discretius est status verae voluptatis (§. 147.); omnem ergo veram voluptatem quaeramus. Quo ex principio vltis rerum iucundarum necessitas facile deduci potest.

COR. II. Eadem ratione ex illis, quae demonstrata sunt, colligere possumus, nos ad animum tranquilum reddendum, & ad conscientiam custodiendam, propriam per salutem esse obligatos (§. 250. sq.).

SCH. *Rationem ex qua ab Ill. GLAFFY l. c. p. 387. P. I. principium I. N., quod a nonnullis in amore sui ipsius ponitur, reiectum legimus, quia auribus prauans spectare, ex illis, quæ hoc in capite euoluta, Lectores Philosophi facile intelligent. Velimus tamen, ne ab instituto nostro aliena proponamus, ut euoluant Ill. HEINECCI Elementa I. N. & G. Lib. I. c. VI. §. 159. seqq.*

§. 254.

Qui leges naturales obseruant, se felices, & qui easdem violant, se infelices reddunt (§. 147.), se ipsum itaque nemo amare potest, nisi qui leges naturales obseruat (§. 253.), ideoque obligati sumus, ut nobis conatum legibus satisfaciendi acquiramus (§. 253.).

COR. Primum ergo, quod imperator posuit, I. C. principium (a), honeste scilicet viuamus, ex amore sui ipsius fluit (§. 158.).

SCH. *Idem etiam principium deduci potest ex §. 186. (a) I. §. 3. de iust. & iur.*

§. 255.

Propriam ergo per salutem obligati sumus, ut animam, corpus statumque nostrum externum, quantum fieri potest, perficiamus (§. 4. seqq. Pr. & §. 94. Cor.).

Per salutem propriam obligati sumus ad nos perficiendos.

SCH. *Quantus sit eiusmodi de obligationis considerationis usus, illi intelligent, qui principia theoretice euoluta ad praxim ducunt. Velimus etiam, ut veritas principii, vi cuius ex amore sui ipsius, quem Deus indidit cordibus hominum (§. 26. 67.) omnis obligatio naturalis fluit, successus ex demonstratis demonstrandisque colligatur. Nos hic officia erga animam, corpus statumque externum breuissimis perscrutemur.*

§. 256.

Perfectio mentis ex perfectione facultatis cognoscendi.

E. & ad perfici-

cognoscitiuae & appetitiuae concipitur (§. 3. & Schol. 3. §. 14.), vt ergo tam facultatem mentis cognoscitiuam, quam facultatem mentis appetitiuam perficiamus, per propriam nostram salutem obligati sumus (§. 255. 24.).

endam facultatem cognoscitiuam & appetitiuam.

§. 257

In facultate mentis cognoscitiua facultas inferior a superiori distinguitur (§. 27. 3.). In illa distinguimus sensationem, imaginationem, facultatem fingendi & memoriam (§. 3. seqq.) & ab his per attentionem & reflexionem (§. 28.) evolutio mentis transit ad facultatem cognoscitiuam superiorem, quae intellectu, ratione atque iudicio constituitur (§. 29. seqq.). Quas ergo mentis facultates, facultatem cognoscitiuam perfecturus, perficere debet, quilibet facile definire poterit.

Quae in facultate cognoscitiua generaliter perficienda.

§. 258.

Haec mentis facultates perfectae sunt, quatenus ab illis in errorem non possumus deferri (§. 13.). Omnis erroris fons est confusa cognitio (per princ. Log.). *Per propriam ergo nostram salutem obligati sumus, vt omnem in cognitionibus confusionem euitemus* (§. 257.).

Quorum perfectio obtinetur, si omnem fugiamus confusionem.

COR. I. Sola sensatione vel imaginatione obiecta cognoscimus confuse (§. 19.), distinctae vero rerum cognitionis fons est intellectus & ratio (§. 29. sq.), obligati ergo sumus, vt abiecta intellectu & ratione cognoscamus.

COR. II. Quoniam vero ad impossibilia, etiam hypothetice, talia, nulla datur obligatio (§. 91. & Cor.), vt obligationem, de qua hic dicimus, ex circumstantiis, quibus subiectum obligatorium constituitur, metiamur, necesse est.

SCH. Si tu exolvere velis, quae ab III. WOLFFIO

Part. II. cap. I. *Philos. mor. idiomate germ. edit., & cap. II. Pr. Artis inveniendi a me evoluta sunt, viam, per quam hanc in perfectionem progredi poteris, apertam videbis. Sed pro scopo huius scripti satis diximus, reliqua lectionibus Philosophiae moralis commendabimus.*

§. 259.

Quid cul-
tura fa-
cultatis
cognosci-
tuae ge-
neralis
& specia-
lis.

Fieri non potest, vt omnium cognitio-
nem distinctam nobis acquiramus, saepissime
potius acquiescere debemus distincta cognitio-
ne eorum, quae vitae conditioni finique con-
ueniunt. Quamobrem, cum nihilominus nos
omnes ad culturam facultatis cognoscituae ob-
ligati simus, cum III. HEINECCIO (a) cultu-
ram facultatis cognoscituae generalem a cultu-
ra huius facultatis speciali distinguimus. Illa
est, ad quam omnes omnino homines obliga-
ti sunt; haec vero, ad quam homines tantum-
modo ratione finis & vitae conditionis tenen-
tur.

(a) In Elem. L.N. & G. Lib. I. §. 147. not.

§. 260.

Genera-
lis respi-
cit cog-
nitio-
nem bo-
ni &
mali.

*Omnes omnino homines obligati sunt, ad om-
nem in cognitione boni & mali confusionem eui-
tandam.* Omnes homines obligati sunt, vt se
statumque suum perfectiorem reddant (§. 252.),
ergo & vt distincte bona & mala cognoscant
(§. 86. 32.). Quare, cum distincta cognitio
confusae opponatur (§. 65. Pr. Log.), omnes
homines, vt confusionem in cognitione boni
& mali fugiant, obligati sunt (§. 94.).

COR. I. Cultura ergo facultatis cognoscituae genera-
lis spectat cognitionem boni & mali (§. 259.).

COR. II. Quomodo vero, si culturam facultatis co-
gnosci-

gnoscitiuae ipsecialem consideremus, exceptio sit institutenda, ex Cor. 2. §. 93. facile deduci poterit.

SCH. I. Idem principium, quod hac in §. demonstratum, ex §. 88. 89. sequitur. Velimus tamen, ut Cor. 2. reproducat ideas ab Ill. WOLFFIO cap. IX. §. 18. Phil. rat. idiom. germ. edit. de usu scientiarum explicatas.

SCH. II. Amplius quidem hic aperiri posset campus, si scientiarum subordinacionem, §. 176. Pr. Logi quatenus Philosophia spectatur, explicatam, velimus euoluere; sed, ne ambages fiant molestae, id fiat in praeflectionibus,

§. 261.

Excipit hoc argumentum aliud quoddam non minoris, me arbitro, roboris. Omnes omnino homines obligati sunt ad facultatem appetitiuam perficiendam (§. 256.). Facultas illa appetitiua perfecta est, si tantummodo ad bonum verum tendit; & a malo vero reclinat (§. 41. 33.). Hoc vero dum fieri nequit, si bona vel mala false cogitamus (§. 17. Cor. 1.), quod distinctae cognitionis defectus facile efficere potest (§. 258.), ut in cognitione boni & mali omnem eitemus confusionem, iterum iterumque obligati sumus (§. 94.).

Quod etiam ex perfectione facultatis appetitiuae colligitur.

COR. In facultate nostra appetitiua etiam voluntatem & notitatem distinguimus (§. 33.), quamobrem, cum & ad has perficiendas obligati sumus (§. 256.) indubitato etiam harum ex perfectione nostrum fuit principium (§. 33.).

§. 262.

Vt nos solo appetitu rationali solaque auer- satione rationali, quantum fieri potest, ad actiones determinemus, obligati sumus. Nos determinamus ad actiones, si illas bonas vel malas cogitamus (§. 16.), cum igitur omnem in cog- nitione-

E. nos tantummodo determinemus ad actiones appetitu ra-

tionali &
auerfa-
tione ra-
tionali.

gnitione boni & mali euitare debeamus confu-
fionem (§. 260.), vt nos tantummodo ad
actiones, quas distincte bonas vel malas cogi-
ramus, ideoque solo appetitu rationali & sola
auerfatione rationali, quantum fieri potest, de-
terminemus, obligati fumus (§. 33.).

COR. I. Affectus oriuntur ex cognitione confufa (§.
24.) compescamus igitur, quantum fieri potest, affe-
ctus. Quod etiam deduci potest ex Cor. 2. §. 253.
quoniam maxima animae tranquillitas in compescen-
dis affectibus confistit.

COR. II. Quo vero ea, quae hoc in commate dicta,
eo rectius explicari possint, reflectere velis ad ratio-
nes, ex quibus conclusio illa deducta est, & ad §. 37.
coll. §. 82. & Cor. 4. §. 56. Quibus adiungas Cori
§. 103.

§. 263.

Quid sa-
nitas &
habilitas
corporis.

Mente nostra perfecta nil, nisi veram per-
fectionem nostram, volumus (§. 41.). Ideo-
que simul appetimus perfectionem corporis,
ad quam producendam quam maxime obligati
fumus (§. 252.). Perfectio illa corporis est
vel *connata* vel *acquisita*. Prior dicitur *sanitas*,
posterior vero *corporis habilitas*.

§. 264.

Confer-
ua vitam
corporis.

Nulla corporis (sc. animalis) perfectio ob-
tineri potest, nisi corpus viuat. Omnis ergo
in vita corporis conseruanda nobis opera &
cura ponenda est (§. 263.); hinc propriam per
salutem obligamur, eo dispicere, ne pereamus.

COR. Perdita vita omnis corporis praesentis perditur
perfectio (§. 264.), nulla igitur corpori animali maior
morte accidere potest imperfectio. Ex quo abunde
sequitur, vt nullum possimus fingere casum, in quo
ob collisionem autochiria foret licita (§. 93. Cor. 2.).

SCH.

SCH. I. *Et ita veritas principii THOMASII: quicquid facimus ad vitam diuurnam dirigamus, euicta est, licet pro pximo I. N. principio haberi nequeat. Quae uero ab illo (a) pro autochiria defensione proposita, in praelectionibus enotabo.*

SCH. II. *Ad multas etiam non minoris momenti quaestiones in I. N. & G. motas hoc ex principio solide responderi potest. An e. g. ob conseruandam pudicitiam autochiria possit permitti? an autochiria, ob inaneu fortitudinis & constantiae opinionem commissa, sit licita? Non ergo intelligo, cur priori respectu mortem Lucretiae, & posteriori mortem Catonis tantis essent clogiis poetae. Velim ut legas Esprit de la faussete des vertus humaines. De autochiria uero, iussu magistratus suscipienda, infra dicemus.*

(a) In Iurispr. diu. Lib. II. cap. I. §. 74.

§. 265.

Vt sanitatem corporis nostri conseruemus, obligati sumus. Obligati enim sumus, ut vitam corporis conseruemus, quo perfectionem corporis obtinere possimus (§. 264.), ergo & vi obligationis nostrae sanitatem corporis conseruare debemus (§. 263. & Cor. §. 103.).

Conferua
corpora
sanita-
tem.

COR. I. Sanitas corporis nostri in perfectione eiusdem connata consistit (§. 263.), & corpus nostrum perfectum est, si tam structura quam mixtio consentiunt (Sch. 2. §. 14.). Consequens ergo est, ut corporis structuram, debitamque in mixtione proportionem conseruare debeamus.

COR. II. Multa ex his inferri possent consecutaria, sed dabo quaedam, pro scopo necessaria.

1. Omnem membrorum mutilationem vitemus. Mutilationem enim membrorum motum mechanicum, qui a structura corporis dependet, destruere, manifestum est (Sch. 2. §. 14.).

SCH. *De mutilatione membrorum, iussu iudicis suscipienda, infra agendum erit. Quoniam uero mutilationem membrorum vitare tenemur, quo vitam corporis*

ris

ris possimus conseruare, facile intelligitur, quomodo exceptio sit instituenda, si vita corporis & mutilatio membrorum foret in collisione (§. 93. Cor. 2.).

2. Obligamur eo dispicere, vt in corpore nostro debita fluidi & caloris conseruetur proportio. Ab hac enim motus hydraulicus & pyrobolicus, qui a mixtione determinantur, dependent (Sch. 2. §. 14.).

SCH. Quo ex principio, si circumstantiae spectantur, & ciborum & potuum, quibus vti debemus, tam qualitas, quam quantitas colligi poterit.

3. Omnia nobis euitanda sunt, quibus in periculo vitae conuicimur (§. 264. 94.).

SCH. Ponamus vero, periculum vitae cum morte esse in collisione, periculum vitae erit malum incertum, mors vero malum certum. Quamobrem, cum malum certum malum maius sit malo incerto (§. 15.), hoc in casu obligati sumus, vt periculum vitae morti praeferramus (Cor. 2. §. 93.). Quod principium, ob rationis vniuersalitem, generatim ita exprimi potest: Periculum boni cuiusdam amittendi incertum praefertendum est periculo eiusdem boni certo. vid. B. KOEHLERI Exercit. I. N. §. 666. sqq.

4. Ergo & nobis caueamus, ne alii ius, vitae sanitateque insidias fruendi, arripere possint (§. 9. Pr.).

§. 266.

Quid status necessitatis extremae, absolutae & respectiuae.

Status hominis, in quo omnibus legibus ob earum collisionem obedire nequit, necessitatis accepit nomen, quae est extrema, si quis legi violatae sine periculo vitae obedire non potest; si vero periculum illud, quod adest, vitam non spectat, pro magnitudine periculi necessitas illa maior minorue vocabitur. Fieri etiam potest, vt collisio illa sit vera vel apprens. Prius efficit, vt status ille necessitatis vocetur status necessitatis absolutae, posterius, vt sit status necessitatis respectiuae.

§. 267.

§. 267.

Violatio legis, ob statum absolutae necessitatis perpetrata, non est imputabilis. Violatio legis ob statum absolutae necessitatis perpetrata non potuit evitari (§. 266.), nullam ergo moralitatem habet (§. 70.), atque ideo fieri nequit, ut possit imputari (§. 215.).

Violatio legis in statu absolutae necessitatis perpetrata non est imputabilis.

SCH. Maximae utilitatis est hoc principium in gravissimis rerum controversiarum quaestionibus decidendis, quibus nimirum actiones in se imputabiles ad non imputabiles reducendae sunt. Furtum e, g. in se consideratum est actio imputabilis, sed hoc ex principio facillime potest colligi, necessitatem eam actionem, quae alias furtum dici posset, excusare, & ita porro. In praelectionibus brevissimis explicabo, quae a WEISSENBACHIO (a) hoc in casu excogitatae sunt. Haec nimirum est ipsius sententia, ut necessitate illa res ad statum primaeuae communionis redigantur, efficiendo, ut ius pristinum, de quo Genes. I., rebus tanquam communibus utendi reuiviscat.

(v) Exercit. 29. ad Lib. 47. Pandect. tit. de furt. n. 12. p. 972. conf. PUFFEND. de iur. N. & G. Lib. III. cap. 3. §. 5.

§. 268.

Violatio legis, in statu necessitatis hypotheticae perpetrata, est species versutiae. Qui enim in statu necessitatis hypotheticae legem violat, collisionem quandam sibi fixit, in qua est ratio, cur officio suo non satisfecerit (§. 266.), qui vero officio suo non satisfacit ob collisionem, ille versutiam commisisse dicitur (§. 181.), summa ergo cum ratione violationem legis, in statu necessitatis hypotheticae perpetrata, versutiae speciem vocamus.

Legis violatio in statu necessitatis hypotheticae perpetrata pertinet ad versutiam.

GOR. Actio ergo mala in statu necessitatis hypotheticae perpetrata hac ex ratione minus imputanda est, quam

quam actio mala sine omni necessitatis statu commissa
vel omissa (Cor. §. 181. & Cor. 2. P. II. §. 217.).

§. 269.

Et pro-
ducit fa-
uorem
necessita-
tis.

Inde concipitur *fauor necessitatis*, quo a-
ctio mala in statu necessitatis hypotheticae per-
petrata auctori minus imputatur, quam fieri
potuisset, si eiusmodi actio in se esset confi-
derata.

SCH. *Sunt quidem nonnulli, qui fauorem necessitatis
tantummodo in summa necessitate admittunt (a). An
vero in summa necessitate fauor possit concipi, dubito
(§. 266.). Quae a B. KOEHLER P. N. §. 1218.
de fauore necessitatis dicta, ex usu loquendi potius ad
moderamen inculpatae tutelae, infra explicandum,
quam ad fauorem necessitatis referenda esse, mihi vi-
dentur.*

(a) GROTIUS in I. B. & P. Lib. I. cap. IV. §.
VII. & alii plurimi.

§. 270.

Obligati
sumus ad
faculta-
tes ex-
ternas
quaerenda-
das.

Qui ad finem obtinendum obligatus est,
ea etiam sibi acquirere debet, media, sine qui-
bus eiusmodi finis existens fieri nequit (§. 94.
Cor.). Permultae adsunt res externae, sine
quibus perfectio animae & corporis nec obti-
neri nec conseruari potest. Harum apparatus
facultatum externarum nomen accepit. *Per
naturam itaque obligati sumus, ut facultates
externas nobis acquiramus.*

COR. Eandem veritatem ex status externi perfectione,
ad quam producendam conseruandamque tenemur (§.
252.), colligere possumus (§. 5. sqq. Prael.).

SCH. *Modum, ad quas facultates externas admini-
strandi, ea ex ratione, qua, ut easdem acquiramus,
tenemur, quilibet facile deducere poterit. vid. HEINEC-
CIUM L. c. Lib. I. cap. VI. §. 151.*

§. 271.

§. 271.

Actio, qua perfectionem nostram producere & conseruare possumus, dicitur labor. Laborum explicatio.

SCH. Interpretantur quidem nonnulli labores actiones, quibus victus aliaque ad corpus conseruandum necessarium acquirimus, sed extendi huius termini significatum, quod usus loquendi tam communis, quam receptus permittit, quia angusta ipsius explicatio multis errationibus multisque controuersis occasionem praebuit, e.g. in quaestione: an opulentus ad labores obligatus sit. Qui vero in ea est persuasione, quod si huius de labore definitionis male agentibus loco poenae labores non possent iniungi, ea, quae in circumstantiis latent, perspicue considerare velit, quo factio, dubie cogitata facile exspirabunt. vid. GRO T. I. B. & P. Lib. II. cap. XX. §. 1.

§. 272.

Omnes homines propriam per salutem ad labores obligati sunt. Ad quos omnes obligati sunt. Vt enim status suos quocunque modo perficiant, & perfectos conseruent, tenentur (§. 252.). Quoniam vero finis sine medio obtineri nequit (§. 185.), omnes etiam homines propriam per salutem ad labores obligatos esse, consequens est (§. 271. 94. 79.).

COR. I. Ponamus hominem, quae imperfectionem suam eritabilem producant, agentem, fieri non poterit, ut eum ad labores se occupasse, dicamus (§. 271.). Quod etiam haec corroborabit conclusio: Qui eiusmodi actionibus mortem sibi adquisiuit, autochiriae commisit. Quis vero actiones, quae autochiriae causae sunt, ad labores proprie sic dictos refert?

COR. II. In collisione regularum exceptio ita instituenda est, ut maior obtineatur perfectio (§. 91. Cor. 3.), obligatio itaque nostra requirit, ut in variorum laborum collisione eos agamus, quibus maximam nostram perfectionem, ex circumstantiis metiendam, obtinere valeamus. Quae vero sit summa illa perfectio generatim spectata, ex principiis hoc in capite euolutis, quilibet facillime colligere poterit.

SCH.

SCH. Simul ex dictis manifestum est, statum commu-
nionis homines, leges naturales sponte observantes, &
laboribus non liberare. Vid. pluribus **GROTIUM**
I. B. & P. Lib. II. cap. II. §. 2. 3. sqq.

§. 273.

Quaere
honores.

mus. *Omnibus legitimis honoribus servire debe-*
mus. Obligati enim sumus ut non agamus,
nisi quae nos statumque nostrum perficere at-
que perfectum conseruare possunt (§. 152.),
actiones, quibus nos statumque nostrum per-
ficimus atque perfectum conseruamus, sunt
bonae seu perfectae (§. 15.), actiones ergo
nostrae non eiusmodi solum esse debent con-
ditionis, ut nemo cum veritate non nisi de ea-
rum perfectione possit ludicare, sed & efficere
debemus, ut alii perfectiones nostras cogno-
scant (§. 3. Pr. & §. 13.). Quamobrem, cum ex
priori honor interne, ex posteriori vero ho-
nor externe consideratus oriatur (§. 239.),
obligatio nostra requirit, ut omnibus legitimis
honoribus seruiamus (§. 94.).

COR. Omne ergo vituperium vitare atque resellere
debemus (§. 239.).

SCH. I. In Republica tituli ad honoris signa referun-
tur. Qui ergo honore digni, eo etiam tendere obli-
gati sunt, ut titulos, quibus honores illi exprimuntur,
licita ratione acquirant. Cave tamen, ne aliud in ti-
tulo, aliud in pyxide. vid. III. **GLASSEY** *Recht der*
Vernunft edit. II. Lib. I. p. 344.

SCH. II. Idem est, ad quod permulti stimuli natu-
rales in nobis existentes tendunt. Ergo nec eius-
modi stimulos extirpare debemus (Cor. 3. §. 93.).

§. 274.

Quid of-
ficia erga
se ipsum
separare.

Separare officia erga se ipsum idem est, ac
officia quoad alteram partem praestare, quoad
alteram

alteram vero negligere, seu ita agere, quasi officium erga partem, sicut officium erga totum.

COR. Officia ergo erga se ipsum separat, qui

1. praestat officia erga animam atque corpus, officia vero negligit erga statum externum, vel
2. qui praestat officia erga animam & negligit ea, quae intuitu corporis & status externi suscipienda, vel
3. qui praestat officia erga corpus, & negligit officia erga animam atque statum externum, vel
4. qui praestat officia erga statum externum & negligit ea, quae animae & corpori debet &c. (§. 252.).

§. 275.

Officia erga se ipsum non sunt separanda.

Officia erga corpus, animam & statum externum hac ex ratione praestanda sunt, quo nostram producere possumus perfectionem (§. 252. seqq.), nostra vero perfectio constat ex perfectione corporis, animae atque status externi (Sch. 1. §. 14. 270.), qui ergo officia illa separat, suam perfectionem nec producit, nec conservat (§. 274.), atque ideo non sunt separanda (§. 143.).

Quod his in officiis non fiat,

vid. Ill. WOLFF. in cit. Phil. mor. §. 225. seqq.

§. 276.

Qui officiorum suorum rationem ducit, ea facit, ad quae habet ius. Dum enim officiorum nostrorum rationem ducimus, ea agimus, quae legibus non repugnant (§. 148.), atque ideo ea agimus, quae per nos moraliter possibilis (§. 150.). Quare, cum eiusmodi agendi possibilitas ius vocetur (§. 151.), si officiorum nostrorum rationem ducimus, ea agimus, ad quae ius habemus.

Officia nostra pertinent ad iura nostra.

K

COR.

COR. Ergo etiam, qui officia erga se ipsum explet, non agit, nisi ad quæ habet ius.

§. 277.

Quid τὸ nostrum.

¹⁰¹⁰³ Ea, quæ obligationi nostræ conuenienter, seu, quæ pro arbitrio nostro proprio ad nostram dirigere possumus felicitatem, constituunt τὸ nostrum. Ex quibus facile cognoscitur, quid τὸ alienum, vel τὸ suum alterius dici possit.

SCH. Si u. uapulent, qui in definitione, quo fiat perspicua, superfluos admittunt characteres, rationem, cur etiam ego uapulem, adesse sufficientem, concedo. Obligatio enim, cuius terminus definitionem ingreditur, ex idea felicitatis deduci potest (§. 147.). Quoniam uero ea, quæ apparent, vulgo opponi solent, per terminum obligationis cogitationes, ni fallor, clariores effeci. Num uero illud taxandum foret, nescio, nec principia Logicæ docebunt, quæ potius, ut eiusmodi sub determinationibus superflua in definitionibus ponantur, postulant.

§. 278.

Ad quod etiam iura nostra pertinent.

Iura nostra pertinent ad τὸ nostrum. Iura nostra sunt facultates pro arbitrio proprio agendi (§. 131.); sed pro arbitrio proprio nil agere possumus, nisi ea, quæ nos statumque nostrum perfectiorem reddunt (§. 143. 144. 135.), ideoque ad quæ obligati sumus (§. 143. 98.). Ergo & iura nostra ad ea pertinent, quæ obligationi nostræ conuenienter ad nostram dirigere possumus felicitatem (§. 147.), atque ideo ad τὸ nostrum referenda sunt.

COR. Ergo & summa cum ratione, officia nostra inter ea, quæ ad τὸ nostrum pertinent, referenda esse, affirmamus (§. 276.).

SCH. Mittimus nunc officiorum erga nos ipsos contemplationem, quippe in compendio satis euolutam. Quæ enim per modum corollarii deduci possunt, lectorum studio

studio commendamus: nam principia generationis explicare, pro instituti ratione sufficere potest. Dicamus ergo iamiam nonnulla de officiis erga Deum, quorum pertractationem permulti ex iuris naturae & Gentium amplexu eiecerunt, eam potius ad Theologiam naturalem & Esbicam stricte sic dictam pertinere, affirmantes (a). Quo consilio sufficienti id quidem fuerit factitatum, ignoro, quo euentu, conicio, quo veritatis periculo, prorsus peruideo. Explicabimus eorum theoriam, non quidem ob rationem ab Ill. GLAUBER (b) adiectam, sed quo infra ius Canonicum vniuersale, quod ex officiorum erga Deum constitutione deducendum, eruere possimus.

(a) vid. OTTONIS I. N. & G. Element. Pars altera §. 17. p. 176.

(b) l. c. P. I. p. 340.

CAP. II.

DE OFFICIIS HOMINVM ERGA DEVM.

§. 279.

VT Deum eiusque perfectiones cum conuictione cognoscamus, per propriam nostram salutem obligati sumus. Per propriam nostram salutem obligati sumus, vt ea faciamus, quae nostratumque nostrum perficiunt (§. 255.), ideoque vt officium, leges naturales obseruandi, expleamus (§. 144.). Qui vero eiusmodi officium explet, etiam agit ex motiuis perfectionum diuinarum (§. 171. 127.), sed ex motiuis ex perfectionibus diuinis desumptis nemo agere potest, nisi qui Deum eiusque perfectiones cognoscit (§. 36.), per propriam ergo nostram salutem obligati sumus, vt Deum eiusque perfectiones cognoscamus (§. 94.). Q. e. p.

Deum cognoscere per propriam nostram salutem obligamur.

K 2

Pona-

Ponamus porro, hanc de Deo eiusque perfectionibus cognitionem esse persuasoriam, facile fieri poterit, vt falsa erroneaque Deo affingamus praedicata, quae perfectionibus ipsius maxime repugnant (§. 160. Cor. Pr. Log.). Quamobrem, cum eiusmodi errores impediunt, quominus Deum eiusque perfectiones cognoscere possimus, vt nobis hac in re conuictam cognitionem persuasoriae oppositam acquiramus, tenemur. Q. e. a.

COR. Quicquid eum conuictione cognoscimus, idem cognoscimus certe (§. 155. sq. Pr. Log.). Necessè ergo est, vt cognitio illa, quam de Deo eiusque perfectionibus habemus, recta atque certa sit.

SCH. Sunt, qui, hanc nostram obligationem non universalem esse, (vide §. 135. Cor. 1.) affirmant, laudabili metu, ne quid ineruditorum virtus detrimenti capiat, ineruditi enim ea, quae ad conuictionem pertinent, eorum ex opinione, perspicere non possunt. Sed vellem hic intelligere nexum propositionis utriusque. Repugnat ineruditis eiusmodi perspicendi potentia? Otis meis delineavi methodum, ineruditos de Dei existentia perfectionibusque conuincendi, num vero felici successu, videant Lectores, si tempus, vt eam publice exponam, permittet. Interim, vt euoluas, quae ab Ill. WOLFFIO Phil. moral. saepe cit. §. 681. sqq. exposita, velim.

§. 280.

Omnis ergo superstitio euitanda est.

Falsa Deo affingere praedicata (a), vel ex veris perfectionibus diuinis falsa deducere confectaria (b); & ex iis motiua ad agendum desumere, est, quod *superstitionem* producit. Confectaria, quae ex rei constitutione deducuntur, rei etiam & quidem mediate competere debent. Recte ergo *superstitionem* interpretor actum, quo ex falsis Deo vel mediate, vel

vel immediate affectis praedicatis motiua ad agendum desumuntur.

COR. Omnis ergo superstitio euitanda est (§. 279.).

SCH. I. (a) Exemplum vid. in Ciceronis officiis L. III. c. 28. §. 7. vbi Deum irascendi & nocendi actu priuauit (b). Quod illustrari potest iudicio ethnicorum, qui ex iustitia Dei, cum solis sacrificiis expiari posse, concludunt.

SCH. II. Constituunt alii etiam tertium superstitiois fontem, cum scilicet quis effectus, non nisi per Deum possibiles, ex creaturis quaerit. Hanc vero superstitiois speciem dato in conceptu latere, facile ostendi potest.

§. 281.

Tam Athei quam superstitiosi sunt homines infelices. Atheus, si est theoreticus, negat existentiam Dei; si est practicus, non agit per motiua diuinis ex perfectionibus desumpta: superstitiosus Deo falsa affingit praedicata (§. 280.). Ergo tam Atheus quam superstitiosus obligationem naturalem (§. 279. 171.), ideoque legem naturalem violat (§. 127.), infelices itaque eiusmodi homines esse, consequens est (§. 147.).

E. Athei & superstitiosi sunt infelices.

§. 282.

Perfectiones, quae enti insunt, eius constituunt *Gloriam*. *Gloria ergo seu Maestas diuina* est complexus perfectionum diuinarum, quae sunt summae atque infinitae (§. 13. Th. nat.) *Illustramus* inde *Gloriam Dei*, si agimus per eiusmodi motiua, quae ex veris Dei perfectionibus desumuntur. Si vero per eiusmodi motiua agimus, quae ex Dei perfectionibus non sumuntur, *gloriam Dei obscuramus*.

Obligamur ad gloriam Dei illustrandam.

COR. I. Motiua, per quæ agimus, ex actionibus possunt colligi (§. 19. 36.). Hoc cum verum sit, ponamus, aliquem gloriam Dei illustrare, fieri poterit, vt ex ipsius actionibus alii summas, quæ Deo insunt perfectiones, deducant; quæ nulla ratione ex actionibus, quæ per eiusmodi motiua non producuntur, inferri possunt. Ex quo abunde intelligimus, cur prioris generis actiones illustrationes, posterioris obscuraciones nominis Dei vocatæ sint.

COR. II. Sequitur inde, vt per propriam nostram salutem obligati simus, vt continuo gloriam Dei actionibus nostris illustremus, omnem vero huius gloriæ obscuracionem euitemus (§. 279. 171. 127. 147.).

COR. III. Qui motiua ad agendum ex falsis Deo affictis prædicatis sumit, minime agit per eiusmodi motiua, quæ ex perfectionibus Dei desumuntur. Ex quo manifestum est, superstitiosum gloriam Dei obscurare (§. 280.).

§. 283.

Ergo enim
temus
blasphemiam.

Sermo, quo Deo imperfectiones tribuuntur, *blasphemiae* nomen accepit.

COR. Sermone cogitationes exprimentur. Quare, cum de Deo imperfectiones cogitare, iuri naturali repugnet (Cor. 1. 2. §. 282.), manifestum est, omnem blasphemiam non illicitam solum esse, sed & infelicitatem producere (§. 147.).

§. 284.

Reuerentiam
Deo debitam
praestemus.

Veneratio in genere in conuictione de maiore alterius perfectione atque superioritate consistit. Est ergo *veneratio Dei* conuictio de maiestate diuina. Qua ex ratione proclivitatem mentis ad venerationem actionibus suis Deo exhibendam *reuerentiam erga Deum* seu *cultum Dei* vocarunt Philosophi.

COR. Omnibus nostris actionibus illustremus gloriam Dei (Cor. 2. §. 282.), quoniam partium nostrarum est, vt ea per motiua agamus, quæ ex summis Dei perfectionibus

fectionibus, quas cum conuictione cognoscere debemus (§. 279.), desumuntur (§. 282. Cor. i. sq.), per propriam ergo nostram salutem obligati sumus, ut omnibus actionibus nostris reuerentiam erga Deum praestemus (§. 284.).

§. 285.

Qui Deum colit, omnibus suis actionibus Cultus theoretici & practici explicatio. venerationem Deo exhibendam declarat (§. 284.). Eiusmodi veneratio ex conuictione de perfectionibus Dei oritur (§. cit.). Duo igitur sunt, quae cultum Dei constituunt, *primo* scilicet conuictio de Dei perfectionibus, & *deinde* actiones, quibus eiusmodi conuictio declaratur. Inde factum est, ut cultum Dei priori, ex ratione *theoreticum*, ex ratione vero posteriori *practicum* vocauerint.

COR. Cultus ergo Dei practicus sine theotetico concipi nequit. Hanc vero cultus diuisionem non diuersas eiusdem species, sed ideas modo subordinatas constituere, ex specierum natura immediate patet.

§. 286.

Actiones, quibus Deo reuerentiam praestamus, sunt vel *internae* vel *externae*. Item interni & externi. Priori respectu definiunt *cultum internum*, posteriori vero *cultum externum*.

COR. Quoniam Deum omnibus nostris actionibus colere debemus (§. 284. Cor.), ut eum tam interne quam externe colamus, obligati sumus.

§. 287.

Per propriam nostram salutem Deum amare tenemur. Deum amemus. Propriam enim per salutem obligati sumus, ut perfectiones Dei ea ratione, qua Deo insunt, cognoscamus (§. 279.), atque ideo, ut Deum cogitemus sapientissimum, benignissimum, iustissimum atque sanctissimum, a quo

quo non existentia solum nostra atque conseruatio, sed & omnis nostra felicitas dependet. (§. 91. seqq. Th. nat.). Ex quo immediate sequitur, nos obligatos esse, vt omnis nobis curae habeamus, ita agere, ne aduersus summas Dei perfectiones aliquid agamus (§. 74.). Quare, cum eiusmodi animi procliuitas *amor* dicatur, vt Deum amemus, propriam per salutem obligati sumus.

SCH. Hoc intellectu, profunda etiam principia, a Iohanne 1. Ep. IV. 19. proposita, intelligi posse, mihi exploratum est.

§. 288.

Timeamus Deum & quidem filialiter.

Manifestum est ex demonstratione, qua principium §. 287. positum corroborauimus, eam esse amoris naturam, vt ille, qui alterum amat, omnis sibi habeat curae, ita agere, ne aliquid fiat aduersus voluntatem eius, quem amat. Sollicitudinem ea ratione agendi nominamus *timorem*. Ergo & inter officia, quae homines Deo debent, vt Deum timeant, referre debemus, (§. 287. & §. 84. Cor.).

COR. Timeamus Deum, quia illum amare debemus (§. 287.), timor, cuius fundamentum est amor, dicitur *filialis*, ius ergo naturae timorem Dei filialem exigere, sequitur.

§. 289.

Seruilem vero fugiamus metum.

Sollicitudo, fugiendi actiones propter poenam cum eiusmodi actionibus coniunctam, dicitur *metus seruilis*. Qui itaque ex metu seruili aliquid agit, idem quatenus in se spectatur, sibi malum repraesentat, bonitatem vero ea solummodo ex ratione actioni tribuit, quoniam cum eius omissione poena ab altero coniuncta

iuncta est (§. 33.). Quamobrem, cum poenae sint species mali (§. 119.), *metum seruilem cum odio coniunctum esse*, manifeste sequitur.

COR. Qui ergo Deum metu seruili timet, ipse infelicitatis suae causa est (§. 287.).

§. 290.

Quicquid boni habemus, sunt beneficia, quae a summa Dei benignitate dependent (Quod ex Theologia naturali manifestum est). Qui nobis beneficia exhibet, *benefactorem* vocamus, ut ergo & Deum qua benefactorem nostrum amemus, propriam per nostram salutem obligati sumus (§. 287.). Amor erga benefactorem, dicitur *gratus animus*, & oratio, qua *gratum nostrum animum* declaramus, *gratiarum actionis* nomen accepit. Atque ideo sequitur, ut *gratum Deo animum exhibere*, & *gratias Deo agere*, ad nostra etiam officia pertineat (§. 287. 286. 148.).

Gratum Deo exhibemus animum.

§. 291.

Conatus ad ea percipienda beneficia, quae ab aliquo expectare licet, dicitur *inuocatio*, & externa inuocationis significatio *adorationis* nomen accepit.

Quid inuocatio & adoratio.

§. 292.

Ut Deum inuocemus atque adoremus, per propriam nostram salutem tenemur. Acquiramus nobis per propriam nostram salutem conatum legibus satisfaciendi (§. 254.), ideoque ad ea obtinenda, quae nobis bona sunt (§. 98. 93.). Quare, cum in omnibus nostris actionibus simul Deum spectare debeamus (§. 282. Cor. 2.), sequitur, obligationem nostram requirere, ut

Inuocamus atque adoremus Deum.

K 5

arri-

arripiamus conatum ad ea percipienda beneficia, quae a Deo expectare possumus (§. 290.). Ut ergo Deum inuocemus (§. 291.), atque adoremus, per propriam nostram salutem obligati sumus. (§. 291. & §. 286. Cor.).

COR. I. Ex his, quae hactenus euoluta sunt, manifeste sequitur, cognitionem, quam de Deo nobis acquirere debemus (§. 279.), amorem, quo Deus prosequendus (§. 287.), timorem, quo intuetur Dei agere (§. 288.), gratum animum, quem Deo exhibere debemus (§. 290.), & tandem inuocationem Dei (§. 291. sq.) ad ea pertinere officia, quae cultum Dei internum constituunt (§. 286.). Reuerentiam vero Deo exhibendam (§. 290.) & adorationem Dei (§. 291. sq.) inter ea referenda esse, quae praestare debet, Deum externe culturus (§. 286.).

COR. II. Actiones ergo, quibus Deus externe colendus est, ex amore atque timore Dei filiali ut fluant, necesse est (Cor. 1.).

COR. III. Ex quibus facile intelliguntur officia, quae is praestare debet, qui cum ratione sufficiente vult pius homo dici (§. 173.).

§. 293.

Quid o-
bedien-
tia.

Procliuitas mentis ad ea facienda, quae ab altero imperata sunt, vocatur *obedientia*.

§. 294.

Quae
Deo
praestan-
da.

Omni Deo obedientiam exhibere debemus. Nobis enim acquiramus conatum, actiones nostras Legibus naturalibus attemperandi (§. 148. 147.), leges naturales etiam sunt leges a Deo constitutae (§. 133.), ergo & procliuitati mentis ad ea facienda, quae a Deo imperata sunt, studere debemus. Quum ergo eiusmodi procliuitas obedientiae accipiat nomen (§. 293.), consequens est, ut omnem Deo exhibere debeamus obedientiam.

§. 295.

§. 295.

In collisione obedientiae Deo & hominibus exhibendae, exceptio ita instituenda est, ut Deo obediamus. In collisione obligationum maior obligatio minori praeferenda est (Cor. 2. §. 93.). Quum ergo maxima nostra obligatio sit obligatio divina (§. 173. Cor. 1. & §. 84. coll. §. 172.), obedientiam Deo exhibendam obedientiae, quam homini debemus, si nimirum sunt in collisione, praeferendam esse, abunde sequitur.

Et quidem magis Deo quam creaturis.

COR. Vt pro hominibus substituamus creaturas, principia, quibus generale inest, permittunt, & ita habemus propositionem generaliore: *Deo magis obediendum est, quam creaturis.* Quam propositionem haec etiam ratione euincimus: Leges divinae sunt leges naturales. Sed Leges naturales in collisione cum aliis legibus praeferendae sunt. Ergo & necesse est, ut in collisione legum leges divinas praeferamur. &c. &c.

§. 296.

In voluntate alicuius acquiescere idem est, ac perlibenter ea facere, quae alter vult, & quoniam vult, ut fiant.

Quid in voluntate alicuius acquiescere.

§. 297.

In illius voluntate acquiescere debemus, qui imperatis suis nil vult, nisi quod nobis optimum. Id perlibenter facimus, quod nobis placet (§. 47.), placere vero debet, ex quo veram voluptatem percipimus (§. 46.). Quum ergo obligemur, ut ex eo solummodo voluptatem hauriamus, quod nobis optimum (§. 25. & §. 93. cum Corol.), consequens est, ut in illius acquiescere debeamus voluntate, qui imperatis suis nil vult, nisi quod nobis est optimum (§. 296.).

Acquiescamus in voluntate Dei.

COR.

COR. Obediamus Deo (§. 294.), cum vero Deus nil imperat, nisi quod nobis optimum (§. 78. Th. nat.), rationem habemus sufficientem, cur in voluntate divina acquiescamus (§. 297.).

§. 298.

Num ignorantia de Deo, eius perfectionibus & voluntate possit esse inuincibilis.

Ne quis dicat, officia haecenus explicata illos solummodo Deo debere, qui perfectiones voluntatemque ipsius cognoscunt, si quis vero Dei perfectiones atque voluntatem ita ignoret, ut ignorantia haecce sit invincibilis, fieri non posse, ut eum eiusmodi ad officia obligatum esse, ratione cum sufficiente affirmemus, (vide §. 117. & 213. Cor. 5.), quaero: num ignorantia de perfectionibus & voluntate Dei vnquam esse possit inuincibilis? Res est altissimae indaginis, summatim complectar quaedam, & respondebo. Ignorantia, quae inuincibilis dici meretur, ita comparata esse debet, ut eam euitare, non fuerit in potestate nostra (§. 117.). Perfectiones atque voluntas Dei ex operibus in mundo adspectabili, & facultatibus in mundo in adspectabili existentibus cognoscuntur, concludendo a qualitate effectus ad qualitatem causae (§. 44. seq. Th. nat.). Eiusmodi concludendi modus facillimus est, quem omnes ratione instructi ad actum deducere valent, nisi impossibilitas agendi euitabilis iisdem insit (§. 30.). Qui ergo opera, quae in mundo adspectabili, & facultates, quae in mundo inadspectabili existunt, distincte cognoscere potest, & qui ratione instructus est, in ipsius etiam potestate, cognitionem de Dei perfectionibus atque voluntate, positam esse, concedere debemus (§. 53.). Hinc manifestum est, omnes

crea-

creaturas rationales Dei perfectiones atque voluntatem posse cognoscere (§. 27. seqq.), si itaque iisdem competat defectus eiusmodi cognitionis, hunc defectum ignorantiam inuincibilem esse, dici non poterit.

SCH. Ex propria ergo nostra salute omnium, quae Deo debemus, officiorum fundamenta deduximus. Sed quo euentu, iudicabunt lectores. Lubenter quidem ea ex iure, quod Deo in creaturas competit, deriuassem, nisi defectus principiorum, quae, quia ordo postulauit, adhuc non explicauimus, prohibuisset. Fiat id ergo in corollariis conmatibus sequentibus adiiciendis, principio in conmate euoluto permittente.



SECTIO

SECTIO II.

QVAE

IVRISPRVDENTIAM SIMPLICITER
TALEM EXPLICAT.

CAP. I.

DE OFFICIIS ERGA ALIOS IN STATV
SOCIALI ABSOLVTO ABSOLVTIS.

TIT. I.

DE IVRE HVMANITATIS.

§. 299.

Ut alii
statum
tuum
perficiant,
quaeras.

OMnem, quantum in te est, adhibe diligentiam in producendis aliorum conatibus, quibus te statumque tuum perfectiorem reddere conantur. Propriam enim quaeras perfectionem (§. 252.). Et tibi caueas, ne alii occasionem, tuam perfectionem destruendi, arripiant (§. 94.). Quoniam vero ad impossibile etiam hypothetice tale nulla datur obligatio (§. 91.), consequens est, ut quantum in te est, omnem adhibeas diligentiam in producendis aliorum conatibus, quibus te statumque tuum perficere conantur (§. 186.).

§. 300.

Et dici-
gas actio-
nes tuas
in alio-
rum per-
fectio-
nes.

Statum alterius perfecturus, illius perfectionem sibi bonum iudicare debet, (§. 32.), necesse itaque est, ut perfectiones alterius sibi tanquam suas perfectiones repraesentet (§. 15.). Ex quo sequitur, nostram esse obligationem, ut actiones nostras in aliorum etiam perfectiones dirigamus (§. 299.).

§. 301.

§. 301.

Quicquid perficere volumus, id amamus (§. 253.). *Ad amorem ergo erga alios non obligati solum sumus, sed & eo dispicere debemus, ut alii nos ament* (§. 299. 300.).

E. ama
alios de
quacere
aliorum
amorem.

COR. I. Amoris oppositum odium dicitur. Qui igitur alterum odit, in eo est conatus, statum ipsius imperfectiorem reddendi. Ergo nec alios prosequere odio, nec affer caussam, ut alii te odio prosequantur (§. 299. sq.).

COR. II. Per propriam itaque nostram salutem ad amorem erga alios obligati sumus (§. cit. cit.). Ex quo sequitur aequitas praecepti: *ama proximum tuum sicut te ipsum* (a).

SCH. Abunde ex dictis simul intelligimus, fieri posse, ut cogitationes THOMASII (b), omnia officiorum genera sub honesti decori & iusti titulis comprehendentis, ex studio propriam felicitatem promovendi deriventur, vocavit nimirum praecepta decori: quod vis, ut alii sibi faciant, tu tibi facias, honesti: quod vis ut alii tibi faciant, tu ipsis facies, & iusti: quod tibi non vis feri, alteri ne feceris.

(a) Ico IX. 18. Matth. XXII. 37.

(b) Fundament. I. N. I. §. 23. p. 107. sqq.

§. 302.

Alios amare debes, quo te perficiant (§. 300. 301.). Quum vero eiusmodi conatus ex amore erga se ipsum oriatur (§. 253.), consequens est, ut amor sui causa amoris erga alios esse debeat. Quamobrem, cum causa prior sit effectu, amorem a se ipso incipere, necesse est.

Sed amor
a se ipso
incipiat.

§. 203.

Qui se non amat, statum non perficit, qui vero alios amare negligit, affert occasionem, ut etiam alii perfectionem ipsius promovere omit.

Conse-
quentes
incolli-
one praec-
ferendus

amori
erga
alios.

omittant (§. 301. 253.), prius igitur malum certius est posteriori. Hinc si oriatur collisio inter amorem sui & erga alios, necesse erit, vt ea instituaturs exceptio, qua amor sui amori erga alios præfertur (§. 265. Cor. 2. prop. 3. Sch.).

COR. I. Amor incipiat a se ipso (§. 302.). Leges ergo naturales postulant, vt primo de amore sui, & & deinde de aliorum erga nos amore solliciti simus: Ex quo patet, principium hoc in commate demonstratum etiam ex Cor. 2. §. 93. deduci posse.

COR. II. Actio Legibus conformanda dicitur officium (§. 148.), quod ideo est actio, ad quam producendam obligati sumus (§. 98.). Hinc, quia principia, ex quibus propositio hoc in commate deducta, generalia sunt, abunde sequitur, obligationem nostram requirere, vt, si inter officia erga nos & erga alios oriatur collisio, illa his præferre debeamus (§. 301. 253.).

SCH. Hinc *SENECA* dixit *dabo egenti, sed ne ipse egeam.*

§. 304.

Sed tantummodo, si collisio est inter officia quae idem obiectum spectant.

Qui alterum amat, alterius infelicitatem sibi tanquam suam repraesentare, natura amoris immediate docet. Quum igitur, ut alios amemus; per propriam nostram salutem obligati simus (§. 301. Cor. 2.), naturalis etiam nostra obligatio requirit, vt aliorum infelicitatem nostram infelicitatem iudicemus (§. 94.). His præmissis ponamus, officia erga nos ipsos & erga alios ita esse in collisione, vt ex horum omissione maior oriatur infelicitas, quam ex illorum neglectu, his sub circumstantiis officia erga alios officii erga nos ipsos præferenda, Cor. 2. §. 93. abunde docet.

COR. Principium ergo §. 303. probatum, ea tantummodo spectare officia, quae circa eadem versantur obiecta, ex dictis facile colligitur. vid. Cor. 2. §. 301.

§. 305.

§. 305.

Qui nos amat, nobis *amicus*, & qui nos odit, *inimicus* dicitur.

Quid amicus & inimicus.

COR. Amicus nos amat. Qui nos amat, nos statumque nostrum perficendi procliuatatem habet (§. 301.). Amicitia ergo non semper ex actibus externis, sed saepissime ex internis concipitur. Si ea mutemus, quae natura obiecti mutari iubet, simul, quae de odio dicenda, intelligemus.

§. 306.

Obligati sumus, 1.) ut de aliorum erga nos amicitia solliciti simus, 2.) ut aliorum deuitemus inimicitiam (§. 301.). Et 3.) ut omnibus nos ostendamus amicos, nulli vero inimicum (§. cit. & 305.).

Omnibus te ostende amicum & omnium quere amicitiam.

COR. Ex quo simul sequitur, nos obligatos esse, ut nobis acquiramus conatum omnes omniumque statum perficendi. Et hac ex ratione amicitia dicitur interna, quae externa, ex externis actionibus cognoscendae, contradistinguitur.

§. 307.

Quum porro nostrae obligationis, qua aliorum amicitiam quaerere debemus, ea sit conditio, ut nostram simul producat felicitatem (§. 301.), eademque ex ratione etiam aliis testimonia amicitiae exhibere debeamus (§. 300. & Cor. §. 306.), manifestum erit, procliuatatem ad externa amicitiae testimonia exhibenda, legibus repugnare, si eiusmodi actionibus nostra destruat perfectio (§. 147. & 103. Cor.).

Et si fieri potest etiam externam.

COR. I. Ponamus vero, aliquem his sub circumstantiis simul amicitiam internam deposuisse, cum aliam fecisse exceptionem, quam circumstantiae requirunt, facile colligi poterit. Mala ergo, quae euitare potuit, produxit (§. 53.); ergo & haec actio moraliter mala

L

mala (§. 54.), ideoque ad mala confectaria imputabilis est (§. 217. 199.). Si hanc actionem ad versutiam §. 181. expositam referre velis, non habeo, quod opponam, nisi versutiae definitionem aliqua ratione esse extendendam.

COR. II. Ergo & his sub circumstantiis ad internam erga alios amicitiam obligati sumus (§. 93.).

SCH. I. Hinc oritur proverbium *legem naturalem comprehendens: der Saobe Feind, und der Person Freund.*

SCH. II. Si vero quaeras casus hoc in commate evoluti possibilitatem, eam §. 303. primo intuitu inuenies. Interim velim ut reflectas, ad tristitia Francisci Augusti Thvani fata, cuius mortem praeterlapso saeculo, quam sibi, quia Henrici Desjati amici dilectissimi conspirationem tacuit, conciliauit, Poeta decantavit:

Morte pari periere duo, sed disparè causa,
Fit reus ille loquens, fit reus iste tacens.

Morte pari periere duo. Sed perdidit illum
Fracta fides: Alium perdidit aëta fides.

§. 308.

Quid
emollire
inimicum.

Emollire inimicum idem est, ac efficere, vt maior gradus odii, quo nos prosequitur, abeat in gradum minorem.

COR. Quo maior est odii gradus, quo inimicus nos prosequitur, eo maior est ipsius conatus, nos statumque nostrum infelicem reddendi (Cor. 1. §. 301.), emollire igitur inimicum idem est, ac efficere, vt maior gradus conatus, nos statumque nostrum infelicem reddendi, abeat in gradum minorem.

§. 309.

Emolliamus inimicum.

Ad emolliendam inimicum obligamur. Malum minus malo maiori semper praefendum est (§. 93. Cor. 2.), quod cum ita sit, ponamus inimicum A, cuius conatus, nos statumque nostrum infelicem reddendi, maior sit conatu

natu inimici B, fieri etiam poterit, vt maiora mala ab illo, quam ab hoc expectemus. Ex quo abunde sequitur, vt ad inimicum emolliendum obligati simus (§. 308. Cor.) (a).

COR. Ergo & omnem adhibeamus diligentiam in acquirenda inimicorum amicitia (vid. §. 305.).

(a) Huc Gallorum spectat prouerbium: *Il faut regagner son ennemi.*

§. 310.

Efficere, vt alter vsu virium nostrarum suum possit consequi propositum, idem est, ac Quid ali-
quem
iuuare.
eum iuuare.

§. 311.

Ponamus, alterum hocce proposito felicitatem suam velle conseruare atque amplificare, consequens erit, vt alterum iuuando felicitatem ipsius promoueamus (§. 310.). Ideoque, vt eiusmodi, quod praestamus auxilium, inter amicitiae specimina referre debeamus (§. 305. 304.). Quamobrem, cum, vt omnibus nos amicos ostendamus, obligati simus (§. 306.), *obligamur, alios de felicitate sua conseruanda & amplificanda studiosas, iuuare (§. 94.).*

Iuuat alios, qui felicitatem suam conseruare & amplificare volunt.

COR. I. Quoniam vero impossibile nulla est obligatio (§. 91.), auxilium etiam alteri ferendum, tam in se, quam hypothetice possibile (Cor. §. 91.), ideoque in potestate nostra esse debet.

COR. II. In possibilitate hypothetica possibilitas moralis includitur (Cor. §. 150.), moraliter possibile est, quod legi non repugnat (§. 150.). Hinc auxilium alteri ferendum legibus, ideoque expletioni officiorum erga nos (§. 303.) minime repugnare debet (Cor. 1.).

SCH. Haec est ratio prouerbii: *homo homini Deus, quod optime verbis CICERONIS in offic. explicari potest, dicentis: homines hominum causa esse generatus, vt ipsi inter se alius alii prodesse possent.*

Vide interim pluribus KOEHLERI Exercit. I. N.
§. 720. sqq.

§. 313.

Et si
propria
virtute
hanc
conser-
uatiō-
nem &
ampli-
ationem
produce-
re ne-
queunt.

Qui alterum iuuat, illum virium suarum participem facit in consequendo proposito (§. 310.), & praesertim, si obligationem respiciat, in conseruanda & amplificanda felicitate (§. 311.). Dum ergo alterum iuuamus, virium nostrarum vsum, quem in nostram dirigere possemus felicitatem, in felicitatem alterius dirigimus. Iam ponamus, alterum studio proprio sibi felicitatis conseruationem & amplificationem procurare posse, nullam habebimus rationem, ergo & nulla motiua (§. 36.), cur illum virium nostrarum participem facere velimus. Ex quo sequitur, nullam nos habere obligationem, qua eiusmodi hominibus auxilium ferre tenemur (§. 74.).

§. 314.

Inde ori-
tur vni-
tas Per-
sonarum
moralis.

Varia, quatenus connectuntur, constituunt *vnum*. In eo, qui alterum iuuauit, est ratio eius, quod in altero, quem iuuauit, existit (§. 310.). Sunt itaque connexi (§. 30.), atque ideo *vnum* constituunt.

COR. Persona (sumitur terminus metaphyice) cognoscitur ex actu, summam ergo I. N. & G. Doctores habent rationem, cur eum, cui auxilium fertur, & adiutorem vnicam in foro motali repraesentare personam, affirmant.

§. 315.

Quid be-
neuolen-
tia, bene-
ficentia
& bene-
factor.

Procliuitas mentis ad alios perficiendos dicitur *beneuolentia*, & actus, quo alios perficimus; *beneficentiae* accepit nomen (*a*). Qui tandem benefacit, *benefactor* audit.

COR.

COR. Fons igitur benevolentiae, amicitia interna, & beneficentiae amicitia externa est (§. 306. Cor.).

SCH. Distinguunt quidem nonnulli (b) benevolentiam ab officiositate, illam promptitudinem alteri bona praestandi sine spe restitutionis, hanc promptitudinem alteri bona praestandi cum obligatione restitutionis interpretantes. Sed, has ex idea benevolentiae atque beneficentiae generatim explicata tanquam species deduci posse, mihi videtur.

(a) vid. **BURNATHVM** in Diff. Ethic. Lib. 4. c. 19. p. 1582.

(b) conf. Ill. **HEINECCIUM** in I. N. & G. Lib. 1. §. 222.

§. 316.

Quum per naturam obligati simus, ut de aliorum erga nos amicitia simus solliciti, & aliorum deute minus inimicitiam, porro, omnibus nos ostendamus amicos, nulli vero inimicos (§. 306. 307.), consequens est, eandem postulare, ut omnium nobis acquiramus benevolentiam atque beneficentiam, omnibusque nos benevolos atque beneficos ostendamus (§. 315. & Cor.).

Esto benevolus atque beneficus.

COR. Ponamus, fieri non posse, ut beneficentiam exerceamus. Haec impossibilitas, licet ab obligatione ad beneficentiam eadem liberemur (§. 91.), obligationem tamen ad benevolentiam minime destruet (§. 307. & Cor. §. 315.).

§. 317.

Si alteri velis succurrere, & ille tibi resistat, ut viribus tuis salua tua felicitate, seu salua lege, renisum eius superare possis, conatum tuum continua atque eum iuua (§. 316. 311.).

Etiamsi alter insufficienter resistat.

COR. I. Si vero salua tua salute vires resistentes non possis superare, etiam non eris obligatus, ut illi dextram

tram porrigas (§. 311. Cor. 1. §. 303.). Hue spectat brocardicum: *beneficia nemini obtruduntur.*

COR. II. Qui alterum ita, ut leges præcipiunt, iuvat, ea illi offert, quæ ad ipsius felicitatem aliquid conferunt (§. 311. & Cor.). Quicquid ad felicitatem nostram aliquid confert, id libenter accipere debemus (§. 47. 93.), si ergo alter dicta ratione dextram nobis vult porrigere, ut eam libenter accipiamus, obligati sumus.

§ CH. *Ex his, grati animi amorisque naturam considerans, verba a SENECA (a) prolata intelligere poterit, qui libenter accepit, reddidit.*

(a) L. 2. de benef. c. 30.

§. 318.

Gratum
benefactori
exhibe animus.

Benefactor nobis beneficia exhibet (§. 290.). In benefactore ergo est ratio, cur media existant, quorum usu nos felices reddere possumus (§. 146. seq.). Naturale itaque est, ut amor erga benefactorem oriatur (§. 253.) hic dum dicitur gratus animus (§. 290.), per naturam etiam obligati sumus, ut gratum benefactori exhibeamus animum (§. 93. Cor. 3.).

COR. I. Alios amare, per propriam nostram salutem obligamur (§. 301.), & ad amorem erga benefactorem simul obligamur per beneficia ab illo nobis illata (§. 318.), hæc itaque nostra obligatio illa maior est (§. 84.).

COR. II. Et dum simul amor erga benefactorem ex natura nostra necessario fluit (§. 318.), manifestum est, veras esse sententias, Ciceronis (a): hæc (sc. gratiarum actio) est una virtus non solum maxima, sed etiam mater virtutum omnium reliquarum, & SENECAE (b). *Quis non detestetur ingratum hominem? Ingratus enim omnia nequitiae semina habet.*

§ CH. Porro velim, ut reflectas ad verba SENECAE (c): *ingratus est, qui, se beneficium accepisse, negat, ingratus est, qui dissimulat, ingratus est, qui reddit, ingratus est, qui...*

issimus omnium, qui obliuiscitur. Quae omnes in-
grati animi species breuissimis definiunt.

(a) pro Plane.

(b) L. IV. de benef. c. 16.

(c) ibid. c. 1. & 27.

§. 319.

Externa quadam coactione effici non potest, ut aliquem amemus. Ea enim est amoris conditio, ut non nisi mediante iudicio quodam oriri possit (§. 253. & 300.). Quare, cum externa quadam coactione effici non possio, ut de re quadam ita & non aliter iudicemus (§. 42.), fieri etiam non poterit, ut externa quadam coactio amorem efficiat.

Nemo ad aliquid amandam cogi potest.

§. 320.

Amor extorqueri nequit (§. 319.), officia, quorum fons amor est, amoris, dicuntur. Officia ergo amoris extorqueri nequeunt.

Es nec officia amoris praestanda.

COR. I. Officium est actio legibus conformanda (§. 148.). Leges ergo, quae amoris officia praescribunt, sunt leges humanitatis seu imperfectae (§. 153. 159.), ad forum itaque infernum eiusmodi leges pertinere, sequitur (§. 159.).

COR. II. Obligationem vero ad officia amoris praestanda esse imperfectam, ex §. 153. & 319. sq. facile deduci potest.

§. 321.

Propositiones ergo,

Actiones tuas dirige in aliorum perfectiones (§. 300.).

Omnibus te ostende amicum (§. 306.).

Alios iuua (§. 311.).

Omnibus te beneuolum atque beneficium ostende (§. 316.).

Gratum benefactori exhibe animum
(§. 318.).

sunt leges (§. 98.), ad quas obseruandas nemo externe cogi potest (§. 319. & dem), ideoque leges imperfectas constituunt (§. 320. Cor. 1.).

SCH. Dicatur in praelectionibus de dissertatione
BOECLERI de actione ingrati.

TIT. II.

DE IVRE NECESSITATIS.

§. 322.

Quid laesio
eaque
externa
& interna.

Actio, officiis erga alios repugnans, *laesio* dicitur. Laesio ergo generatim sumpta est actio legibus, quae officia erga alios praescribunt, contraria (§. 148.). Quare, cum leges illae sint vel perfectae vel imperfectae (§. 159.), duplicem laesionis speciem ponere debemus, *externam*, quae priorum, & *internam*, quae est posteriorum legum violatio.

COR. Sequitur inde, 1.) laesionem internam esse violationem officiorum amoris (§. 320. Cor. 1.). 2) A laesione interna ad laesionem externam non valere consequentiam (§. 167.). In sequentibus in laesionis externae naturam inquiramus.

SCH. Laesionem externam, quia est laesio stricte sic dicta, κατ' ἐξοχὴν vocabimus laesionem.

§. 323.

Nemo laeden-
dus est.

Neminem laedamus. Qui alterum laedit, leges perfectas violat (§. 322.) ideoque se infelicem reddit, (§. 147.). Sed, ut felicitatem nostram promoueamus, obligati sumus (§. 253.), ergo & neminem laedamus.

§. 324.

§. 324.

Qui nos turbat in possessione atque usu eorum, quae ad rō nostrum pertinent, illum, si non ex amore ab eiusmodi agendi modo velit abstinere, ut officiis suis satisfaciat, externe cogere, obligati sumus. Qui nos turbat in possessione atque usu eorum, quae ad rō nostrum pertinent, ille nos infelices reddit (§. 277.). Quum vero obligatio nostra requirat, ut omnem infelicitatem auertamus (§. 253.), obligati etiam sumus, ut media adhibeamus sufficientia, quibus eiusmodi incommoda auertere possumus (§. 94. Cor.), atque ideo ut turbatorem ad officia sua exequenda cogamus. Coactio illa est vel interna vel externa (§. 42. & Sch. ad §. 43.). Si itaque interna non sufficiat, obligati etiam sumus, ut coactionem externam adhibeamus.

Ad quod alterum externe cogere possumus.

§. 325.

Omnis laesio (sc. stricte sic dicta per Sch. ad §. 322.) est actio, qua quis alterum in usu atque possessione rō suum turbat. Qui nos laedit, illum ad officia sua exequenda cogere possumus (§. 322. & §. 159.), qui officia, quae nobis debet, violat, ille nos vel infelices reddit, vel perfectiores reddere omittit (§. 300.). Ideoque vel officium amoris negligit (§. 320.), vel nos in usu atque possessione eorum, quae ad rō nostrum pertinent, turbat, (§. 277.). Quare, cum illius generis officia extorqueri nequeant, (§. 320.), consequens est, ut omnis laesio sit actio, qua quis alterum in usu atque possessione eorum, quae ad rō suum pertinent, turbat.

Qui alterum laedit, is turbat alterum in possessione eorum, quae ad rō suum pertinent.

has ex ratione manifestum est, our actio qua quis alterum turbat. Senti u garea COR. libri lurois vocata sit, et simul ex si ooz sequitur, solam hanc actionem esse laesione.

COR. I. Quoniam igitur nemo laedendus (§. 323.), sequitur, ut $\tau\delta$ suum cuique tribuere debeamus. Et ita incidimus in leges, ab Imperatore in I. C. primum positas (a): *Neminem laede, & suum cuique tribue.*

COR. II. Sunt ergo propositiones, *Neminem laede, & suum cuique tribue*, leges (§. 323. 198.), & quidem perfectae (§. 159.). Ex quibus manifestum est, obligationem nostram perfectam, ultra custodiam $\tau\delta$ suum cuique, non esse extendendam (§. 325. 322. 153.).

(a) L. §. 3. de Iust. & Iur. coll. L. 10. §. 1. ff. h. t.

§. 326.

Quid officia necessitatis.

Actio legibus conformanda est officium (§. 148.), & quidem, quatenus a legibus perfectis praescribitur, *necessitatis*. Terminos itaque officiorum necessitatis §. 325. & Cor. 2. cit. §. abunde determinat.

§. 327.

Quid sum conatum & acquisitionem.

Ea, quae ad $\tau\delta$ nostrum pertinent, vel per naturam, vel per facta talia sunt. Priori respectu constituunt $\tau\alpha$ *nostrum conatum*, posteriori vero $\tau\delta$ *nostrum acquisitionem*.

COR. Ad $\tau\delta$ *nostrum conatum* referas vitam, animam, corpus, membra, sanitatem & tandem iura nostra naturalia, absoluta nimirum (§. 278.); ad $\tau\delta$ *nostrum acquisitionem* vero habilitatem corporis, perfectionem animae, tam quoad partem cognoscitivam, quam quoad partem appetitivam, honorem seu famam, facultates externas vid. §. 270. sq. &c.

§. 328.

Leges perfectae speciales.

Ex hucusque evolutis principiis multa deduci possent commata, varias, quae forum externum spectant, exponentia leges. Ne vero ambages fiant molestae, praecipuas hoc in commate explicabimus.

I. Non occidas.

S&H.

SCH. Dicatur in praedictionibus de differentia homicidii ab hominis occisione, quam L. N. & G. Doctores in simplicem & qualificatam, seu in indeliberatam & delibera. au. distinguunt. Posteriorem quatuor modis committi posse, manifestum est, ex proposito scilicet, ex insidiis, proditorie & per assassinos, quibus haud dissimiles esse videntur hodierni Banditae in Italia, Reflectas ad §. 205. seqq.

II. Alium non inducas in errorem, praecipue quoad cognitionem boni & mali (§. 258. seqq.).

III. Non corrumpas aliorum mores.

IV. Non mutiles membra corporis alterius.

V. Non fugilles alteros quoad famam & estimationem.

COR. Ergo & defloratio virginitatis, violenta scilicet, est laesio.

VI. Non auferas aliis facultates externas.

COR. I. Ablatio rei alienae, inscio atque innito Domino, lucri faciendi causa dicitur *furtum*; & ablatio rei alienae inuito Domino lucri faciendi causa *rapinae* acceptit nomen. Ergo tam furtum quam rapina iuri perfecto repugnat. Hinc etiam Imperator prohibet (a) locupletationem cum damno alieno.

(a) l. 206. d. R. I.

COR. H. Rapinam maiorem habere ~~maioritatis~~ gradum, quam furtum, ex §. 173. colligitur.

VII. Nec violes iura alterius.

§. 329

Qui impedit, quo minus alter ius suum possit exercere, alterum laedit. Qui impedit, quo minus alter ius suum possit exercere, causa est, ut alter obligationi suae non satisfaciat (§. 151.), turbat itaque alterum in usu eorum quae ad eo suum pertinent (§. 278.): Atque ideo alterum laedit (§. 325.).

Vt alter ius suum exerceat non prohibetur.

COR.

COR. Permittas igitur, vt alter ius suum possit exercere (§. 323.).

§. 330.

Quid
damnum.

Malum ortum ex laesione (scilicet externa) vocatur *damnum*, (ab aliis iniuria). Quod vel vt *mediatum*, vel vt *immediatum* spectari potest. Mala enim ex damno consecraria inter *damna* merito referuntur.

COR. I. *Damnum* ergo est malum ortum ex violatione $\tau\bar{x}$ suum cuique, & malum ortum ex violatione $\tau\bar{x}$ suum cuique est *damnum* (§. 325. & Cor.).

COR. II. Quicquid non ex custodia $\tau\bar{x}$ suum cuique concipitur, ad officia necessitatis minime referri potest (§. 325. Cor. 2.). Quum igitur violatio officii amoris non sit violatio officii necessitatis (§. 320.), sequitur, vt mala ex violatione officiosum amoris orta non sint *damna* (Cor. 1.).

SCH. I. Hinc I. N. & G. Doctores: *Damnum* a demendo dictum esse profitentur, cum quis minus habet suo, siue illud suum ipsi competat ex mera natura, vt est *vita, corpus, membra, pudicitia, fama*, siue ex facto & instituto humano, veluti *dominio, siue ex Lege*. vid. GROT. de Iur. B. ac P. Lib. II. c. 17. §. 2. n. 1. & KOEHLER I. N. §. 769. sqq.

SCH. II. *Damnum laesionis consecrarium est. Consecraria saepe pro causa substituuntur. Quare QVNDLINGIUS* (a) aliique, *laedere, damnum in rebus nostris dare, interpretati sunt.*

(a) I. N. & G. Cap. VIII. §. 1.

§. 331.

Nemini
damna
inferenda
sunt.

Nemini damnum dare debemus. Nemo est laedendus (§. 323.), ergo nec mala, quae ex laesione oriuntur, alicui inferre (§. 94.), ideoque nec *damnum dare debemus* (§. 330.).

§. 332.

Quid
damni

Reparare damnum, seu alicui damnum praestare

stare idem est, ac efficere, vt malum ex laesione ortum cesset. Si hoc fit redditione rei ablatae, vocatur *restituere*, si vero aequipollentis exhibitione, *satisfacere* appellatur. reparatio.

COR. Facta itaque damni reparatione, malum ex violatione r̄a suum cuique ortum cesset (§. 325.), ideoque vel id quod ereptum, vel eius valor seu aequipollens redditum est.

§. 333.

Damnum alteri praestare debet ille, a quo illatum est. Omnem enim evitare debemus actionem, qua alteri damnum inferri potest (§. 331.). Qui vero est causa, cur alter in vsu atque possessione eorum, quae ad r̄o suum pertinent, turbetur, ille infert alteri damnum (§. 330. Cor. 1.). Ergo & efficere debemus, ne eiusmodi simus causa. Talis vero causa est, qui damnum illi, cui idem intulit, non praestat (§. 332. vide §. 116. Cor. 1. Ont.). Ergo & alteri praestare debet damnum ille, a quo illatum est Reparare debet laedens damnatum.

COR. Ponamus mala, quorum existentiae ratio continetur in bruto, vel in homine intellectus atque rationis vsu destituito. Ponamus, mala illa orta esse ex violatione eorum, quae ad r̄o nostrum pertinent, illa merito ad damna referri posse, ex Cor. 1. §. 330. facile colligitur (Huc referas Romanorum pauperiem). Ideoque etiam illi, cui eiusmodi damnus est illatum, competit ius, vt huius reparationem quaerat (§. 276. vid. §. 253.), licet nec brutum, nec homo intellectus & rationis vsu destitutus hanc ad reparationem moraliter obligari possit (§. 88.).

§. 334.

Illi, cui damnum illatum est, competit ius turbatorem ad damnum illud praestandum cogendi. Ad quod obligati sumus, ad idem etiam Quod laesus iure suo ab laedente

postulare
potest.

iam habemus ius (§. 152.), ergo & habemus ius illum, qui nos in possessione eorum, quae ad rō nostrum pertinent, turbat, ad ea praestanda, quae per naturam praestare debet, cogendi (§. 324.), quoniam igitur damnum illi, cui idem intulit, praestare debet (§. 333.), illi etiam, cui datum illatum est, competit ius, turbatorem ad damnum illatum praestandum cogendi. vid. §. 330. 325.

SCH. Dicatur in praelectionibus de iure, quod laeso competit in laedentem in infinitum, & de amnestia.

§. 335.

Laedens
laeso re-
stituat
damnum.

Laeso competit ius cogendi laedentem, ad rem ablatam, si fieri potest, restituendam. Quicquid laedens laeso abstulit, pertinet ad rō suum laesi (§. 325.), id ergo salua sua obligatione ad suam dirigere potest felicitatem (§. 237.). Quoniam porro laesus habet ius, laedentem ad damnum, quod intulit, praestandum cogendi (§. 334.), sequitur, vt laetus, salua sua obligatione id, quod ablatum, postulare possit (§. 94.), atque ideo vt habeat ius cogendi laedentem ad rem ablatam, si fieri potest, restituendam (§. 332.).

COR. I. Ex his facile intelligimus, satisfactionem tantummodo reparationis subleuatorem esse (§. 332.).

Quo ex fundamento *damna etiam reparabilia* vocantur, si non restitui possunt.

COR. II. Sequuntur ergo ex propositione §. 333. demonstrata hae leges perfectae (§. 325. Cor. 2.): *Damna reparabilia restituenda sunt; de irreparabilibus vero satisfaciendum est laeso.*

SCH. *Hacc ad reparationem virginitatis violenter ablatae accommodari possunt.*

§. 336.

§. 336.

Qui iure suo utitur, nemini facit iniuriam, seu neminem laedit. Qui iure suo utitur, obligationem suam minime violat, (§. 152.), ideoque neminem turbat in possessione atque usu eorum, quae ad rō suum pertinent, (§. 323. seqq.). Ergo & neminem laedit (§. 325.).

COR. I. Si quis ergo turbatorem cogat ad damnum, quod intulit, praestandum (§. 334.) & ad damnum reparabile restituendum (§. 335. & Cor.), eiusmodi agendi modus inter laesiones seu turbationes minime referri poterit.

COR. II. Ergo nec mala, quae hac ex coactione oriuntur, damna seu iniuriae vocari possunt (§. 330.).

§. 337.

His praemissis, ponamus, Titium certa sub conditione, ad quam alteri e. g. Caio competit ius, aliquid habere. Ponamus porro, Caium per iuris sui usum eiusmodi conditionem destruxisse, consequens erit, ut malum inde ortum inter mala ex laesione orta (§. 336), ideoque inter damna minime possit referri (§. 330.). Eiusmodi malum a GROTIUS (u) *damnum, quod in consequentiam venit*, dicitur. A damno ergo, quod in consequentiam venit, & quod improprie est damnum, damnū proprie sumtum, & quod GROTIUS *damnum directe datum* appellavit, distinguere debemus.

Quid damnum in consequentiam venit & quid damnum directe datum.

SCH. Reflectas ad L. 30. ff. pro socio, ubi Paulus Iurisconsultus damnū non posse inferri, nisi omni lucro deducto, affirmat. *Lucrum enim est bonum ex iuris nostri usu ortum.*

(u) L. c. lib. II. cap. XXI. §. 10.

§. 338.

§. 338.

Quid da-
mnum
dolosum,
culposum
& casua-
le.

In malo concipimus quantum, quod vel per agentis conditionem, vel per mali confectaria determinandum (§. 161.). Omne damnum est malum (§. 330.), ergo & damno inesse potest quantitas, vel conditione eius, qui damnum intulit, vel damni confectariis constituta. Intulit vero ille damnum vel moraliter agendo, vel non moraliter agendo. Si hoc, damnum dicitur *casuale*, a *fortuito* distinguendum. Si illud, intulit damnum aut dolose, aut dolose agendo. Si hoc, damnum dicitur *dolosum* ab aliis *directum*, si illud *culposum*, ab aliis *indirectum*.

*damnum fortuitum
si non est dolose
aut dolose
pendit.*

COR. Actio dolosa magis imputanda est, quam actio culposa (§. 217. Cor. 2. p. XVI.); actio vero mala, quae nec culposa nec dolosa est, in foro morali imputari nequit (§. 213. Cor. 2.). Qui ergo damnum dat ex dolo, illi etiam haec actio mala magis imputanda est, quam illi, qui damnum dat ex culpa. Damnum vero casuale ipsius causae moraliter imputari nequit.

§. 339.

Repara-
tio da-
mni non
semper
est impu-
tationis
confe-
quens.

Non omnis damni reparatio cum imputatione connexa est. Quilibet enim, cui damnum datur, obligatus est, ut de reparatione damni sollicitus sit (§. 334.). Cum vero damnum casuale imputari nequeat (Cor. §. 338.), reparationem damni cum imputatione semper esse connexam, affirmari nequit.

SCH. Reflectas ad Cor. §. 333.

§. 340.

Hinc re-
paratio
qualifica-

Hinc distinguimus damni reparationem cum imputatione connexam, ab ea quae sine impu-

imputatione cogitari potest. Illam vocabimus reparationem damni *qualificatam*, hanc vero *nudam*.

COR. Malum, quod alteri ex imputatione datur, poena moralis est (§. 120. 218.), ille ergo, qui alteri damnum dolosum vel culpofum intulit, non praestare solum debet damnum, quod intulit, sed & poenam meretur moralem (§. 338. 339.).

§. 341.

Reparatio damni damno proportionata est, si nec plus nec minus continet, quam requiritur, si malum ex turbatione ortum cessare debet. Reparationem ergo damni damno *semper proportionatam esse debere, ex §. 332. manifestum est.*

Reparatio damni damno proportionata esse debet.

COR. Ante ergo quam de damni reparatione solliciti sumus, necesse est, ut malum inde enatum, tam per se, quam quoad consecutaria (§. 338.), determinemus.

§. 342.

Si de damni reparatione sollicitus plus postulat, quam in damno continetur, ille laedentem laedit. Damni enim reparatio damno semper proportionata esse debet (§. 341.). Qui ergo plus a laedente postulat, quam in damno continetur, ille sine iure laedentem in possessione atque usu eorum, quae ad eum suum laedentis pertinent, turbat (§. 333.), ideoque laedentem laedit (§. 325.).

§. 343.

Fieri potest, ut plures ad damnum alteri inferendum concurrant. Quibus sub determinationibus aut quilibet eorum est determinatae cuiusdam damni illati partis causa, aut

Quomodo damnum reparandum, si a pluribus illatum.

M

cuius-

eiusmodi assignatio fieri nequit. Qua ex ratione dicitur, damnum a pluribus nobis illatum esse vel *per actus diuiduos*, vel *per actus indiuiduos*. Si illud, quilibet eam damni partem, quam intulit, si vero hoc, omnes simul sumti totum, quod intulerunt, damnum praestare debent.

COR. I. Iam ponamus, aliquem eorum, qui per actus indiuiduos nobis damnum intulerunt, eiusmodi damnum nobis non posse praestare, manifestum erit, laesum, quoniam laedentem ad damni reparationem cogere potest (§. 334.), habere ius reliquos, qui damnum praestare possunt, ad eiusmodi damnum praestandum cogendi.

COR. II. Et inde iusta est iurisconsultorum sententia, quod his sub circumstantiis omnes in solidum teneantur (§. 155.). Dum vero cessante causa etiam effectus cessare debet, sequitur, si omnes damnum praestare possunt, cuilibet beneficium diuisionis, quod etiam *beneficium epistolae Hadriani* vocant, competere.

SCH. Haecenus generalia quaedam ius necessitatis spectantia exposuimus. Nunc speciatim iuris defensionis atque belli explanabimus fundamenta, ex quibus in iure gentium, si magis determinantur, per multa iusti principia deduci possunt.

TIT. III.

DE IURE DEFENSIONIS ATQUE BELLII.

§. 344.

Quid
laesio &
damnum
immi-
nens.

SI quis ostendit conatum nos turbandi in possessione atque usu eorum, quae ad rō nostrum pertinent, ille ostendit conatum nos laedendi (§. 325.), quae ex ratione eiusmodi laesio dicitur *imminens*, & mala inde enascenda *damna imminencia* vocantur, subiectum vero, cui ille conatus inexistit, post haec *aggressorē*

Iorem & cui laesiones intentantur, aggressum, ipsum vero actum aggressionem appellabimus.

COR. Quantitas ergo laesionis imminens ex damno, quod imminet, determinanda est (§. 338.).

§. 345.

Si aggressori malum eo animo inferre connitimur, vt laesionem imminens a nobis auertere possimus, nos defendere dicimur. Quid
violenter
defende-
re.

COR. I. Causa ergo defensionis est laesio imminens, & vbi nulla laesio imminet, ibi etiam nulla defensionis causa concipi potest.

COR. II. Laesiones anteuertere idem est, ac laesiones actu non intentatas, quas tamen ad effectum ducere alter molitur, oppositis mediis efficacibus impedire. Anteuersionem itaque a defensione distinguere debemus.

§. 346.

Illi, quem alter aggreditur, competit ius defensionis. Competit enim nobis ius cogendi alterum nos laesurum, ne ab illo laedamur (§. 324. 325.), Ergo & ius alteri nos laesuro mala inferendi eo animo, vt laesionem a nobis auertere possimus (§. 42. 46. 47. 94.). Atque ideo nobis, quatenus nos alter aggreditur, competit ius defensionis (§. 345.). Ille,
quem al-
ter ag-
greditur,
se defen-
dere potest.

COR. I. Laesio ergo imminens est iusta defensionis, scilicet violentae, causa (§. 345. Cor. 155.), & quoniam defensio est coactio (§. 344.), nulla etiam alia iusta defensionis causa esse potest, quam laesio imminens (§. 325. Cor. 2.).

COR. II. Laesio imminens est vel certa, vel probabilis. Conclusio probabilis quoad facta deducitur ex convenientia maximarum circumstantiarum vide *Purae Logices*. Si ergo circumstantiae ita comparatae sunt, vt ex illis conatum alterius nos laedendi colligere possimus, nobis etiam ius defensionis competit (Cor. 1.). Ius ergo defensionis locum habet contra alterum, in quo omnimodum indagacionem & usum remedio-

rum, quibus malignum propositum ad actum perducere connititur, curam remouendi obstacula, expectationem occasionis nos laedendi, & eius excitandae sollicitudinem. vid. KOEHLERVM l. c. 1113, sq.

COR. III. Qui se iuste defendit, iure suo utitur (§. 346.), ideoque neminem laedit atque turbat (§. 336.) ergo nec mala inde orta sunt damna (§. 330.). Ex quo manifestum est, defensorem sui ad damnum praestandum non teneri.

COR. IV. Ponamus vero defensorem sui tertio mala intulisse, eiusmodi damna inter mala ex laesione orta (§. 325.), ideoque inter damna (§. 330.), quorum causa est aggressor (§. 344. & §. 178.), merito referuntur. Ex quo abunde sequitur, necesse esse, ut aggressor eiusmodi damna praestet (§. 333.), & ut a tertio illo laeso ad eadem praestanda cogi possit (§. 334.) (a).

COR. V. Qui nos impedit, quo minus iure nostro defensionis uti possimus, nos laedit seu turbat (§. 329.), ideoque mala, hoc ex impedimento enata, sunt damna (§. 339.); ergo ab illo, qui nos impediuit, praestari debent (§. 333.).

SCH. (a) Quo usus huius doctrinae perspicui possit, notetur quaestio: si tertius in re commodata damnum dederit, iniure commodatario, vtrum commodatarius hoc reparare debeat, nec ne?

§. 347.

E. &
huic
competit
ius praue-
uentionis.

Illi, quem alter aggreditur, competit ius defensionis (§. 346.), qui alterum aggreditur, habet conatum illi mala inferendi (§. 344.), illi ergo, quem alter aggreditur, competit ius aggressioni ante mala inferendi, quam aggressor conatum suum ad actum deducere possit (§. cit.) hoc dum dicitur ius praueuentionis, ex iure defensionis ius praueuentionis concipitur.

SCH. Huc spectat Iurisconsulti Cuii sententia (a), quod

quod aduersus periculum naturalis ratio permittat se defendere.

(a) L. 4. ff. ad leg. Aquil.

§. 348.

Qui, non nisi remedio proportionato, vt ita dicam, se defendit, *defensionem ultra terminos defensionis non porrigere* dicitur. Remedia proportionata sunt, quae ad scopum obtinendum sufficiunt. Defensionem ergo non ultra eiusdem terminos porrigit, qui aggressori non maiora infert mala, quam sufficiunt, vt mala imminetia a se possit auertere (§. 346.).

Quid defensionis terminos obseruare.

§. 349.

Defensor sui defensionem ultra eiusdem terminos non debet porrigere. Qui enim defensionem ultra eiusdem terminos porrigit, aggressori mala infert, quae ad mala imminetia a se auertenda non sunt necessaria (§. 348.), deest ergo iusta defensionis causa (Cor. I. §. 346.), necesse itaque est, vt defensionem non ultra defensionis terminos porrigat. (§. 343.).

Ad quod defensor sui tenetur.

COR. I. Defensor ergo sui interne aggressoris amicus esse debet (Cor. I. §. 307.), idem etiam prudentiae regulae suadent. Conferantur, quae §. 307. seq. explicauimus.

COR. II. Ex quibus facile colligitur, quantitatem remediorum, quibus defensor uti potest, ex periculo, cui defensor obnoxium se sentit, determinandam esse.

§. 350.

Si quis ab altero ex improviso exponatur periculo, facillime fieri poterit, vt grauioribus affectibus corripiatur (§. 24.), quo

Quando terminorum defensionis

M 3.

cau

trans-
gressio
aggresso-
ri vel
defensori
impu-
tanda.

casu aggressus ab aggressore coniicitur in sta-
tum, in quo ad terminos defensionis diiudi-
candos & obseruandos attentus esse non pot-
est (§. 22. seqq.). Si ergo defensor hisce
sub conditionibus limites excederet, illud
non defensori, sed potius aggressori im-
putari poterit (§. 213. 219.), si vero termi-
norum defensionis transgressio ad voluntatem
defensoris referri potest, defensori etiam eius-
modi transgressio imputari debet (§. cit. cit.).
Reflectas ad §. 209. seq.

§. 351.

Quando
defensor
sic ag-
gressor.

*Si terminorum defensionis transgressio ad de-
fensoris voluntatem referri potest, defensor
in aggressorem degenerat.* Si terminorum de-
fensionis transgressio referri potest ad defen-
soris voluntatem, defensori sui inest conatus
alteri maiora inferendi mala, quam quae ad
mala imminuentia a se auertenda necessaria sunt
(§. 349. 33.). Inest itaque eiusmodi defen-
sori conatus alteri sine iusta causa mala infe-
rendi (§. 349.). Ex quo sequitur, vt habeat
conatum, alterum in possessione atque viu eq-
rum, quae ad rō suum pertinent, turbandi
(§. 277.), ideoque conatum alterum lae-
dendi (§. 325.). In quo vero est conatus
alterum laedendi, ille etiam aggressor dici
meretur (§. 344.). Defensor ergo sui in ag-
gressorē degenerat, si terminorum defen-
sionis transgressio ad illius voluntatem referri
potest.

COR. Ponamus, defensore sui defensionem ultra
eiusdem terminos velle porrigere, sequens erit, vt le-
ges non velit obseruare (§. 349. 108.), ergo vt dolo-
re agat (§. 165.). Fieri igitur potest, vt defensor sui
in

in aggressorem ex dolo degeneret (§. 351.). Reflectas in huius principii applicatione ad §. 205. lqq.

§. 352.

Defensio corporis & vitae dicitur moderamen inculpatae tutelae. Quid moderamen inculpatae tutelae.

COR. Defensio corporis & vitae est defensio. A genere ad speciem valet consequentia, quae ergo §. 344. lqq. de defensionis iure hactenus euoluta, ad moderamen inculpatae tutelae etiam accommodari possunt.

§. 353.

Defensio iusta est, si defensor sui eandem non ultra terminos defensionis porrigit (§. 349. 345.), ergo & hisce sub determinationibus moderamen inculpatae tutelae summa cum ratione iustum nominatur (§. 352.). Quando iustum dici possit.

COR. His praemissis ponamus, fugam aggressum ex pericula posse eripere, consequens erit, nullam huius sub determinationibus adesse causam iustam, cur aggressus violenter se velit defendere. Eandem vero poni posse, si fieri non potest, ut vitam atque corpus sine defensione conseruet, non iisdem solum ex principiis patebit, sed & §. 302. abunde docebit, eum interne obligatum esse, ut hisce sub determinationibus se defendat.

§CH. *Et his deduci potest responsio ad quaestionem, an homini Christiano (pio) qua tali, cum se apud Deum in statu gratiae constitutum esse videat, incumbat, ut ipse potius percat, quam ut alter, si occidatur, periculum aeternae damnationis incurrat? vid. HENRICI MULLERI Theol. Theologische Erörterung zweyer Fragen 1) ob ein Christ in gewissen Fällen für seinen Nächsten das Leben zu lassen schuldig sey, 2) ob ein Christ, von einem Trunckenbold überfallen, lieber tödten soll, oder sich tödten lassen.*

§. 354.

Nemo externe cogi potest, ut se defendat. Qui iure defensionis non utitur, neminem Ius defensionis non est ius necessitatis.

in possessione atque usu eorum, quae ad 7^o suum pertinent, turbat (§. 339. 325.). Si quis vero neminem turbat, fieri etiam non potest, ut ad hoc vel illud agendum cogatur (§. 324. sq.). Iniustum igitur est, aliquem, ut se defendat, cogere.

§. 355.

Quid remittere ius suum & quid facilitas.

Declarare, se nolle iure suo uti, dicitur *ius suum remittere*, & ea mentis proclivitas, quae ad iuris remissionem tendit, vocatur *facilitas*.

§. 356.

Nemo ad remissionem iuris perfecte obligari potest.

Nemo ad ius suum remittendum perfecte obligatus est. Qui iure suo utitur, neminem turbat (§. 336.). Qui ius suum non remittit, iure suo utitur (§. 355.). Ergo qui ius suum non remittit, neminem turbat. Ex quo porro sequitur, neminem ad ius suum remittendum externe posse cogi (§. 324. seqq.), atque ideo ad idem remittendum non esse perfecte obligatum (§. 153.).

COR. In foro ergo externo remissio iuris defensionis nostro ab arbitrio dependet (§. 159.).

§. 357.

Licet fieri possit, ut imperfectae obligationis.

A negatione obligationis perfectae ad negationem obligationis imperfectae non valet consequentia (§. 167.), fieri ergo potest, ut quis ius suum non remittens sit iustus, licet ille non sequatur aequitatem (§. 155.). Quo in casu vero ex aequitate ius nostrum defensionis remittere debeamus, ex §. 304. facile intelliges.

SCH.

SCH. *Mentio nunc etiam de iure belli iniicienda est, cuius eolutio duplicem, si hodiernum hominum statum spectemus, praestabit usum. In iure enim civili & canonico iustitia actionum, & in iure Gentium iustitia belli solennis, ut dici solet, his ex principis ratiocinando colligitur, quod determinationibus suis infra indicabimus. Hic modo eoluamus belli ideam atque iustitiam, quatenus nimirum in statu naturali consideratur.*

§. 358.

Status hominum, quo conatu efficaci sibi inuicem inferendi mala feruntur, dicitur *Bellum*. Qui alicui mala inferendi conatu efficaci fertur, illum *offendit*. Ergo sequitur, bellum esse statum hominum, quo alter alterum offendit. Belli oppositum est pax. Summa ergo cum ratione statum hominum, quo nemo alium offendit, *pacem* vocamus.

Quid Bellum & pax.

SCH. *Terminus belli a variis vario sumitur significatu. Sunt, qui cum CICERONE (a) omnem certationem per vim bellum vocarunt, quoniam vero hac in interpretatione terminus belli sumitur pro actu, non sine fundamento a GROTIO, (b) bellum statum per vim certantium, interpretante, taxata est. Qui vero per bellum intelligunt statum liberarum gentium, vel hominum in statu naturali viuentium, iuris sui persequendi causa vi doloue concertantium, propositumque concertandi retinentium, mea ex sententia termini significatum restringunt. Quod, quia hac ex theoria actionum civilium iustitia deduci debet, minus conueniens esse videtur.*

(a) de offic. L. 1. c. 11.

(b) de I. B. & P. l. 1. §. 2. n. 1.

§. 359.

Facultas moralis alteri mala inferendi dicitur *ius belli*, & facultas moralis, alteri non inferendi mala, *ius pacis* vocatur, sumuntur hic iura

Quid ius belli & pacis.

iura pro qualitatibus personae, si vero leges significant, *ius belli & pacis* erit, quod legibus naturalibus, quibus negotia belli & pacis attemperare obligamur, constituitur.

SCH. *Priori in significatione de iure belli atque pacis in sequentibus loquuturi sumus.*

§. 360.

Ius belli
supponit
actionis
factum.

Nulla facultas moralis alteri mala inferendi, sine praeuia turbatione, concipitur. Qui enim alteri mala infert, eum ad aliquid agendum vel omittendum cogit (§. 42. 47.). Sed eum, qui nos in possessione atque vlu eorum, quae ad rō nostrum pertinent, non turbat, sine legum violatione ad aliquid faciendum vel omittendum externe cogere non possumus (§. 324. seq.). Ergo & nullam habemus facultatem moralem alteri, sine praeuia turbatione, mala inferendi (§. 150.).

COR. I. *Facultas moralis alteri mala inferendi est ius belli (§. 359.). Manifestum igitur est, sine praeuia turbatione nullum ius belli posse concipi.*

COR. II. *Natura nostra nos obligat, vt nemini mala inferamus (§. 299.). Per naturam itaque nobis ius pacis competit (§. 359.). Quoniam porro ius belli supponit actionem, qua quis alterum turbat (Cor. I.), & quicquid per naturam constituitur, prius ponendum est, quam quod ex facto concipiendum (Cor. I.), consequens est, vt ius pacis prius ponendum sit iure belli.*

COR. III. *Ex quo, cum status hominum naturalis, absolutus scilicet, de quo hic est sermo, per naturam hominis solummodo constituatur, porro sequitur, sententiam eorum, qui cum HOBBSSEO, statum naturalem bellum omnium contra omnes esse, affirmant, falsam esse.*

§. 361.

Bellum legibus perfectis non repugnans, iustum,

Quid
bellum

iustum, & quod legibus perfectis repugnat, ^{iustum &} *iniustum* est (§. 155. 159.). Id, ex quo con- ^{iniustum} cipitur, cur bellum geratur, *causae belli* accepit nomen. *Causa* ergo *belli iusta* est, si, cur bellum geratur, non ex eo, quod legibus perfectis repugnat, concipitur: Si vero contrarium obtineat locum, *causa belli erit iniusta*. Iustum igitur bellum est, quod ex iusta causa, iniustum vero, quod ex causa iniusta geritur.

§. 362.

Turbatio eaque sola est iusta causa belli. Ex ^{Sola belli} sola enim turbatione concipimus, cur salua ^{iusta} obedientia legibus praestanda bellum gerere ^{causa est} possimus (§. 360. 358.), turbatio ergo eaque ^{laesio.} sola iusta belli causa dici meretur (§. 361.).

COR. I. Quae ergo de variis laesionis speciebus in superioribus explicauimus, varias etiam iusti belli causas exhibent.

COR. II. Et simul intelliges, iustum bellum ab iis geri, quibus ius belli competit (Cor. I. §. 360. & 361.).

COR. III. Causa belli, quae non iusta, est iniusta. Causa ergo belli, quae non turbatione quadam constituitur, est iniusta.

COR. IV. Ergo & a iustis belli causis *causas belli suasorias*, quarum fons est repraesentatio commodorum, distinguere debemus.

SCH. In praelectionibus, quae GROTIUS, de I. B. & P. Lib. II. Cap. XXI, de causis belli suasoriis monuit, explicabimus.

§. 363.

Bella, quae non ob praeciam turbationem ^{latrocinium} geruntur, vocantur *latrocinia*.

COR. Latrocinia erga sunt bella iniusta (§. 361. sq.).

SCH.

SCH. Hac ex ratione etiam ALEXANDER, si sine causa cum Persis aliisque gentibus bellum suscepit, referente GROTIUS; (a) SENECAE latro & LVCKNO praedo appellatur. Et pertinet huc AVGVSTINI illud, Remota iniustitia quid sunt regna, nisi magna latrocinia?

(a) L. c. lib. II. cap. I. §. 1. n. 3.

§. 364.

& hostes
quid

Cum quibus bellum gerimus, *hostes*, cum quibus non gerimus bellum, *non-hostes* vocantur. Qui vero ex causa iniusta bellum gerunt, *latrones* dicuntur.

COR. I. In conatu ergo certandi laedendus vel laesus non minus quam aggressor hostis dicendus est.

COR. II. Bellum iniustum non est bellum legibus conueniens (§. 362.), ergo & titulo belli indignum existimatur. Qua ex ratione nonnulli non negarunt solum, latrocinia esse bella, sed & latrones titulo hostis indignos existimarunt.

COR. III. Hostis est, cum quo bellum gerimus. Sed bellum gerere non licet, nisi cum eo, qui nos turbat in possessione eorum, quae ad nos nostrum pertinent (§. 324 & §. 362. Cor. 2.). Hostis itaque dici non potest, qui nobis tribuit, quod nostrum est.

COR. IV. Qui nobis tribuit, quod nostrum est, ille officii necessitatis satisfacit (§. 325. Cor. 2.). Ergo est iustus (§. 155.). Quoniam vero a iustitia ad aequitatem non valet consequentia (§. 167. Cor. 1.), sequitur, ex eo, quod quis non sit hostis, inferri non posse, ut etiam sit amicus (§. 305.), nisi forsitan eum amicum externum velis vocare.

§. 365.

Species
belli.

Si arripimus statum, quo conatu efficaci alteri mala inferendi ducimur, ita ut conatus ille legibus perfectis non repugnet, iustum cum altero gerimus bellum (§. 361. 358.), sed salua obedientia legibus praestanda eiusmodi

modi statum arripere possumus, tam ob laesionem imminentem (Dem. ad §. 346.), quam ob laesionem iam factam (Dem. ad §. 335.), & ultimo respectu, vel quo damnum ex laesione ortum praestetur, vel quo mala laedentis actio possit puniri (§. 339. seq.). Sana ergo ratio tres iusti belli scopos possibiles esse docet, *defensionem* nimirum (§. 345.), *reparationem damni & punitionem*. Primo ex scopo bellum dicitur *defensuum*, ex secundo *reparatiuum*, ex tertio bellum *poenale*, seu ut alii loquuntur, *vindicatiuum* (a).

COR. I. Ea ergo, quae §. 344. sqq. de defensione conclusa, belli defensivi, quae §. 352. sqq. de damni reparatione demonstrata, belli reparatiui, & quae §. 340. Cor. de punitione dicta, belli vindicatiui naturam atque affectiones abunde determinabunt.

COR. II. Quoniam porro damna praestari debent, tam quae ex eo, quod ablatum est, quam quae ex eo, quod retinetur, cum dari debeat, oriuntur, simul patet, duplicem etiam causam, cur reparatiuum bellum geratur, poni posse.

(a) vid. SCHMIDII diff. de bello vindicatiuo.

§. 366.

Dicunt etiam Doctores de bello offensiuo. Huncce vero terminum ambiguum esse, ex eorum scriptis abunde patet, significat enim tam bellum, quod a laedente geritur, quam quod geritur a praeueniente.

Quid bellum offensiuum eiusque iusticia.

COR. I. Bellum, quod geritur a laedente, est bellum iniustum (§. 362. Cor. 3.). Si igitur bellum offensiuum significat bellum, quod a laedente geritur, omne bellum offensiuum iniustum esse, manifestum est.

COR. II. Quoniam vero ius defensionis etiam dat ius praeuentionis (§. 347.) sequitur, bellum offensiuum,

uum, quatenus significat, quod a praenueniente geritur, iuste geri posse ab eo, qui habet ius defensionis.
COR. III. Quomodo tandem bellum defensionium in bellum offensiuum, si terminus priori sumitur significatione, degenerare possit, ex §. 351. facile intelliges.

§. 367.

Pax colenda est quam diu fieri potest.

Pax colenda est, quam diu fieri potest. Neminem laedas (§. 323.), ergo & nemini iustam causam belli dare debes (§. 362.), sed negata causa effectus etiam negari debet. Ergo sequitur, necesse esse, ut bella declines atque adeo pacem, quamdiu fieri potest, colas (§. 358. 94. 91.).

COR. Fieri non potest, ut pacem colamus, si legibus naturalibus repugnat (§. 150.), ergo his sub circumstantiis, ut bellum geramus, obligati sumus (§. 94.). Fieri etiam posse, ut haec obligatio sit interna, ex Cor. ad §. 352. intelliges.

§. 368.

Inimicus facillime hostis fieri potest.

Inimicus semper fit hostis, nisi mediante impedimento quodam ab eiusmodi actione fit refrenatus. Inimicitiae character discretius est odium (§. 305.), odium, nisi impediatur, erumpit in actus externos, ergo & inimicus, nisi impediatur, actionibus externis felicitatem nostram destruit (§. 305. Cor.), ideoque nos laedit (§. 325. 227.). Ergo fit hostis (§. 358. 364.).

§. 369.

E. media in pace semper cogitemus de mediis quibus

Obligati ergo sumus, ut inimicis impedimenta, ne fiant hostes, exhibeamus (§. 368. & 346.). Metum ad eiusmodi impedimenta referri posse, experientia abunde confirmat. Hinc media in pace de mediis, quibus instructi metum

metum incutere possumus inimicis, cogitare debemus (§. 358.). instruendi
metum
incutere
possumus
inimicis.

COR. I. Inimicum in externa laesione impediri, si vires nostras insuperabiles esse cognoscit, experientia satis docet. Si alter nos iuuat, vires nostras reddit maiores (§. 310.). Impediri igitur potest inimicus in laesione externa, si vires nostras, dum alii nobis dant auxilium, insuperabiles fieri, intelligit. Atque ideo noua quadam ratione obligamur, ita agere, vt alii conatum nos iuuandi arripere, ideoque amici nostri fieri possint (Cor. §. 315. 310.).

COR. II. Ponamus, inimicum nostrum sibi acquirere plurimum conatum eum iuuandi, ita vt viribus nostris ipsius vim non possimus superare, deerit impedimentum, cur non fiat hostis (§. 369.), ideoque cur nobis non inferat mala (§. 364.). His itaque sub determinationibus ponitur laesio imminens (§. 344.), atque ideo iusta defensionis causa (Cor. I. §. 346.). Si ergo cum eiusmodi inimico bellum geramus, bellum illud erit defensuum atque iustum (§. 365. 361.).

SCH. His ex principiis responderi potest ad quaestionem: *an Trutina vulgo Bilanx Gentium sit norma belli solennis.*

§. 370.

Finis belli sit pax. Bellum enim ea solum ex ratione iuste geri potest, quo laesio euanescat, vel laesio imminens impediatur (§. 360. seqq.), cessante itaque laesione cessat iusta belli causa (§. 362.). Quare, cum sine iusta causa bellum gerere, legibus naturalibus repugnet (§. 360. seqq.), scopum belli esse, vt bellum finiatur, necesse est. Status a bello vacuus pax dicitur (§. 358.), Finem itaque belli esse pacem, necesse est.

SCH. Quibus ex principiis simul respondere poteris ad quaestionem: *an bellum sit iudicium decisorium.*

CAP.

CAP. II.

DE OFFICIIS ERGA ALIOS IN STATV
SOCIALI ABSOLVTO HYPOTHE-
TICIS.

TIT. I.

DE OFFICIIS CIRCA SERMONEM.

§. 371.

Sermonis
scopus.

Verba sunt cogitationum signa (§. 3. P. 1. Log.). Qui verba exprimit, *loquitur*. Qui ergo loquitur, signa cogitationum exhibet. Ex signis signata concipiuntur (§. 9. seqq. L. c.); qui ergo loquitur, ea exhibet, ex quibus cogitationes ipsius concipiendae.

§. 372.

Quomo-
do sit
dirigen-
das.

Qui loquitur, verba exprimit (§. 371.), ideoque agit, quamobrem, cum actiones nostrae ita dirigendae sint, vt legibus naturalibus non repugnent (§. 93. & 107.), *nostros etiam sermones ita dirigere debemus, ne leges naturales iisdem violentur.*

COR. Ergo sermones nostros in nostram aliorumque perfectionem dirigere debemus (§. 299.) &c.

§. 373.

Quid.
Falsilo-
quium.

Falsiloquium est sermo a mente seu cogitationis nostris alienus.

COR. Quatenus falsiloquium est sermo, ex illo cogitationes nostras alii intelligere possunt (§. 371.), quatenus vero falsiloquio signa a cogitationibus nostris diuersa exhibemus, ex illis cogitationes nostras alii non possunt concipere. Ex falsiloquio igitur non concipimus, quod loquens de re cogitat, sed quod vult, vt de cogitationibus ipsius cognoscere debeamus. Est igitur falsiloquium simulationis species (§. 199.).

§. 374.

§. 374.

Possimus pro circumstantiarum ratione simulatione quadam nostram aliorumque conseruationem promouere. Quando ad debita nostra pertinet at. Iam cum obligati sumus, vt nos aliosque conseruemus (§. 299. seqq.), falsiloquia etiam his sub determinationibus ad debita nostra pertinere, sequitur (Cor. §. 373. & §. 156.).

COR. Quando vero falsiloquia ad licita pertineant, ex §. 156. facile intelliges.

§. 375.

Fieri potest, vt pro circumstantiarum ratione simulatione quadam alios quidem conseruemus, nos vero destruamus. Quando illicitum. Quibus sub determinationibus, cum nostra conseruatio aliorum conseruationi praeferenda sit (§. 303.), falsiloquia illicita erunt (§. 156. & Cor. §. 373.).

COR. I. Ponamus vero, nos falsiloquio quodam aliorum promouere felicitatem, nostramque destruere, in casu, quo officia erga alios officii erga nos praeferenda sunt (§. 304.), consequens erit, vt etiam his sub determinationibus falsiloquia ad debita nostra referamus, & vt illicitum sit, sine falsiloquio loqui (§. 156.).

COR. II. Fieri etiam potest, vt falsiloquiis alios in errorem, etiam quoad cognitionem boni & mali, inducamus. Quoniam vero hoc officii nostris perfectis repugnat (§. 328. Reg. II.), eiusmodi etiam falsiloquium illicitum est atque iniustum (§. 156.) &c.

COR. III. Verbis a cogitatis nostris alienis vtimur etiam, si ex illis audiens cogitata nostra non facile perspicere potest. Sed dum terminis ambiguus, obscuris, impropriis & tandem reseruatione mentali vtimur, audiens cogitata nostra ex illis non facile colligere potest. Ergo & ex §. 374. sq. abunde intelligere possumus, quando vsus terminorum ambiguum, obicuro-
rorum,

N

rorum, impropriorum & reservationis mentalis, illicitus, & quando ad debita nostra referendus.

§. 376.

Quid veracitas.

Proclivitas mentis ad ea loquenda, quae a cogitatis non aliena, *veracitatis* accepit nomen.

COR. Is igitur, qui veracitatem exercet, falsa non loquitur.

§. 377.

Huius exercitium non semper a legibus requiritur.

Falsiloquia quibusdam sub circumstantiis ad debita nostra referuntur (§. 374. seq.), qui ergo veracitatem exercet, hac ex ratione non statim leges naturales observavit. Quando vero exercitium veracitatis ad debita nostra referendum, & quando illicitum sit, ex §. 374 & 375. cum Cor. satis manifestum est.

§. 378.

Quid taciturnitas.

Proclivitas mentis ad celandam veritatem, vocatur *taciturnitas*.

COR. I. Quatenus igitur quis taciturnus, tateus etiam non exhibet signa, ex quibus alter cogitata ipsius potest intelligere (§. 371.).

COR. II. Ergo & falsiloquia taciturnitatis effectus esse possunt (§. 373.), ideoque ex iis, quae de falsiloquiis §. 374. sq. evoluta sunt, nonnulla, quae taciturnitatis moralitatem determinant, deducere possumus.

SCH. In praelectionibus ex his explicabitur doctrina, de taciturnitate in factis.

§. 379.

Leges taciturnitatem spectantes.

Ex explicatis colligimus,

I. Nos obligatos esse, ut taceamus, si taciturnitate nos aliosque conservare possumus (§. 374.).

II.

II. Nos obligatos esse, vt taceamus, si taciturnitate nos feliciores reddere possumus (§. 375.) (a).

III. Nos obligatos esse, vt iis sub determinationibus, sub quibus officiis erga nos officia erga alios praefere debemus, vera dicamus, si taciturnitas nos quidem perficiat, aliorum vero conseruationem destruere possit (Cor. I. §. 375. & 377.).

IV. Nos tandem etiam externe obligatos esse, vt vera dicamus, si taciturnitate alios, salua nostra felicitate, infeliciores reddamus (§. 277. & 324.).

SCH. (a) *Reflectas ad casum, vbi quis de delicto proprio non notorio, in quod magna in ciuitate poena constituta est, interrogatur. vid. Fund. I. N. II. b. 20. + Thom. q.*

§. 380.

Actio, qua falsa in damnum alterius producuntur, *criminis falsi* accepit nomen (a). Quid crimen falsi.
 Crimen ergo falsi committens aliis infert damnum.

COR. I. Damna sunt turbationis consecretaria (§. 350.), ideoque crimen falsi committens alios turbat. Qui ergo neminem turbat, nullum etiam crimen falsi committit.

COR. II. Ex quo sequitur, iure suo videntem crimen falsi commisisse, dici non posse (§. 356.).

COR. III. Et quoniam criminis falsi commissio est turbatio (Cor. I.), quae in superioribus de turbatione dicta, ad crimen falsi accommodari possunt.

(a) vid. BRUNNEMANNVM in ff. ad Legem Corneliam de falsis.

§. 381.

Falsa in damnum alterius produci possunt Quid crimen falsi.
 N 2 Vel

reale &
verbale.

vel verbis, vel aliis quibusdam actionibus externis, si prius, crimen falsi posthæc vocabimus *verbale*, si vero posterius, *reale* (a).

COR. I. Crimen ergo falsi verbale est falsiloquium cum damno alterius coniunctum (§. 373.). Et quoniam a genere ad speciem valet consequentia, quæ §. 380. & Cor. de crimine falsi dicta, etiam de crimine falsi verbali & reali valere debent.

COR. II. Qui verbis violat famam alterius, ille alteri verbis damnnum infert, (328. 330.). Huiusmodi falsiloquia *iniuriæ strictæ sic dictæ* sunt. Ergo iniuriæ strictæ sic dictæ referuntur ad crimen falsi verbale. Huc etiam pertinent *libelli famosi*, quibus alteri iniuriæ strictæ sic dictæ inferuntur.

COR. III. *Libelli satyrici* sunt, ubi vitia hominum, generatim spectata, ingeniose ad absurdum deducuntur; Libelli ergo satyrici non continent falsiloquia, ergo nec iniurias strictæ sic dictas. Minus itaque accurate loquuntur, qui libellos satyricos inter libellos famosos referunt (Cor. 2.).

(a) Vid. Ill. SCHAUMBURGIVM in Annotat. ad STRAVIT Iurisprudentiam ad Tit. de iudiciis publicis Aphor. 43.

§. 382.

De mendacito.

Falsiloquium cum damno alterius coniunctum vocatur *mendacium*. Mendacium ergo est crimen falsi verbale (Cor. 1. §. 381.).

COR. I. Mendacium itaque est falsiloquium cum læsione coniunctum (Cor. 1. §. 381. & Cor. 1. §. 380.). Læsisio est violatio rei suum cuique. (§. 325.), ideoque mendacium est falsiloquium cum violatione rei suum cuique coniunctum. Iura nostra etiam ad ea referenda sunt, quæ ad rei nostram pertinent (§. 278.). Ergo falsiloquium, cum violatione iuris nostri coniunctum, est mendacium. &c.

COR. II. Quoniam igitur perfecte obligati sumus, ut neminem lædamus (§. 325. Cor. 2.), perfecte etiam obligati sumus, ut omnia euitemus mendacia.

SCH.

SCH. Dicatur in praelectionibus de duobus mentiendi modis, altero per ignorantiam, altero de industria. Interim velim ut evoluas VFFELMANNVM de iure, quo homo homini in sermone obligatur.

§. 383.

Ex falsiloquiis cogitata loquentis non possunt cognosci (§. 373.), qui autem vera loquutus est, signa exhibuit, ex quibus loquentis cogitata colligi possunt (§. 371.). Quibus ex principiis patet, necesse esse, ut, si hominum interest, vera ab aliquo cognoscere, is, qui loquitur, signa praebet, quibus, se vera dixisse, declarat. Ad eiusmodi signa etiam voces referuntur (§. 371.). Voces ergo necessariae esse possunt, quibus veracitatem suam loquens declarat. Eiusmodi voces, quibus veracitatem, vel generaliter sinceritatem nostram declaramus, dicuntur *contestationes*. Est vero sinceritas procliuitas ad ea, quae menti nostrae sunt consentanea, agenda atque dicenda.

Quid
contestationes.

§. 384.

Contestatio, qua ad vindictam diuinam sub conditione falsiloquii prouocamus, *iuramenti* accepit nomen.

Eius species est iuramentum.

COR. In iuramento ergo sub conditione falsiloquii poena diuina prouocatur (§. 235.).

SCH. Dicatur in praelectionibus de iis, qui verbis mentionem honoris & fidei suae adiiciunt. It. de prouocatione ad conscientiam.

§. 385.

Qui iurat, prouocat ad vindictam diuinam sub conditione falsiloquii (§. 384.). Ex iuramento ergo, qua tali, quod loquens ver-

Rem ignorans iurare non potest.

bis adiecit, nil, nisi alterum, verbis menti conuenientibus vsum fuisse, colligere possumus (§. 373.). Quibus praemissis ponamus, iurantem veritatem rei non potuisse cognoscere, verba quidem, quibus vsum est, a cogitatis non sunt aliena, licet cum rei veritate non conueniant. Et ita manifestum est, rei veritatem ex iuramento non semper posse colligi. Quamobrem, cum eiusmodi iuramentum scopo, ob quem iuratur, repugnet (§. 383. seq.), *legibus etiam naturalibus aduersatur, vt quis de re, cuius veritatem non cognoscit, iuret.*

COR. Colligitur inde, iuramenti sensum potissimum ex intentione eius, in cuius gratiam iurauit, diudicari debere; in iuramento terminos in significato proprio sumendos, ideoque omnes reservationes mentales vitandas esse.

§. 386.

Iurans
cogno-
scat De-
um o-
mnisci-
um, iu-
stissimum
& omni-
poten-
tem.

Nemo valide iurare potest, nisi qui Deum omniscium, iustissimum atque omnipotentem cognoscit. Qui enim iurat, prouocat ad poenam diuinam sub conditione falso loqui (Cor. §. 384.), necesse igitur est, vt credat, Deum facta hominum cognoscere, eumque velle & posse male agentibus poenam infligere; Quare, cum primum sit omniscientiae, alterum iustitiae, & tertium omnipotentiae diuinae operatio, (vide S. II. Cap. II. Tit. II. Th. Nat.), consequens est, vt valide iurare non possit, nisi qui Deum omniscium, iustissimum & omnipotentem cognoscat.

COR. I. Homines, qui diuinitatem falsam & imaginariam reuerentur, huic tamen praedicata hoc in commate determinata tribuunt. Qua ex ratione sequitur,

vt eiusmodi homines per falsos etiam Deos iurare possint. Quod ad supersticiosos adcommodandum. (§. 180.). vide GROTIUM Lib. II. Cap. XIII. §. 12. Concipitur inde discrimen iuramenti veri & imaginarii, vid. KOEHLER. l. c. §. 1441.

COR. II. Quoniam vero Atheus theoreticus nullum cognoscit Deum (per Dem. ad §. 281.), cum etiam iurare non posse, immediate sequitur.

COR. III. Quid tandem de Atheo practico, quem in dem. ad §. 281. definiti, dicendum, iisdem ex principiis satis manifestum erit.

SCH, *Controversiae eruditorum de iuramento athei mea ex sententia facile componi possunt, si modo internum iuramenti ab externa eiusdem facie distinguatur, quod etiam sequenti in commate corroborabimus.*

§. 387.

Qui false aliquid contestatur, illi omnia, quae intuitu huius contestationis aguntur, imputanda sunt. Qui enim aliquid contestatur, ille vult, vt alter dicta vera esse credat (§. 383.), si ergo contestatio est falsa, ad illius voluntatem merito refertur, cur alter falsa pro veris habeat, ideoque cur alter hoc & non alio modo agat, illi ergo omnia, quae intuitu huius iuramenti aguntur, imputanda sunt (§. 213.).

Confec-
taria
sunt iu-
ramenti
iuranti
imputan-
tur.

COR. Ergo & illi, qui false iuravit, omnia, quae intuitu huius iuramenti aguntur, imputari debent (§. 384.).

§. 388.

Si, qui mentitus est, se vera dixisse iuramento confirmat, *periurus* dicitur. Qua ex ratione etiam eiusmodi iuramentum *periurum* accepit nomen.

Applicatur ad
periurum.

COR. I. Omnia ergo, quae intuitu huius iuramenti peracta sunt, periuro imputari debent (§. 382. Cor.).

COR. II. Qui non potest iurare, nec periurus esse potest (§. 388.). Minus ergo accurate loquamur, qui atheum periurum vocant (Cor. 2. §. 386.). Quoniam vero iuramentum est contestatio (§. 384.), manife-

stum est, etiam atheo omnia imputari posse, quae intuitu iuramenti, quo false aliquid contestatus est, sunt peracta (§. 387.), ideoque hisce sub determinationibus ab atheo nos eam repetere posse poenam, quae periurio constituta est (§. 387.). Quae ex ratione etiam eiusmodi atheorum actionem, in effectu verum esse iuramentum, non nulli affirmarunt, quia ex Doctorum sententia iuramentum verum est, quod effectum iuridicum producit, i. e. quod etiam in foro externo est obligatorium. Vid. WELLENBERGII *Diff. de iuramento Athei.*

COR. III. Simul ex dictis facile intelliges, quomodo fieri possit, ut periurium ad laesionem, & mala ex periurio orta ad damna referantur.

§. 389.

Iuramentum metu iniusto extortum nullum est.

Quoniam mendacium est falsiloquium cum damno alterius coniunctum (§. 382.), sequitur, non statim esse periurum, qui falsiloquia iuramento confirmavit (§. 388. 373.). Iuramentum itaque, quo vero metu atque iniusto coactus, quae false loquutus est, confirmavit, eos producere nequit effectus, qui ex periurio sequuntur, atque ideo inter iuramenta inuálida referri debet.

§. 390.

Continuatio prioris.

Idem hac etiam ratione euincere possumus. Iuramentum vero metu iniusto extortum est iuramentum, ad actiones morales minime referendum (§. 65. 70.), eiusmodi ergo iuramentum, qua tale, imputari nequit (§. 217.), ergo nec habet effectus iuramenti (§. 387.), atque ideo inuálidum est.

SCH. Iisdem ex principiis sequitur 1) iuramentum obligationes non constituere, sed confirmare. 2) Interpretationem iuramenti talem esse debere, ne ad illicita extendatur. 3) Iuramentum non esse promissionem Deo factam.

§. 391.

§. 391.

Qui dolose agendo false iurat, blasphemiam committit. Qui enim iurat, prouocat ad vindictam diuinam sub conditione falsiloquii (Cor. §. 384.), ergo qui false iurat & quidem dolose, sciens & volens prouocat ad vindictam diuinam sub conditione falsiloquii, cum tamen eiusmodi prouocatio a cogitatis ipsius sit aliena (§. 196.), prouocat itaque ad vindictam diuinam, cuius tamen effectus effugere cupit, & ita sciens atque volens perfectiones diuinas obscurat (§. 282.). Cogitat ergo Deum ens, quod illustrationem gloriae suae non ferio cupit (§. cit.), ideoque Deo imperfectiones tribuit (§. 79. Th. Nat.). Ex quo abunde sequitur, eiusmodi iuramentum ad blasphemiam referendum esse (§. 283.).

Falsum iuramentum ex dolo commissum est blasphemiam.

COR. I. Blasphemiam omnimode euitare (§. 283. sqq.), ergo nec ex dolo false iurare debemus. Et quoniam actio vero metu extorta non est actio dolosa (§. 196.), ea, quae hoc in commate de falso iuramento dicta, de iuramento vero metu extorto non valere, consequens est.

COR. II. Simul inde intelliges, Atheum practicum valide non posse iurare, & quid de valore iuramenti, quo inimicus aliquid confirmare voluit, dicendum.

COR. III. Porro inde sequitur, necesse esse, vt, alia ratione veritas rei corroborari possit, a iuramento, praesertim respectu negotiorum leuiorum abstinemus. vid. 284. sqq.



§. 392.

Ex his, quae haecenus euoluta, manifesta sunt requisita valide iurantis, nimirum

Requisita valide iurantis ex dictis colliguntur.

I. vt ea, quae iuramento corroboranda, cognoscat (§. 385.).

N 5

2. vt

2. vt Deum cognoscat omniscium, iustissimum & omnipotentem (§. 386.).
3. vt sponte & sine coactione externa agat (§. 389. seq.).
4. vt ea velit praestare officia, quae Deo debemus (§. 391.).

Iurantem vero, si ea habet requisita, veritatem docere iuramentoque confirmare posse, hoc ex Logicorum principio: *vera certissime dicit, qui eadem dicere potest, atque dicere vult*, patet.

SCH. *Species & relaxatio iuramenti hic etiam explicari possent, sed id brevissimis fiat in sequentibus, ubi principia eas exhibent determinationes, quarum ope species iuramenti magis distincte perspicere, & relaxationis fundamenta magis determinare possumus.*

TIT. II.

DE FACTO IVREQVE QVOD INDE ORITVR.

§. 393.

Obligatio aliorum, quae nobis auxilia ferre tenentur fiat perfecta.

Ita agere debemus, vt aliorum obligatio ad auxilia nobis ferenda fiat obligatio perfecta. Cum enim aliorum auxiliis indigeamus (vid. Cor. I. §. 369.), & obligatio aliorum ad auxilia nobis ferenda, quatenus in se spectatur, non nisi imperfecta sit (§. 320. & Cor.), nulum obuium in casu habemus modum, quo alterum, qui nobis auxilium denegat, ad illud praestandum cogere possimus (§. 153.). His itaque sub determinationibus non habemus, vt auxilio alterius confidamus. Ita ergo agere debemus, vt alterum ad auxilia nobis ferenda iuste possimus cogere (§. 94.), atque ideo

ideo vt obligationem aliorum ad auxilia nobis ferenda reddamus perfectam (§. 153.).

COR. Quoniam vero neminem iuste cogere possumus, nisi eum, qui nos in usu atque possessione eorum, quae ad res nostrum pertinent, turbat (§. 325. Cor. 2.), consequens est, vt obligati simus, ita agere, vt vires aliorum, quibus nobis auxilia ferre possunt, ad ea, quae ad res nostrum pertinent, redigamus.

§CH. Quaeramus ergo modum, quo id, quod in se iuris imperfecti est, fieri possit iuris perfecti.

§. 394.

Sermo, quo quis affirmat, se velle alteri aliquid praestare, dicitur *promissio*, & sermo, quo quis affirmat, se velle promittenti vicissim aliquid praestare, est *repromissio* (a). Quid promissio & repromissio

COR. I. Repromissio ergo sine promissione nulla est.

COR. II. Qui promittit vel repromittit, aliquid vult, necesse ergo est, vt intellectu atque ratione (§. 34. Cor. 1.) ideoque libertate (§. 52.) agere possit. Qui libere agit, ille intelligit, quae agit (§. 52.). Fieri ergo non potest, vt quis aliquid promittat vel repromittat, nisi qui promissa vel repromissa intelligere potest.

COR. III. Hinc furiosi, infantes, suo modo qui errant, qui dolo vel metu vehementi inducti, qui vehementioribus affectibus arripiuntur &c. aliquid nec promittere nec repromittere possunt.

COR. IV. Qui promittit vel repromittit, ille alteri aliquid vult praestare. Sed nemo alteri id praestare potest, quod legibus repugnat (§. 150.). Eum ergo aliquid promittimus vel repromittimus, id, quod alteri praestare volumus, ita comparatum esse debet, vt, dum idem praestamus, legem non violemus.

COR. V. Quod alteri promittimus vel repromittimus, id alteri volumus praestare. Vt ergo idem praestemus, in potestate nostra positum esse debet (§. 7. Pr. & 33.). Ponamus vero id, quod alteri promittimus vel repromittimus, non pertinere ad ea, quae ad res nostrum pertinent, in potestate etiam nostra non erit,

vt idem praestemus (§. 7. Pr. & 277.). *Consequens itaque est, vt, quae ad rō nostrum non pertinent, alteri nec promittere nec repromittere possimus.*

SCH. I. *Hoc ex principio intelliges, cur, filios familias & seruos nec aliquid promittere nec repromittere posses, dicatur. Sed reflectamus in praelectionibus ad L. filius familias 39. ff. de oblig. & act. & L. serui 14. ff. eodem tit.*

SCH. II. (a) *Sermo, quo quis affirmat, se velle aliquid praestare, dicti accepit nomen. Quoniam vero, qui affirmat, se velle aliquid praestare, non statim affirmat, se velle alteri aliquid praestare, manifestum est, dictum a promisso distinguendum esse. Vide Ictum v L. PIANVM L. sciendum 10. §. dictum, 2. ff. de Aedilit. edict.*

§. 395.

Promissiones eo tendunt, vt alter alteri sit auxilio.

Omnes promissiones vel repromissiones eo tendunt, vt alter alteri sit auxilio. Qui enim alteri aliquid promittit vel repromittit, se velle alteri aliquid praestare, affirmat (§. 394.), qui vero alteri aliquid vult praestare, ille vult efficere, vt alter vsu virium ipsius propositum suum possit consequi (§. 22. Pr. Log.). Quamobrem, cum efficere, vt alter vsu virium nostrarum propositum suum possit consequi, idem sit, ac eum iuuare (§. 310.), omnes promissiones vel repromissiones eo tendunt, vt alter alteri sit auxilio.

COR. I. *Qui alteri aliquid promittit, ille vult, vt alter virium ipsius vsu suum consequi possit propositum (§. 310.), sed vires nostrae sunt vel corporis, vel mentis, vel a statu externo pendent. Patent itaque modi, quibus alterum iuuare, & alteri aliquid promittere vel repromittere possumus.*

COR. II. *Simul ex promissionum vel repromissionum scopo ea facile deducere possumus, quae primam promittendi dederunt occasionem.*

§. 396.

§. 396.

Qui alteri aliquid promittit vel repromittit, ille vult, ut obiectum promissionis vel repromissionis transferatur in rō suum illius, cui promissio vel repromissio facta. Si enim alter nobis fert auxilium, efficit, vt virium ipsius participes fiamus (§. 310.), atque ideo eousque vires, quae alterius sunt, fiunt nostrae (§. 277.). Cum igitur promissionis vel repromissionis scopus sit, vt promittens vel repromittens alteri sit auxilio (§. 395.), promittens vel repromittens etiam vult, vt promissionis vel repromissionis obiectum in rō suum illius, cui promissio vel repromissio facta, transferatur (§. 394.).

Promittens vel repromittens vult, vt promissionis vel repromissionis obiectum transferatur in rō suum illius, cui promittitur vel repromittitur.

COR. Dum vero a voluntate nostra ad rei existentiam non valet consequentia, fieri etiam non potest, vt nuda promissione vel repromissione rō nostrum in rō suum alterius transferatur. Necessè ergo est, vt in modum, quo id, quod alteri promissum vel repromissum, in rō suum illius, cui promissio vel repromissio facta, transferri possit, inquiremus. Reflectas ad §. 317. Cor. 1.

§. 397.

Idem velle ac alter, in foro naturali dicitur consentire. Identitas ergo voluntatum in aliquo negotio effectui dando, tam ex vsu loquendi, quam vi vocis, vocatur *consensus*.

Quid consensus.

SCH. Hunc quidem consensum nonnulli, cum a consensu generatim sic dicto distinguentes, consensum reciprocum seu mutuuum nominauerunt, atque ita consensum in genere sumtum, declarationem voluntatis alteri factam de aliqua re effectui danda, interpretati sunt. Sed permittant quaeso, vt affirmemus, eiusmodi declarationem, ad voluntatem alterius non relatum, non esse consensum sed promissionem (§. 394.),

decla-

declarationem vero illam, ad voluntatem alterius relatum, esse consensum in genere, cuius tandem species consensus reciprocus, atque ideo consensum reciprocum definiturus datam de consensu explanationem magis ut determinet, necesse esse. Non certabimus tamen diutius cum illis de nostrae definitionis praerogativa, sed sufficiat, ex illa nonnulla deducere, quibus gravissimae, quae de pacto motae sunt, controversiae enodari possunt.

§. 398.

Requisi-
ta subie-
cti, quod
consen-
tire po-
est.

Qui consentit, aliquid vult (§. 397.). Sed voluntas intellectu, ratione atque libertate determinatur (§. 35. Cor. 1.), nemo ergo consentire potest, nisi qui intellectu, ratione atque libertate praeditus. Et quoniam porro actiones legibus repugnantes moraliter impossibiles sunt (§. 150.), nemo etiam consentire potest, nisi qui facultate consentiendi physica, & facultate consentiendi morali praeditus. *Facultatem enim consentiendi physicam intellectus atque voluntas, & facultatem consentiendi moralem conformitas exercitii voluntatis cum legibus constituunt.*

COR. I. Qui intellectu & voluntate agere nequit, non potest consentire (§. 398.), vera ergo est propositio: *Quid non potest consentire, nec aliquid promittere vel repromittere potest (§. 394. Cor. 2.).*

COR. II. Qui libere agere nequit, nec potest consentire, (§. 398.), consensus ergo vero metu iniusto extortus nullus est (§. 42.).

SCH. *Obligationes atque iura, quae ex consensu moraliter impossibili oriuntur, in praelectionibus exponemus.*

§. 399.

Consen-
sientium
cogitata
sua ad-

Qui consentiunt, idem volunt (§. 397.), consentientium ergo cogitationes convenire debent.

debent. Ex quo sequitur, vt *consentientium vnus alterius mentem intelligere debeat.* cessario intelligant.

COR. Quae adesse debent, si vnus mentem alterius intelligat, in P. 1. Log. §. 50. seq. satis explicauimus. Ergo & inde permulta inferri possunt, quae, an consensus sit validus, docebunt. vid. Cpr. 3. §. 375.

§. 400.

Consensus character est identitas voluntatum in aliquo negotio effectui dando (§. 397.), quamobrem, cum nihil existere possit, nisi quod est singulare, *consensus etiam singularis seu ad rem singularem determinatus esse debet.* Consensus esse debet singularis.

COR. Inde sequitur, consensum in vniuersali non esse nisi idealem. Quae vero singularia ponuntur, vel mediate vel immediate talia esse, notare velis. vide THOMASII *Diff. de promissione incerta.*

§. 401.

Si quis alterum consentire affirmat, huncce consensum aut ex factis alterius colligit, aut non. Si posterius, *consensus dicitur praesumptus.* Si prius, eundem aut ex alterius verbis, aut ex factis a verbis distinctis colligit, si illud, *consensus vocatur expressus, & si hoc, tacitus.* Porro, si datis ex principiis aliquid ita colligimus, vt verum nominari possit, idem inde aut cum ratione sufficiente, aut cum ratione probabili colligimus. Ergo & consensus erit vel *certus* vel *probabilis* vide Pr. Log. §. 155. Consensus probabilis a permultis etiam vocatur *praesumptus*, quoniam *praesumere* Logicis saepissime idem est, ac aliquid pro verisimiliori habere. In sequentibus consensum praesumptum, simpliciter positum, priori sumam significatione. *COR,*

COR. I. *Consensum praesumptum nulla ratione esse probabilem, ita evinco.* Fieri non posse, ut cogitationes alterius intelligamus, nisi eas colligamus ex eiusdem factis res ipsa docet. Sed alterum consentire nulla ratione affirmare possumus, nisi, quid cogitet, intelligamus (§. 399.). Ergo nec verisimile esse potest, alterum consentire, nisi ex eiusdem factis idem sit collectum (§. 2. sqq. P. II. Log.). Quare, cum consensus praesumptus sit talis, qui ex factis alterius non colligitur, consensus praesumptum nulla ratione probabilem esse, manifestum est.

COR. II. Et ita abunde intelliges, 1) eiusmodi consensus praesumptum summa cum ratione a Doctoribus *factum* esse vocatum, de cuius origine in Prae-lectionibus dicamus. 2) Consensum probabilem esse aut tacitum, aut expressum 3) tam consensus expressum quam tacitum esse aut certum, aut probabilem.

COR. III. Quicquid probabiliter solummodo verum, id in se falsum esse potest (§. 162. Cor. 1. Pr. Log.). Ex eo ergo, quod nobis, alterum consentire, probabile sit, alterum consentire, non sequitur. Consensus itaque probabilis improprie consensus dicitur.

COR. IV. Prono inde aluco fluit, consensus probabilem secundum ius naturae non efficere, ut alter ad hoc vel illud praestandum perfecte sit obligatus.

COR. V. Tacite alterum consentire affirmaturus, ea, quae alter ille vult, ex eius factis a verbis distinctis colligere debet. Qui itaque eiusmodi ex factis, a quibus ad voluntatem alterius concludere non possumus, consensus ipsius tacitum inferre cupit, certissime consensus docebit, qui non nisi praesumptus, id est, nullus. Ex quibus intelliges canonem: *qui tacet, consentire videtur.*

SCH. I. *Reflectas ad exempla, quae E. KOEHLERVS §. 1348. adduxit sequentibus verbis:* Consensum tacitum colligere solemus ex alterius nutu, ex scissione & reductione chirographi, quo creditor, caeteris tamen paribus, declarare iudicatur remissionem debiti, ex postulatione cibi & potus ab hospite diuersorii ratione pretii soluendi. It. si quis cum
 vxore

vixore adultera sciens denuo concumbat, eum in matrimonium iterum contractum tacite consensisse, dicitur. &c. *Plura signa, ex quibus consensum tacitum colligere possumus, enumeravit PUFFENDORF in J. N. & G. Lib. IV. Cap. I. §. 2. conf. IOACH. MÜLLERI Diss. de officio circa signa inter homines recepta praeter sermonem.*

SCH. II. Ex haecenus de consensu explicatis satis respondere poteris ad quaestionem: *an in iure naturali consensus praesumptus valere possit? cuius significatio est, an consensus praesumptus secundum ius naturae efficere possit, ut alter ad aliquid praestandum perfecte sit obligatus?* Dissidentes enim consensum praesumptum hac ratione validum esse affirmantes, aut consensum praesumptum pro ficto, aut pro probabili ponunt. Si illud, vide Cor. 1. & 2., si vero hoc, vide Cor. 4.

§. 402.

Qui in promissum consentit, ille vult, ut id, quod promissum est, fiat suum. Contentiens enim in promissum idem vult, quod vult promittens, qua talis (§. 397.), sed promittens qua talis vult, ut obiectum promissionis transferatur in τὸ suum illius, cui promissio facta (§. 396.). Qui ergo in promissum consentit, etiam vult, ut id, quod promissum est, fiat suum.

In promissum contentiens etiam vult, ut promissi obiectum fiat suum.

COR. I. Idem etiam valet, si repromissionem spectamus.

COR. II. A voluntate ad rei existentiam non valet consequentia. Ergo nec nudo consensu τ' alienum in τὸ nostrum transferri potest.

SCH. Hinc ZORSIUS ad tit. de donat. Lib. 39. ff. n. 35. sqq. dicit: quod omnis promissio praesupponat consensum se obligandi, qui ante acceptationem perfectus esse nequit.

O

§. 403.

§. 403.

Quid
promis-
sum ser-
uare.

Re ipsa atque exitu id praestare, quod alteri promissimus, idem est, ac *promissum seruare*.

COR. Qui ergo promissa seruat, ea quae voluit, ducit ad actum (§. 394.).

§. 404.

Ut pro-
missa ser-
uemus
obligati
sumus.

Promissa legitima sunt seruanda. Qui enim legitime alteri aliquid promittit, ille alterum vult iuare, ita, vt legibus non repugnat (Cor. 4. §. 394. & §. 395.), si legibus non repugnat, vt alterum iuemus, ad id obligati sumus (§. 311.), ergo & id, quod alteri legitime promissimus, re ipsa atque exitu praestare, seu promissa seruare obligati sumus (§. 404.).

COR. I. Obligati huic generali motuum speciale ex incommodis, quae fidei perditio producit, desumptum accedit. Qui enim fidem perdit, nihil ultra potest perdere. Et ita obligatio ad promissa seruanda fit maior (§. 82.). Notare velis, promissa, quae seruanda, valida dici.

COR. II. Diximus de promissis iustis seu legitimis, quia promissa iniusta seu illegitima legibus repugnant (§. 155.), ideoque promissorum nomen non merentur (§. 394. Cor. 4.).

§. 405.

Sed im-
perfecte.

Obligatio ad promissa seruanda, quatenus in se spectatur, non est perfecta. Ex nuda enim promissione vires nostrae non fiunt alienae (§. 336. Cor.). Ex eo ergo, quod eiusmodi promissa promittens non seruauerit, eum alterum, cui nimirum aliquid promisit, in possessione atque viu eorum, quae ad eo suum pertinent, turbasse, interre non possumus. Vt ita-

itaque promittens qua talis ea, quae nudo promisit, seruet, externe cogi non potest (§. 325. Cor. 2.), atque adeo obligatio ad promissa nuda seruanda, quatenus in se spectatur, non est perfecta (§. cit.).

COR. I. Ponamus eum, cui promissio facta, in promissum consensisse, nudo hoc consensu vires promittentis in $\tau\delta$ suum non recipit (Cor. 2. §. 402.). Eadem igitur ratione, in demonstratione huius commatis euoluta, sequitur, huncce consensum obligationem ad promissa seruanda non reddere perfectam.

COR. II. Fieri ergo potest, vt qui promissa non seruat, sit iniquus, licet non sit iniustus (§. 155.).

SCH. His ex principiis infra naturam testamentorum exponam.

§. 406.

Promissio, qua non perfecte obligamur ad id seruandum, quod promissimus, dicitur *pollicitatio*.

Quid pollicitatio,

COR. Promissio itaque, in quam alter solummodo consentit, est nuda pollicitatio (§. 405. & Cor. 1. §. cit.).

§. 407.

Actus, quo ille, cui aliquid promissum est, efficit, vt $\tau\delta$ seruare promissum, fiat officium stricti iuris, dicitur *acceptatio promissi*.

Quid promissum acceptare.

SCH. *Recepta adhuc acceptationis promissi definitio, qua promissum acceptare dicunt, qui affirmat, se consentire in alterius promissionem, nostra ex definitione, facillime deduci poterit. Nosram tamen definitionem praeframus, vt illis dubiis, quae a testamentis donationibusque aduersus receptam definitionem petuntur, tanto rectiore & munitione via occurrere possimus.*

§. 408.

Si $\tau\delta$ seruare promissionem ad officia stricti iuris referatur, necesse erit, vt is, qui promissionem non seruat, $\tau\delta$ suum cuique violet

Quid non sit nudo co. seu su in

promis-
sum. (Cor. 3. §. 325.). Dum ergo quis promissionem acceptat, vires promittentis hac ratione in $\tau\acute{o}$ suum recipit (§. 407.). Ex quo manifestum est, nudum in promissionem consensum non esse promissi acceptationem.

§. 409.

Sed dum
is cui
promit-
titur id
quod
promis-
sum est
in $\tau\acute{o}$
suum re-
cipit. *Qui vires promittentis, qua talis, salva lege in $\tau\acute{o}$ suum recipit, ille promissum acceptat.* Qui enim id, quod promissum est, salva lege in $\tau\acute{o}$ suum recipit, ille sibi acquirit ius alterum cogendi, ut id, quod promisit, reipsa atque exitu praestet (§. 324.). Hoc ergo actu efficit, ut $\tau\acute{o}$ servare promissionem fiat officium iuris perfecti (§. 403. & Cor. 2. §. 325.), atque ideo promissum acceptat (§. 407.).

COR. Qui promissum acceptat, vires promittentis, qua talis, salva lege in $\tau\acute{o}$ suum recipit (§. 408.), & qui vires promittentis, qua talis, salva lege in $\tau\acute{o}$ suum recipit, ille promissum acceptat (§. 409.). Est ergo $\tau\acute{o}$ acceptare promissum idem, ac vires promittentis, qua talis, salva lege in $\tau\acute{o}$ suum recipere.

§. 410.

Quid
rei tradi-
tio. Actus, quo res, quae nostra fuit, in $\tau\acute{o}$ suum alterius transit, dicitur *rei traditio*, quid igitur *rem suam alteri tradere* significet, facile intelliges.

§. 411.

Quid ac-
ceptatio
mediata
& imme-
diata. Qui id, quod promissum est, in $\tau\acute{o}$ suum recipit, vel ipsam rem promissam, vel vires promittentis, quibus quod promisit, reipsa atque exitu praestare debet, in $\tau\acute{o}$ suum recipit. Duplici ergo modo acceptatio promissi concipi potest (Cor. §. 409.). Priori ratione eam post haec *acceptationem immediatam*. posteriorio-

steriori vero *mediatam* vocabimus. Eodem etiam modo duplex rei traditio, mediata scilicet & immediata, summa cum ratione cogitatur.

COR. I. Nudus in promissionem consensus non est promissi acceptatio (§. 408.), promissum ergo vel mediate vel immediate acceptaturus, consensum in promissionem alia quadam actione subleuare debet.

COR. II. Nuda rei promissione re meum non fit alterius (*Cor.* §. 396.). Ergo & nuda promissio non est rei traditio (§. 410.). Ex quo sequitur, necesse esse, ut etiam cum promissione aliam connectat actionem promittens, si rem promissam vel mediate vel immediate tradere cupit.

§. 412.

Res aequipollentes hoc loco eas dico, quae eundem habent valorem. Quamobrem, cum valor rebus impositus ab hominum arbitrio dependeat, homines etiam signa quaedam ponere possunt, quibus idem valor, quam rebus, inest.

Quid res
acqui-
pollen-
tes.

COR. Ergo & promissa per signa quaedam tam mediate quam immediate acceptari atque tradi possunt (§. 411.).

SCH. Nihil hic nouum dicitur, etsi distinctias fortasse euolutum. Icti Romani constituerunt stipulationem, (a) tam consensus in promissionem, quam promissioni ante coniungendam, quam re seruare promissionem inter officia stricti iuris retulerunt. In cuius locum fortasse Germani terminum *Top*, seu *formalam*: est *Wort ein Mann &c.* substituerunt.

(a) vid. III. *RENECCIUM* in *Syntagm. Antiq. Rom.* L. III. Tit. 30. §. 12. lqq.

§. 413.

Si promittens in promissionis acceptationem consensit, vires suas hac ratione illi, cui aliquid Consensus in promissio-
pro- si acce-

pratio-
nem
idem est
ac rei
promis-
sae tra-
ditio.

promisit, tradit. Qui promissionem acceptat, vires promittentis hac ratione in $\tau\acute{o}$ suum recipit (§. 408.). Si ergo promittens in acceptationem promissi consentit, etiam efficit, vt suae vires in $\tau\acute{o}$ suum illius, cui aliquid promisit, ea ratione transeant (§. 397.), hoc igitur consensu vires suas illi, cui aliquid promisit, dicta ratione tradit (§. 410.).

COR. Consensus verus est vel tacitus vel expressus (§. 401. & Cor.), ergo & dictis sub determinationibus quilibet vires suas alteri vel tacite vel expresse tradere potest.

§. 414.

Et ita ha-
bemus
modum,
quo obli-
gatio ad
promissa
seruanda
fieri pot-
est per-
fecta.

Si ille, cui aliquid promissum est, promissionem acceptavit, & promittens in acceptationem promissionis consentit, tunc vires promittentis, quibus, quae promisit, praestanda, translatae sunt in $\tau\acute{o}$ suum illius, cui promissio facta. Dum enim ille, cui promissio facta, promissionem acceptat, vires promittentis ea ratione in $\tau\acute{o}$ suum recipit (§. 408.), & dum promittens in acceptationem consentit, hac etiam ratione vires suas illi, cui aliquid promisit, tradit (§. 413.). His itaque factis vires promittentis, quibus, quae promisit, praestanda, in $\tau\acute{o}$ suum illius, cui promissio facta, translatae sunt (§. 410. vide Cor. I. §. 317.).

COR. I. Bonamus his sub determinationibus promittentem non velle promissa seruare, illum, cui aliquid promisit, in vsu virium quae ad $\tau\acute{o}$ suum pertinent, turbabit (§. 403.), ideoque illum laedet (§. 325.).
hinc Ergo & *hinc* iustam causam belli dabit (§. 362.). &c.

COR. II. Et quoniam perfecte obligati sumus, vt neminem in vsu eorum, quae ad $\tau\acute{o}$ suum pertinent, turbemus (§. 325. Cor. 2.), his etiam sub determinationibus obligatio ad promissa seruanda est perfecta.

§. 415.

§. 415.

Si promittens in promissi acceptationem ^{Quid pactum eiusque naturæ.} consentit, *acceptationem* brevitatis gratia vocabimus *efficacem*. Et promissiones ab altero efficaciter acceptatae, dicuntur *pacta* * seu *conventiones*.

COR. I. Pacta ergo requirunt

1. Promissionem,
2. acceptationem promissionis
3. consensum promittentis in promissionis acceptationem.

COR. II. Vbi ergo nulla promissio, nulla promissionis acceptatio, & nullus promittentis in promissionis acceptationem consensus, ibi etiam nullum ponere possumus pactum.

COR. III. Quae ergo §. 394. seqq. promissionibus & repromissionibus, §. 407. seqq. de promissionis acceptatione & §. 413. seqq., de consensu promittentis in promissionis acceptationem dicta, ea, quae de pacto dicenda, satis determinabunt.

COR. IV. Ergo & pactis vires nostrae in alienum transferuntur (Cor. 2.). Inde restringi possunt verba GVNDLINGII (a): *Qui paciscitur, aliquid sibi facit, inque alterum transfert.*

COR. V. Porro ex dictis intelliges, pollicitationem non esse pactum (§. 406.).

* SCH. I. Dicunt nonnulli pactum duorum plurimum in idem placitum consensum. Haec vero pacti interpretatio, si consensus naturam, §. 401. explicatam, & pacti affectiones, quae in vita etiam communi illi tribuantur, contemplantur, definitionem definito latiore exhibere videtur.

SCH. II. Id, quod acceptationem efficacem dixi, consensum reciprocum, quem GROTIUS inter essentialia pacti refert, abunde magisque determinate, quam fieri solet, explicabit.

§. 416.

Tractatus non sunt pacta.

Penfitatio commodorum & incommo-
dorum, quae ex facto, quod aggredimur, ori-
untur, *Deliberationis* nomen accepit. Et a-
ctus, quo de ineundo pacto deliberamus, di-
cuntur *Tractatus*.

COR. I. Deliberando nil affirmamus, ideoque nec promittimus, nec in promissionem consentimus (§. 394. 397. 407.). Ex quibus manifestum est, *tractatus non esse pacta* (§. 415. Cor. 2.).

COR. II. Quae ergo de pacto qua tali dicuntur, ad tractatus accommodari nequeunt.

§. 417.

Et protestatio pacto repugnat.

Declaratio dissensus externi ei facta, qui actum aliquem nostrum in praeiudicium (i. e. *damnum*) tendentem, falcipere connititur, dicitur *protestatio*. *Damnum* vel *verum* vel *imaginarium* est, ergo & *protestationem in fundatam & minus fundatam* distribuere possumus.

COR. Dissensus consensui repugnat. Quatenus itaque quis protestatur, seu contra facta alterius intercedit, eatenus etiam cum altero pactum inire minime cupit (§. 415.).

§. 418.

Ergo protestatio conservat ius protestantis.

Vsurpare idem est, ac ab alieno non abstinere. Sequitur inde, usurpationes contra ius perfectum fieri (Cor. 2. §. 325.).

COR. Qui contra usurpationem eius, quod suum est, protestatur seu intercedit, is dissensum contra eandem declarat (§. 417.), ideoque in translationem eius, quod suum est, minime consentit. Scopus itaque actionis ipsius est, ut ius suum possit conservare (§. 322. 324.).

§. 419.

§. 419.

Vt pacta seruemus, perfecte obligati sumus. Vt enim promissa efficaciter acceptata seruemus, perfecte obligati sumus (§. 414. Cor. 2.), sed promissiones efficaciter acceptatae sunt pacta (§. 415.). Ergo & ad pacta seruanda perfecte obligati sumus.

Obligatio ad pacta seruanda est perfecta.

COR. I. Quo ex theoremate colligimus, contra obligationem suam perfectam agere, ideoque alterum laedere, qui pacta non seruat (§. 325. sq.), mala itaque, quae pacti violatione alteri inferuntur, sunt damna (§. 330.).

COR. II. Porro inde sequitur, vt, qui pacta non seruat, alteri det iustam causam belli (§. 362.), & ius, quo eum, qui pactum non seruat, vt damnatum inde illatum praestet, cogere possit (§. 334.).

COR. III. Sermonem hic esse de pactis iustis, quibus non violatur rō suum cuique (§. 325. Cor. 2. & §. 155.), facile ex Cor. 4. §. 394. intelliges. Pacta enim iniusta, quibus rō suum cuique violatur, pacta dici non merentur, quia, quod legibus repugnat, non promittere (Cor. 4. §. 394.), atque ideo de eodem cum aliquo pacisci non possumus (Cor. 2. §. 415.). Idem etiam de pactis iniquis valere, facile intelliges.

COR. IV. Neminem laedas, est lex naturalis (perdem. ad §. 323. & §. 127.). Ergo & omnes homines obligat (§. 155.). Quamobrem, cum principium, pacta sunt seruanda, hac ex lege naturali deducatur, pacta etiam cum hominibus infidelibus & diuertae religionis inita vt seruemus, perfecte obligati sumus (§. 94.).

SCH. *Hactenus explicata in praelectionibus accommodabimus ad quaestionem: an pacta propter metum a tertio incussum inita sint valida? & simul notabimus, aliud esse obligatum esse ex pacto, aliud obligatum esse ex capite de reparatione damni.*

§. 420.

Et in paciscentium altero scilicet promissum altero est obligatio pactitia, in altero vero ius pactitium.

Datur ergo in paciscentium altero, qui scilicet promissum, obligatio perfecta ad promissa servanda (§. 419.), quae *obligatio pactitia* dicitur, & in altero, qui scilicet promissionem acceptavit, ius cogendi promittentem, ut ea, quae promissum, servet (§. 153.), quod est *ius pactitium*.

COR. Cum vero ius pactitium & obligatio pactitia nata sint ex actionibus praecedentibus (§. 415.), tam obligationem pactitiam, quam ius pactitium ad ea, quae nobis hypothetice competunt, pertinere, manifestum est (§. 327.).

§CH. Abunde inde intelliges, cur, ius pactitium inter iura ad rem solummodo referendum esse, a Doctoribus sit affirmatum.

§. 421.

Et pacta sunt irrevocabilia.

Si paciscentium vnus declarat, se voluntatem ratione eius, quod alteri promissum, mutasse, ille *pactum reuocat*.

COR. Qui ergo pactum reuocat, ille pacta non vult servare (§. 403.), atque ideo habet conatum alterum laedendi (§. 419. Cor. 1.). Pacta ergo iusta scilicet non possunt reuocari (§. 323.). Qua ex ratione recte dicitur, *pacta iusta esse modos in alterum transferendi ius irrevocabile, & in aliis producendi obligationem irrevocabilem* (§. 420.).

§. 422.

Quid pactum obligatorium, liberatorium & mixtum.

Pacto iusto in altero paciscentium producitur obligatio (§. 420.). Ergo vel noua constituitur obligatio, vel obligatio ante constituta tollitur, vel obligatio antea constituta tollitur & noua constituitur. Quibus ex determinationibus intelliges, quid sit *pactum obligatorium, liberatorium & mixtum*. Vid. Ill. HEINECCIUM I. N. & G. Lib. I. Cap. XIV. §. 388.

§. 423.

§. 423.

Pacta sine consensu concipi nequeunt (§. Tacitum
415. Cor. 2.). Consensus est vel tacitus vel & ex-
expressus (§. 401.). Ergo & pactum in taci-
tum & expressum distribuere possumus. pressum.

COR. I. Pacti ergo tam taciti quam expressi natura ex
§. 401. & ex Cor. §. cit. si ea, quae §. 415. dicta,
conferantur, facile determinari poterit. Ex quibus
simul intelliges, qua ratione fieri possit, ut pacta in
certa atque probabilia distribuamus.

COR. II. Et quoniam a genere ad speciem valet con-
sequentia, & ea, quae speciei conveniunt, intelligun-
tur, si determinationibus genericis ea addere velimus,
quae obvio in obiecto specificè determinata percipi-
mus, quae hucusque de pacto in genere dicta, quilibet
ad pacta obligatoria, liberatoria, mixta, expressa
& tacita fatillime accommodare poterit. Mittimus
ergo vberiore[m] horum explicationem, & arduam de
pactis conditionatis explicabimus doctrinam.

§. 424.

Si ratio, cur quis alteri aliquid promittat, Quid
ex futura eventus cuiusdam incerti existentia promis-
sumitur, *promissio vocatur conditionata*. Si ve- sium con-
ro eiusmodi conditio non adiecta est, diciona-
promissio dicitur pura. Ex quo sequitur, tum &
obligationem ad ea, quae conditionaliter promissa sunt, pactum.
dependere a futura eventus cuiusdam incerti
existentia.

COR. Quoniam existens fieri nequit, nisi quod possi-
bile est, & possibilitatem in moralem & physicam
distribuere licet (§. 150.), manifestum est, ex pro-
missione, cui conditio, quae impossibilis, adiecta,
obligationem pactitiam nulla ratione ortum trahere
posse.

SCH. *Falſiloquium animi recreandi gratia adiectum*
iocus dicitur. Qui ergo ioco promissis adiecit con-
ditionem, ut conditio existat, nunquam voluit. Ergo

Et eiusmodi conditio promissionem reddit inuvalidam (§. 394.); *Idem etiam de equiuocationibus valet.* *Eiusmodi promissionis effectam vide in vita Militaris Cap. I. Et II.*

§. 425.

*P. & pa-
cta sunt
vel pura
vel con-
ditiona-
ta.*

Pacti character essentialis est promissio (§. 415. Cor. 1.), promissio est vel conditionata vel pura (§. 424.). Ergo & pacta vel *pura vel conditionata sunt.* Atque adeo *pactum purum est* promissio pura efficaciter acceptata, & *pactum conditionatum* promissio conditionata efficaciter acceptata.

SCH. Et ita pacta conditionata illustrent formulas, quibus Icti, naturam de speciebus pacti illustrentes, utuntur, e. g. do ut des, do ut facias, facio ut facias, facio ut des. Vid. HERTIVM ad PUFFEND. L. V. c. 11. §. 5.

§. 426.

*Pactum,
in quo
promis-
sioni
nulla ad-
iicitur
conditio,
pro puro
habetur.*

Si promissioni nulla adiecta est conditio, pactum pro puro haberi debet. Pactum enim, quod non est conditionatum, est purum (§. 425.). Sed pactum, in quo promissioni nulla conditio adiecta est, non est conditionatum (§. 424. & 425.). Ergo & eiusmodi pactum pro puro summa cum ratione habetur. vide. §. 399. seqq. & Sch. §. 419.

COR. Ponamus pacto iam celebrato promittentem promissioni adicere conditionem, ante non adiectam, certissime conatum non seruandi pactum (§. 403.), ideoque conatum alterum laedendi ostendit (Cor. 1. §. 319.). Dat ergo alteri paciscentium iustam causam belli (§. 362.). &c.

§. 427.

*Quando
pacta pu-
ra &*

Ex quibus immediate sequitur, si pactum est purum, promittentem celebrato pacto statim

tim obligatum esse, vt promissa praestet; si vero conditionatum, eiusmodi obligationem demum oriri, si euentus ille futurus incertus existens factus (§. 424. 425. 419.).

conditio-
nata ad
implemen-
da.

SCH. Quod applicari potest ad casus, quibus pacifcentes vel in diem vel ex die pacifcuntur.

§. 428.

Iura dicuntur temporaria, quae alicui ad tempus competunt, perpetua vero, quae citra restrictionem ad certum tempus alicui competunt.

Quomo-
do de iu-
ribus
tempora-
riis cum
aliquo
pacifci
possimus.

COR. I. Iura ergo temporaria ad τὸ nostrum non perpetuo referri possunt.

COR. II. Quicquid non ad τὸ nostrum pertinet, de illo etiam cum altero non pacisci possumus (Cor. 3. §. 415. & Cor. 5. §. 394.). Ergo, quoniam iura temporaria non perpetuo ad τὸ nostrum pertinent (Cor. 1.), de eiusmodi etiam iuribus non ita cum altero pacisci possumus, vt perpetuo in τὸ suum alterius transferatur.

§. 429.

Paetum, quo alter obligatur ad nostra negotia, quae ipsi commissimus, expedienda, dicitur mandatum, & ille, qui hac ratione obligatus est, mandatarii nomen accepit.

De man-
dato &
manda-
tario.

COR. I. Negotia ergo, quae mandatarius intuitu mandantis expedit, illi a mandante commissa esse debent. Et hoc caractere mandatarius ab eo, qui negotia gerit, distinguitur, est enim *negotiorum gestor*, qui negotia alterius sibi non commissa expedit. Vide Cor. Cor. §. 401.

COR. II. Mandatum est paetum. Datur ergo in mandatario obligatio paetitia, & in mandante ius paetitium, i. e. ius mandatarium cogendi ad ea expedienda negotia, quae mandatario commisit (§. 120.).

COR. III. Si ergo mandatarius, qua talis, officio suo non

non

non satisfacit, mandantem laedit (§. 325. Cor. 2.) atque ideo huic dat iustam causam belli (§. 362.) &c. Omnia, quae de pacto huc vsque explicata, ad mandatum, pacti speciem, accommodari posse, patet.

§. 430.

Quomodo ea imputanda, quae ex mandato oriuntur.

Mandatarius est eorum, quae expedit, negotiorum sibi commissorum causa efficiens, mandans vero causa moralis (§. 178.). Huius ergo actionis consecutaria magis mandanti quam mandatario imputanda sunt (§. 217. Cor. 2. Propos. XII.). Ponamus vero mandatarium negotia sibi non commissa expedire, hac ratione non ut mandatarius spectari poterit (§. 429. Cor. 1.). Ergo & consecutaria, quae hisce ex actionibus profluunt, mandanti imputari nequeunt (§. 213.).

COR. Mandans est actionis mandatarii causa moralis. Quamobrem, eum fieri possit, ut causa moralis actionem per alium producat (§. 178.) iuri etiam naturali, per mandatarium agere, non repugnat.

SCH. I. *Reflectamus in praelectionibus ad verba GUNDLINGII in I. N. G. Cap. XI. §. LIII. an pro tertio aliquis possit sine mandato acceptare? paulo difficilior inspectio est. Nam licet negotium alterius te gessisse dicas, semper tamen exceptio obstabit: tua non interest. Vnde clare videtur ostendendum esse 1) tua interesse 2) alterum consulto ac fixo animo promississe, atque te itidem consulto ac determinata ratione acceptasse. Qui enim ἐν παρῶδο aliquid enuntiat, & se daturum, aut facturum, intuitu tertii, generatim affirmat, nondum ius acceptandi fixum cuiquam permittit, aut defert.*

SCH. II. *Notentur in praelectionibus quaestiones 1) an quis aliis ius vel obligationem sine mandato acquirere? 2) an quis pro se & suis heredibus renuntiare possit?*

§. 431.

§. 431.

Qui promittit, ille affirmat se velle alteri aliquid præstare (§. 394.), qui affirmat se velle alteri aliquid præstare, ille exhibet signa, ex quibus cogitata ipsius colligenda. Fieri ergo potest, vt promittens suas promissiones contestationibus confirmet, (§. 383.).

Promissa
contestatio-
nibus
confir-
mari
possunt.

COR. I. Promissa sunt seruanda (§. 404.), Contestationes sunt voces, quibus sinceritatem nostram declaramus (§. 383.), duplici ergo ratione, vt promissiones contestationibus confirmatas seruemus, obligati sumus (§. 74. 81.).

COR. II. Obligatio duplex maior est obligatione simplicis (§. 82.), magis ergo obligamur, vt promissiones contestationibus confirmatas, quam quæ, contestationibus non confirmatae sunt, seruemus.

§. 432.

Contestationum species est iuramentum (§. 384.), fieri ergo & potest, vt promissiones iuramentis confirmemus (§. 431.).

E. &
confir-
mari
possunt
iurame-
tis.

COR. I. Ex quo patet, ex iis, quæ in superioribus de promissionibus (§. 394. seqq.) & iuramentis (§. 384. seqq.) explicauimus, permulta etiam hic inferri posse consecraria, quæ naturam promissionum iuramentis confirmatarum, clariorem reddunt.

COR. II. Iuramentum est contestatio, qua ad vindictam diuinam sub conditione falso loqui prouocamus (§. 384.), qui ergo promissionem iuramentis confirmat, ille ad poenam diuinam sub conditione violationis promissionis prouocat.

COR. III. Promissio iuramento confirmata, noua obligationi ad promissa seruanda accedit obligatio (§. 413. Cor. 1.). Ex quo sequitur, eiusmodi iuramentum, si non rite formatum, ab obligatione ad promissionem seruandam nos non liberare (§. 404.).

§. 433.

§. 433.

Quibus
aeterna-
tue pro-
mittitur.

Concipimus ex Cor. 2. commatis praecedentis promissionis alternatiuae speciem. *Alternatiue* enim si *promitto*, nisi rem promissam praestem, aliud quid me velle praestare vel pati, affirmo.

§. 434.

Quid iuramentum
iuramentum
promissorium
& assertorium.

Iuramenta, quibus promissiones corroborantur, dicuntur *promissoria*. Iuramenta vero, quibus tantummodo nos vera dixisse confirmamus, *assertoria* vocantur.

C.O.R. Potest quis per mandatarium promittere (§. 429.), mandatarius personam mandantis repraesentat (§. cit.), ergo & per mandatarium iurare possumus. Et hoc respectu, *alter in alterius animam iurare* dicitur. Quae ergo de mandatario §. cit. sq. dicta, etiam hic accommodari possunt.

SCH. *Sunt quidem, qui cum GVNDLINGIO (a) omnia iuramenta ad promissoria reducunt, ad bonum vero sententiam accedere non possumus, quoniam iuramentum credulitatis atque calumniae obstant. Ad iuramenta promissoria referri etiam potest iuramentum, quod nostro idiomate dicitur die Vbrfede, & iuramentum malitiae &c.*

(a) I. N. G. Cap. XVII. §. XX.

§. 435.

Quid relaxatio
iuramenti
& quando
non necessaria.

Promissa (valida sc. Cor. 1. §. 404.) sunt seruanda (§. 404.), iuramento assertorio promissiones corroborantur (§. 434.), ergo & promissiones, quae iuramento corroborantur, seruare debemus. Ponamus vero promissionem inuvalidam iuramento corroboratam esse, iuramentum etiam omnem amittet valorem (§. 91.). Actus, quo iuramentum inuvalidum, seu id, quod iuramento corroboratum, minus

nus seruandum declaratur, dicitur *relaxatio iuramenti*. Quoniam *aliquid relaxare* hic idem est, ac efficere, vt in se validum fiat inualidum. Vt ergo iuramentum, quo promissio inualida corroborata est, relaxetur, opus non est.

COR. I. Principia, ex quibus vltima huius commatis propositio deducta, generalia sunt, ergo & generalis haecce inde inferri potest conclusio: *Quicquid in se inualidum est, illud vt relaxetur, opus non est.*

COR. II. Qui promissionem validam iuramento corroboratam non seruat, pro periuro habetur (§. 388.). Ponamus ergo promissionem validam, ab atheo vel falsae religionis cultore iuramento (materialiter spectato Sch. ad §. 386.) corroboratam, ab iisdem non seruari, consequens erit, vt tam atheus, quam falsae religionis cultor pro periuro possit haberi. Vid. Cor. §. 388. & Cor. 1. §. 386. Exemplum infidelis Labanis iurantis in sacris obuium est Gen. XXXI. 51. 52.

COR. III. Promissiones, quae in se inualidae, ex Cor. ad §. 394. cognoscuntur. Eiusmodi ergo promissiones, licet iuramento quodam corroboratae sint, sine omni iuramenti relaxatione inter inualidas referri debent (Cor. 1.).

SCH. Reflectamus in praelectionibus ad canonem Iuris Canonici: Omnia iuramenta seruanda sunt, quae salua conscientia seruari possunt. Qui, licet ab ecclesiae Romanae doctoribus pro valida habeatur regula, a Papis tamen saepissime frangitur, quod actio papae paschalis, quam intuitu imperatoris HENRICI V. suscepit, abunde docet.

§. 436.

Nulla iuramenti relaxatio secundum leges naturales licita nominari potest. Id enim quod iuramento corroboratum, vel legibus naturalibus repugnat, vel non (§. 59. 107.). Si posterius, omnis dispensatio moraliter impossibilis est (§. 137.), ergo & iuramentum, quo

Omnis iuramenti relaxatio L. L. naturalibus repugnat.

quo actio illa corroboratur, inuvalidum declarari non potest (§. 124.), ideoque legibus naturalibus eiusmodi iuramenti relaxatio repugnat (§. 435.). Si prius, opus non est vt relaxetur (Cor. 1. §. 435.). Vt ergo secundum ius naturale nulla iuramenti relaxatio licita sit, consequens est.

SCH. Summa ergo cum ratione doctrina de relaxatione iuramenti vt modus acquirendi concipitur.

§. 437.

Doctrina de promissione iuramento corroborata applicatur ad pacta.

Nullum pactum sine promissione cogitari potest (§. 415.). Sed promissio iuramento potest corroborari (§. 432.). Fieri ergo & potest, vt pacta iuramento confirmentur. Quae ergo §. 431. sqq. euoluta, ad pacta etiam accommodari possunt.

§. 438.

De pacto unilaterali & bilaterali.

Pactum, in quo acceptans nihil re promittit, *unilaterale* dicitur, pactum vero, cui acceptantis repromissio ab altero pacificente efficaciter acceptata inest, *bilaterale* vocatur.

COR. I. Vbi promissio efficaciter acceptata, ibi est pactum (§. 415.). Sed vbi repromissio efficaciter acceptata, ibi etiam est promissio efficaciter acceptata (§. 394.). Ergo & repromissio efficaciter acceptata est pactum. Pacto itaque bilaterali duplex pactum inest.

COR. II. Ex pacto oritur obligatio pactitia & ius pactitium (§. 420.), in pacto ergo bilaterali duplex obligatio pactitia & duplex ius pactitium latet (Cor. 1.).

SCH. Ex iis, quae de pactis hucusque explicauimus, ea facile posse colligi, quae de pacto unilaterali & bilaterali dicenda, manifestum est. Et si satisfactionem vicariam spectemus, iisdem ex principiis etiam pactum *trilaterale* facile deduci poterit. Sed de his satis.

tis. Insequentibus inquiramus in modos, quibus quis ab obligatione pactitia possit liberari.

§. 439.

Si nulla obligatio constituta, etiam non opus erit, ut nos ab obligatione liberemus. Pacto vero iniusto nulla obligatio constituitur (§. 419. Cor. 3.). Opus itaque non est, ut ab obligatione pactitia liberemur, si pactum iniustum non velimus servare.

Libera-
tio ab
obliga-
tione pa-
ctitia in
relatione
ad pa-
ctum in-
iustum
locum
non ha-
bet.

COR. Eadem ex ratione idem valet de pactis, quibus nec promissionis, nec consensus, nec acceptationis debita sunt requisita (§. 394. 397. 399. 407. 399.).

SCH. Hoc ex principio, si ea, quae in sequentibus dicuntur, conferantur, concipi poterit, cur Iurisprudentiae Doctores modos, quibus obligatio pactitia tollitur, in eos, quibus eiusmodi obligatio ipso iure, & quibus ope acceptationis tollitur, distinguant. vide §. 420.

§. 440.

Si quidam de aliqua re ad certum obtinendum finem paciscuntur, tam obligatio, quam ius pactitium, existente illo fine, cessare debet. Paciscuntur enim ad certum obtinendum finem: ratio ergo pacti in fine illo obtinendo ponitur (§. 103.). Cessante ratione, cessat etiam id, quod per eam est. Ergo & existente hoc fine, pactum illud ut cesset, necesse est. Sed ubi nullum pactum, ibi nec obligatio pactitia, nec ius pactitium concipi poterit (§. 420.). Ergo & existente illo fine tam obligatio pactitis, quam ius pactitium cessare debet.

Modus
aliquem
liberan-
di ab
obliga-
tione pa-
ctitia est
existen-
tia finis,
cuius
intuitu
pactum
celebra-
tum est.

COR. Iusta ergo est regula: *Pacta tamdiu stringunt, quamdiu rationes eorum valent.*

§. 441.

Item impos-
sibilitas con-
ditionis.

Si in pacto conditionato conditio impossibilis est, tam obligatio pactitia, quam ius pactitium cessat. Cessante enim conditione, cessat pactum conditionatum (§. 425.). Dum ergo conditio sit impossibilis, etiam pactum, ideoque obligatio pactitia & ius pactitium cessare debet (§. 420.).

COR. I. Si quidam de aliqua re ad certum obtinendum finem paciscuntur, pactum illud ut conditionatum concipi potest (§. 425.). Penam itaque, fieri non posse, ut finis propositus obtineatur, consequens erit, ut tam conditio adiecta sit impossibilis, quam ut obligatio pactitia atque ius pactitium cessare debeat.

COR. II. Morte ergo, ut & mutatione status ab obligatione pactitia liberari possumus. Notare tamen velis, 1) impossibilitatem illam tam physice quam moraliter spectandam esse. 2) Divisionem pactorum in personalia & realia.

§. 442.

Item remissio
iuris pactiti.

Qui ius suum, qua tale, remittit, hoc factum neminem laedit. Qui enim ius suum, qua tale remittit, ille declarat, se nolle iure suo uti (§. 355.), qui vero declarat, se nolle iure suo uti, ille tandummodo ea, quae ad $\tau\acute{o}$ suum pertinent, proprium ad commodum non dirigit (§. 278. 277.). Qui vero ea, quae ad $\tau\acute{o}$ suum pertinent, proprium ad commodum non dirigit, alios in possessione atque usu eorum, quae ad $\tau\acute{o}$ suum pertinent, hoc facto non turbat. Eo ergo ex facto, quo quis ius suum, qua tale, remittit, quod alios laedat, inferre non possumus (§. 325.).

COR. I. Ius pactitium ad iura nostra acquisita pertinet (§. 420. Cor.), a remissione igitur iuris pactitii ad laesionem non valet consequentia. Salvis ergo officiis

officiis perfectis ius nostrum pactitium remittere possumus (§. 325. Cor. 2.).

COR. II. Vbi nullum ius pactitium, ibi nec pactum, nec obligatio pactitia poni potest (§. 420.). Si ergo alter paciscentium ius suum pactitium remittit, etiam alter ab obligatione pactitia liberatur.

COR. III. Pactum bilaterale mutuo consensu solui posse, iisdem ex principis immediate sequitur (§. 438. Cor. 2.). Et huc spectat regula iuris (a): *nihil tam naturale est, quam ut res eodem modo dissolvatur, quo constituitur.*

SCH. Reflectamus tamen ad casum, quo leges prudentiae, legibus posterioribus pactum semel contractum indissolubile effici, suadent. Quod ad matrimonium applicandum est. Dicatur in praelectionibus vom Reu-Kauff.

COR. IV. Ponamus alterum paciscentium ius suum non remisisse, alter ut obligationi suae pactitiae satisfacias, perfecte tenetur (§. 419. & Cor. 1.). Pactum ergo bilaterale alterutrius partis perfidia non tollitur (§. 438. & Cor. & §. 419.). Quod GROTII (b) atque PUFFENDORFII (c) principis opponimus. Interim veritas regulae: *recedente uno a pacto etiam alter recedere potest, non destruitur, si modo hoc recedere posse ita explicatur, ut in alterius paciscentium libertate his sub circumstantiis sit positum, utrum obligationi suae pactitiae velit satisfacere, nec ne.*

(a) L. 35. ff. de reg. iur.

(b) L. B. P. L. III. c. XIX. §. 14.

(c) I. N. & G. L. V. cap. XI. §. 9.

TIT. III.

DE IVRE IN RE ET PRAESERTIM DE IVRE DOMINIORVM.

§. 443.

Dispositio est voluntatis declaratio, quid fieri vel non fieri quis velit. Quid dispositio.

P 3

§. 444.

§. 444.

De eo
quod ad
τὸ me-
um per-
tinet, pro
arbitrio
meo di-
spon. re
possum.

Quicquid ad τὸ nostrum pertinet, de illo etiam in foro externo, quatenus ad τὸ nostrum pertinet, pro arbitrio proprio disponere possumus. Quatenus enim aliquid ad τὸ nostrum pertinet, eatenus non pertinet ad τὸ suum alterius (§. 324.), dum ergo, quid cum eo, quod ad τὸ nostrum pertinet, fieri vel non fieri velimus, declaramus, neminem laedimus (§. 325.). Atque ideo cum eo, quod ad τὸ nostrum pertinet, in foro externo pro arbitrio proprio disponere possumus (§. 325. Cor. 2. & §. 443.).

§. 445.

Inde ori-
tur do-
minium.

Quatenus itaque de re quadam pro arbitrio proprio disponere possumus, licet neminem laedamus, idem ad faciendum in foro externo habemus *ius* (§. 151.), quod dicitur *ius in re*. Res itaque, in qua ius habemus, ens aliquod existens esse debet. Quare, cum in ente existente essentiam eius existentem, quae a Iurisprudentiae Doctoribus *substantia* vocatur, & ea, quae per eiusmodi entia possibilia atque fieri possunt, quae *entis consecutaria* dicuntur, distinguere debeamus, consequens est, ut ius in re sit vel *ius in entis substantia*, vel *ius in entis cuiusdam consecutariis*. Ius in entis cuiusdam substantia, seu ius de substantia entis pro arbitrio proprio disponendi vocatur *dominium*. Est itaque dominium species iuris in re.

COR. I. Ius est facultas (§. 151.). A facultate ad actum non valet consequentia. Ergo & fieri potest, ut quis habeat dominium, licet exercitium iuris aliqua ratione sit restrictum. Hic ergo spectare debemus diui-

diuisionem iuris in actu primo atque secundo considerati. vide GROTIUM Lib. I. Cap. III. §. 24.

COR. II. Simul inde patet, obuium ens nostro in dominio esse, quod ad rō nostrum pertinet, & ens, quod ad rō nostrum pertinet, esse in dominio nostro (§. 444.).

COR. III. Causas ergo, quibus ens aliquod a nobis diuersum in rō nostrum recipere possumus; sunt etiam causas, quibus dominium constitui potest (§. 270. sqq. 393.).

COR. IV. Et facile ex Cor. I. percipimus, quid sint res alienae propriis seu nostris oppositae, res communes, & communio honorum.

§. 446.

Quatenus habemus ius in entis consecrariis, aut de entis cuiusdam consecrariis ad certum solummodo scopum pro arbitrio proprio disponere possumus, aut fieri potest, vt de eiusdem consecrariis ad quemcunque scopum pro arbitrio proprio disponamus. Prius dicitur *ius vtendi*, & posterius *ius fruendi*, ius rei substantiam destruendi vocatur a nonnullis *ius abutendi*.

Quid v-
sus fru-
tus, abu-
sus, &
substan-
tia rei.

COR. I. Quibus ex notioibus immediate sequitur, nec ius vtendi, nec ius fruendi ius abutendi continere.

COR. II. Hinc etiam vsum rei ab eius abusu ita distinguunt IGTI., vt *vtamur re*, salua eius substantia, *abutamur* vero disperrendo rem & fructum. vid. III. HEINECCIUM Elem. Iur. Ciu. §. 415.

§. 447.

Domino competit ius de ente, quod in dominio suo est, suo pro arbitrio disponendi (§. 445.), habet ergo quoad ens, quod in dominio suo existit, ius vtendi, fruendi & suo modo abutendi (§. 446. 443.).

Domino
competit
ius, re
sua vten-
di, fruendi
& a-
butendi.

COR. I. Quo igitur ente non vti, frui & abuti possumus, id etiam non est in dominio nostro. Quod accommodari potest ad controuersiam de maris dominio superiore saeculo agitatum. De qua in primis agunt GROTIUS in tr. *de mari libero*, CORNELIUS VAN BYNCKERSHOEK in tr. *de dominio maris* & SELDENVS in tr. *de mari clauso*.

COR. II. Qui iure suo vititur, neminem laedit (§. 336.). Ergo & dominus re sua utens, fruens & abutens hac ratione neminem laedit. Recte igitur dicitur, in statu naturali dominum nemini nisi Deo & conscientiae de vsu rerum suarum respondere teneri.

§. 448.

Vt & ius
quem-
cunque
non-do-
minum
ab vsu
rei suae
exclu-
dendi.

Quatenus quis habet ius in re, eatenus etiam habet ius, quemcunque alium ab eiusmodi rei vsu excludendi. Quatenus enim quis habet ius in re, eatenus etiam habet ius de eadem suo pro arbitrio disponendi (§. 445.). Ergo & ius alios ab eiusmodi rei vsu ea ratione, qua in eadem habet ius, excludendi (§. 443. coll. §. 94. Cor.).

COR. Requiritur inde, 1) dominum habere ius, alios ab vsu substantiae atque consecrariis eius, quod suo in dominio existit, excludendi 2) eum, qui habet ius fruendi, habere ius alios ab vsu consecratorum eius, in quo habet eiusmodi ius, excludendi. &c. &c. (§. 445. (q.)).

§. 449.

Vt & ius
possiden-
ti.

Ipsam rei detentionem, cum animo eam habendi, possessionem appellare, mos est.

COR. Ab rei detentione cum animo eam habendi ad possessionem valet consequentia. Sed dominus rem suam cum animo eam habendi detinere potest (§. 448. Cor.). Ergo & cum dominio ius possidendi connexum est. Idem etiam ius cum quocunque iure in re connexum esse, si nimirum alia ratione eiusmodi ius non possit exerceri, eadem ratione ex Cor. cit. colligitur.

§. 450.

§. 450.

Rem, in qua habemus ius, ab alio possessam repetere, idem est ac eam *rem vindicare*, quatenus terminus significatione generaliori sumitur.

Vt & ius rem suam vindicandi.

COR. I. Qui ergo rem aliquam vult vindicare, is demonstrare tenetur, eum aut huius rei dominum esse, aut ius, quod in eadem habet, alia ratione non posse exercere (§. 445. sq.).

COR. II. Ex quo patet 1) Domino, quoniam habet ius alios ab usu substantiae eius, quod suo in dominio existit, excludendi (§. 448. Cor.), competere ius, rem suam a quocunque possessore vindicandi (§. 449. Cor.). 2) Idem ius vindicandi certa etiam sub determinatione habere quemcunque, qui eadem in re habet ius (§. 449. Cor.).

§. 451.

Actus, quo efficitur, ut id, quod nostrum est, fiat alterius, dicitur *rei alienatio* seu *translatio eius, quod nostrum est*.

Item ius rem alienandi.

COR. I. Nemo ergo aliquid alienare potest, nisi quod ad rem suam pertinet. Et quatenus aliquid ad rem nostram pertinet, eatenus etiam idem alienare possumus (§. 444.).

COR. II. Quare, cum domino etiam competat ius de ipsa rei substantia suo pro arbitrio disponendi (§. 445.), ius ipsam rei substantiam alienandi, dominii consecrarium est.

COR. III. Solum vero dominum habere ius, rem etiam quoad substantiam alienandi, ex iam dictis facile concipitur.

§. 452.

Domino competit ius rem suam alienandi (Cor. 2. §. 451.), & suo pro arbitrio de eadem disponendi (§. 445.). Ergo & fieri potest, ut dominus rem suam in alium solummodo

Quid usufructuarius & proprietarius.

do quoad vsum, aut solummodo quoad fructum transferat (§. 446.). Ille, in quem dominus tantummodo vsum rei suae transtulit, dicitur *vsuarius*, in quem vero vsum fructum transtulit, *vsufructuarius* appellatur. Et in utroque casu dominus *propriarii* accepit nomen.

COR. I. Nec vsum nec vsum fructus rei substantiam afficiunt (§. 446. Cor. 1.), ergo nec vsuarius nec vsufructuarius re illa alia ratione vti vel frui possunt, quam salua illius substantia fieri potest. Re itaque illa abuti nequeunt (§. 446. Cor. 2.).

COR. II. Quicumque non habet ius re abutendi, non est dominus (§. 447.). Ergo nec vsuarius nec vsufructuarius sunt rei domini (Gor. 1.). Ex quo sequitur, vt *ius re utendi & fruendi formale a iure re utendi & fruendi causali*, quod soli domino competit (§. 445. sqq.), sit distinguendum.

COR. III. Et ita concipimus, cur nec vsuarius nec vsufructuarius domini proprietatem nanciscantur. Ius ipsam rei substantiam suo pro arbitrio vindicandi est proprius domini effectus (§. 450.). Ergo nec vsuarius nec vsufructuarius competit ius, ipsam rei substantiam vindicandi, si alia ratione ius illis concessum exercere possunt (§. 450. Gor.).

§. 453.

Seruitus
quid.

Nec vsuarius nec vsufructuarius habet ius, de ipsa rei substantia suo pro arbitrio disponendi. Sed iis tantummodo concessum est ius ex re alterius vtilitatem quandam capiendi (Cor. 1. sqq. §. 452.). Concipimus ergo iura in re aliena ad vtilitatem quandam alicui concessa, quae *seruitutes* vocantur. Conceditur hocce ius vel personae, vel rei possessoribus, si prius, seruitus dicitur *personalis*, si vero posterius, *realis*.

COR.

COR. I. Patet inde, inter seruitutis personalis species etiam vsus & vsusfructus referri posse.

COR. II. Et quoniam seruitus est ius in re aliena alteri ad utilitatem quandam concessum, sequitur 1) ut nemo possit in re propria seruitutem habere, 2) ut illi, qui sibi in re aliena seruitutem acquisiuit, non competat ius de ipsa rei alienae substantia suo pro arbitrio disponendi.

§. 454.

Quicquid in dominio nostro existit, id etiam ad *res* nostrum pertinet (§. 445. *COR. I.*).
 Ex quo sequitur

Nonnulla ex iure domini consecretaria.

I. Ut ille, qui alterum in vsu atque possessione eius, quod ipse in dominio existit, turbat, dominum laedat (§. 325.).

COR. Atque ideo domino det iustam causam belli (§. 362.). Quae ergo in capite de Iure necessitatis & belli explicata, hic etiam applicari possunt.

II. Ut dominus ad transferendum rerum suarum dominium non possit cogi (*COR.* 2. §. 325.).

COR. Qui ergo dominum ad transferenda ea, quae in dominio suo existunt, cogit, ille dominum in possessione eorum, quae ad *res* suum pertinent, turbat (§. 278.), ideoque dominum laedit (§. 325.), & ita illi dat iustam belli causam (§. 362.).

SCH. Notare velis, in collisione fieri posse, quod, in se illicitum est.

§. 455.

Domino competit ius rem suam alienandi (*COR.* 2. §. 451.). Sed nemo dominum cogere potest, ut rem suam alienet (§. 454. pr. II.). Tantum igitur in alterum transfertur, quantum is, qui alienat, transferre voluit. Fieri ergo potest, ut dominus rem suam alienans omne

Quid dominium plenum & minus plenum.

omne suum ius, quod in re alienanda habuit, simul transmittat, vel ius aliquod in re alienanda sibi referuet, quo nimirum iura alterius in actu secundo restringere potest. Ex quo concipitur diuisio domini in *plenum* seu *absolutum*, & *minus plenum* seu *restrictum*.

§. 456.

Quod vel
directum
vel vtile.

Si dominus rem suam ita in alterum transfert, vt eiusmodi ius in re alienanda sibi referuet, *dominus* ille dicitur *directus*, & is, in quem ea ratione rem suam transtulit, *domini utilis* accepit nomen. Priori etiam respectu dominium vocatur *directum*, posteriori vero *utile*.

§. 457.

Dominus
utilis est
verus do-
minus.

Dominus utilis est verus dominus. Ipsa enim res sub circumstantiis §. 456. determinatis alienata in re suam domini utilis translata est (§. 456.). Ergo & domino utili competit ius de ipsa rei alienatae substantia suo pro arbitrio, licet quoad actum secundum aliqua ratione restricto, disponendi (§. 444.), atque ideo verus huius rei alienatae dominus nominari potest (§. 445.).

COR. I. Quae ergo iura §. 446. - 451. de domino demonstrata sunt, domino etiam utili, quoad actum tamen secundum aliqua ratione restricta, competunt.

COR. II. Vsufructuarium & vsuarium non esse dominum utilem, inde immediate sequitur (§. 452. Cor. 3). Vid. PAULI FRANCISCI ROMANI Diss. de dominio restricto Lips. A. 1679.

COR. III. Ponamus vero, dominum utilem re tradita ita vti, vt vsu illo ius, quod dominus directus sibi referuauit, violet, tunc dominum directum laedit (§. 325. 278.), ideoque mala hoc ex vsu orta ad damna referenda sunt (§. 330.), ergo & domino dire-

directo dat ius, illum, vt damna praestet, cogendi (§. 334.), atque ideo iustam belli causam (§. 362.) &c.

COR. IV. Quod mutatis mutandis etiam ad eos accommodari potest casus, quibus dominus directus iure sibi reseruat alia ratione utitur, quam salua illa constitutione, qua reseruat est, fieri potest.

§. 458.

Dominus directus, rem suam in dominum vtilem transmittendo, varia ratione ius ali- Variae
dominii
minus
pleni
species. quod in re alienanda sibi reseruare potest (§. 456.) vid. §. 446. sqq. Innumerae ergo species domini minus pleni cogitari possunt. Quoniam vero, quod circa eas in foro naturali iustum est, ex generalibus hucusque explicatis, si modo per casus obuii naturam magis determinantur, immediate intelligi potest, non opus habeo, vt de illis pluribus hic dicam.

SCH. I. Quamuis innumerae domini vtilis esse possint species, tamen *feudum*, *ius emphyteuticum*, & *ius superficiei* apud plerasque gentes notissimae huius domini sunt species. quarum notiones vt breuissimis hic in scholiis exponam, necessarium esse iudico.

SCH. II. Si dominus directus rem suam in alterum hac sub conditione transmittit, vt dominus vtilis illi fidelitatem praestare debeat, *dominium* hoc *vtile* dicitur *feudum*, cuius intuitu dominus directus per excellentiam *dominus*, dominus vero vtilis *vasallus* vocatur.

SCH. III. Fieri etiam potest, vt dominus directus rem suam sub lege annuae pensionis (seu vt cum Ictis loquar, canonis annui) in recognitionem domini ipsi praestandae in alterum transferat, & tunc *dominium* vtile dicitur *Emphyteusis*, cuius respectu dominus vtilis *Emphyteuta*, dominus vero directus *emphyteuticarius* appellatur. Exemplum vid. Gen. XLVII. 26. lqq.

SCH.

SCH. IV. Si tandem domino directo salarium ali-
quod pro superficie in solo sibi reservato a domi-
no utili praestari debet, ius *superficiæ* oritur, &
tunc dominus directus *dominus* per excellentiam,
dominus vero utilis *superficiarius* dicitur. vid. III.
HEINECCIUM I. N. G. L. 1. cap. X. §. 281.

SCH. V. Sed uberoiorem harum dominii utilis specie-
rum explicationem, ex superioribus facillime quoad
generalia hauriendam hic mittimus, & quaeramus
modos in foro naturali acquirendi atque amittendi
iura in re & praesertim rerum dominia.

TIT. IV.

DE MODIS ACQUIRENDI IVRA IN RE ET PRAESERTIM DOMINIA ORIGI- NARIIS.

§ 459.

Quae in
dominio
nostro
existunt,
& omnia
iura
quae in
re habe-
mus, per-
tinent
ad rō
nostrum
acquisi-
tum.

*Omne ius, quod habemus in re a nobis di-
versa, ergo & dominium ad rō nostrum acquisi-
tum pertinet.* Omne enim ius, quod in re ha-
bemus, ergo & omne, quod habemus, domi-
nium pertinet ad rō nostrum (§. 278.), quo-
niam vero nec ex illarum rerum natura, nec
ex nostra natura concipi potest, cur hae et
non potius aliae res in nostro, & non potius
in alieno existant dominio, & cur in hac &
non in alia quadam re nos & non potius alii
habeant ius (§. 451. Cor. 2.), consequens est,
vt iura, quae in re a nobis diversa habemus,
ideoque dominia nostra, non ad rō nostrum
connatum referri possint (§. 327.). Pertinent
ergo ad rō nostrum acquisitum.

COR. Sine facto quodam nil acquirere possumus (§.
327.). Ergo & in foro naturali nihil remanet, quam
factum aliquod, vnde modum acquirendi dominium
atque ius in re a nobis diversa concipere possu-
mus. vid. KORHLERI I. N. §. 1501.

§. 460.

§. 460.

Omnis res, quam ponere possumus, est vel eiusmodi, vt quis habeat ius de eadem suo pro arbitrio disponendi, vel non. Si hoc, aut quis habet ius ab eius vsu alios excludendi, aut non. Si primum, dicimus, *eiusmodi rem esse in alicuius potestate*, si secundum, *res vocatur iacens*, & si vltimum, *rem esse nullius* a Doctoribus affirmatur. Omnis itaque res aut est nullius, aut non. Ex quo patet, rem, in qua quis sibi vult acquirere ius, aut esse rem nullius, aut non. Si prius *acquisitio* dicitur *originaria*, & si posterior *deriuatiua*. vide GROTIUM in I. B. & P. Lib. II. cap. III. §. 1. sqq.

Quid
modus
acqui-
rendi
origina-
rius &
deriuati-
uus.

SCH. Ex rei iacentis explicatione manifestum est, eam esse rem certa in relatione consideratam, atque ideo fieri posse, vt res in se nullius certa in relatione sit res iacens. Huius rei diuisionis ope de permultis maximi momenti controuersis eoque de hereditate, de iure venandi &c. nos posse con-
stituire, deinde explicanda abunde docebunt.

§. 461.

Omne ius, quod in re quadam a nobis diuersa habemus, mediante facto quodam acquisitum est (§. 459. Cor.). Hocce vero factum eiusmodi esse debet, vt rationem sufficientem, ex qua, cur illo producto ius in re sit acquisitum, intelligi possit, contineat (§. III. Ph. pr.). Ex quibus colligimus, vt, ius in re acquisitum esse, demonstraturus indicare debeat primo factum, quo eiusmodi ius acquisiuit, & deinde eiusmodi factum continere determinatae acquisitionis rationem sufficientem. Ratio haecce est *caussa* acquisitionis iuris in re *remota*,

Sine ti-
tulo ae-
que mo-
do ac-
quirendi
nemo ius
in re
quadam
habere
potest.

ta, factum vero illud eiusdem acquisitionis *caussa proxima* dicitur. *Causa* acquisitionis iuris in re remota vocatur *titulus*, proxima vero *modus acquirendi*. *Ius itaque in re, quadam constitutum esse, sine titulo atque acquirendi modo concipi nequit.*

COR. I. In titulo est ratio sufficiens, cur ille, qui hoc vel illud commisit factum, ius in re quadam a se diversa sibi acquisierit. Et ex modo acquirendi concipitur factum, quod eiusmodi ius sit acquisitum. Omnis ergo demonstratio, quae ius in re quadam acquisitum esse, probat, sequenti absolvitur Syllogismo.

Qui hoc vel illud produxit factum,
ille est huius rei dominus.

Atqui **TITIVS** hoc vel illud produxit factum,
E. TITIVS est huius rei dominus.

COR. II. Quo ex Syllogismo ratio concipitur, cur *titulus* *caussa iuris*, & *modus acquirendi* *caussa facti* dicatur.

COR. III. Si illo in Syllogismo propositio maior rationem insufficientem de iuris in re acquisitione contineat, *titulus* erit insufficientis, qui a Doctoribus vocatur *titulus iniustus*. Ex quo patet, necesse esse, ut *titulus*, quo, ius in re acquisitum esse, demonstrari debet, sit *iustus*.

§. 462.

Quid occupatio.

Quicquid volumus & facere possumus, id fit existens. Si itaque rem nullius in $\tau\delta$ nostrum recipere volumus, atque in $\tau\delta$ nostrum recipimus, consequens est, ut eiusmodi res inter ea, quae ad $\tau\delta$ nostrum pertinent, referri debeat. Eiusmodi rei nullius apprehensio cum animo eam nobis propriam habendi, dicitur *occupatio* (a).

COR.

COR. I. Occupatio igitur requirit

1. vt res, quae occupatur, sit nullius, i. e. in potestate alterius non existens.
2. vt occupans rem occupandam in τὸ suum recipere velit, atque recipiat.

COR. II. Ex quo patet, nec solum animum ad rem occupandam (b), nec solam apprehensionem sine animo rem sibi propriam habendi, ad occupationem sufficere. Prius cum vulneratione ferae illustrari potest.

COR. III. Si quis rem nullius eo animo apprehendat, sensu generaliori dici poterit, eandem rem ab illo esse acceptatam (§. 409. Cor.). Quae ergo §. 411. sqq. de acceptatione mediata & immediata dicta, si generaliter sumuntur, ad apprehensionem etiam, de qua hic loquimur, accommodari possunt.

SCH. Notare tamen velis, hanc occupationem ab occupatione bellica, de qua infra, distinguendam esse.

(a) L. 1. §. 1. ff. de acquir. vel am: poss.

(b) §. 19. Inst. d. R. D. & L. 55. ff. h. t.

§. 463.

Occupatio eaque sola est iustus modus acquirendi dominium originarius. Qui enim rem occupat, rem, quae in potestate alterius non existit, cum animo eam sibi propriam habendi, apprehendit (§. 462.). Salvis ergo officiis erga alios perfectis (Cor. 2. §. 325.) id, quod occupat, in τὸ suum recipit (§. 277.). Ergo fit huius rei dominus (Cor. 1. §. 445. vide §. 462.). Ex quo abunde sequitur, vt occupatio sit iustus modus acquirendi dominium originarius (§. 460. & 155.). Q. e. p.

Sola occupatio est modus acquirendi dominium originarius.

Originarius acquirendi modus requirit, vt res acquirenda in nullius potestate existat (§. 460.). Quicquid igitur hoc modo acquiruntur,

ritur, ab alio non potest accipi. Quoniam porro nulla res a nobis diuersa natura in potestate nostra existit (per dem. ad §. 459.), sequitur, alium acquirendi modum originarium non posse cogitari, quam quo rem nullius cum animo eam nobis propriam habendi apprehendimus, ideoque solam occupationem esse iustum acquirendi modum originarium (§. 462.). Q. e. a.

COR. I. Rei ergo occupatio iustum dat titulum dominum constituentem, & nemo iusto gaudet dominii rei, quae fuit nullius, titulo, nisi qui rem occupauit (§. 461. Cor. 1.).

COR. II. Res, quae non existit, est nullius. Qui creat, rem non existentem existentem reddit. Ergo & manifesta est ratio, cur creatio modus acquirendi rerum dominia originarius, isque necessarius, dici possit. Deus itaque est omnium rerum, quae existunt, dominus absolutissimus. Et ita nouum habemus fontem, ex quo iura dei in creaturis, officiaque creaturarum erga deum haurire possumus. Sed de hoc forsan alio tempore. vide interim §. 10. sqq. sqq. Ciu. Dei.

§. 464.

Quid
nostrum
occupa-
tium.

Qui rem nullius occupat, fit eius dominus (§. 463. 445.). Recte ergo dicitur, rem nullius cedere occupanti. Quicquid itaque occupauimus, pertinet ad *τὸ* nostrum acquisitum quod hac ex ratione etiam a Doctoribus *τὸ nostrum occupatorium* seu *occupatium* dicitur.

§. 465.

Quidrem
derelin-
quere,
abdicere
& amit-
tere.

Rem derelinquere idem est, ac efficere, ut res, quae in dominio nostro extitit, fiat nullius. Rem vero in dominio suo existentem casu fortuito non detinere, si cum do-

mini

mini voluntate fiat, rem suam *abjicere*, si vero incio atque inuito domino fiat, *rem suam amittere* dicitur.

COR. I. Res ergo derelicta est nullius, quae vero vel abiecta vel amissa, adhuc in dominio existit.

COR. II. Si quis ergo rem derelictam inuenit, eaque ratione, quam §. 462. indicaui, apprehendit, ille rem nullius occupat, atque ita eiusmodi res inuentori cedit (§. 464.).

COR. III. Si rem, quae adhuc in dominio existit, inueniamus, ea domino restituenda erit (§. 454.). Res tantummodo abiecta vel amissa existit adhuc in dominio (*Cor. 1.*). Qui ergo eiusmodi rem inueniat, vt eandem domino restituat, tenetur.

SCH. I. *Atheniensium ergo lex:* Quae non posuisti, ne tolle, non nisi de rebus amissis vel abiectis intelligenda est.

SCH. II. Vt ergo opinio de bonis naufragorum in litus eiectionis, & fisco domini, cui terra paret, addicendis, legibus naturalibus repugnet, facile ex iam demonstratis colligitur. Iustam ergo legem FRIDERICVS Imperator tulit, qua teste SCHORTLEIO de antiquis Germ. iurib. cap. 20. iniustum damnauit morem, quo bona naufragorum retinere litorum accolae non verebantur. vid. BEYERI Specim. iuris germ. L. II. c. VI. & GROTIUM I. B. P. L. II. c. VIII. §. 1.

§. 466.

Manifestum ex iam dictis est, solam rei inuentionem nec esse iustum acquirendi modum, nec iustum, acquisitionis titulum nos ex eadem posse deducere (§. 461. & *Cor. 3.* §. 465.). Inuentio itaque non est rei occupatio (§. 463. *Cor. 1.*), atque ideo dici nequit, quod sit modus acquirendi dominium originarius (§. 463.).

Inuentio non est modus dominium acquirendi originarius.

Q₂

COR.

COR. Si quis itaque dominium de re, quam inuenit, velit acquirere, necesse erit, vt ad inuentionem aliquid accedat, ex quo eiusmodi acquisitionis titulus inferri possit.

§. 467.

Res, cuius dominus non constat, habetur pro nullius.

Res, cuius dominus ignoratur, (ignorantia scilicet inuincibili), iure habetur pro re nullius. Ignorantia enim inuincibilis nulla gaudet moralitate (§. 117.), quicquid ergo ex ignorantia inuincibili agimus, inter moraliter mala, ideoque inter ea, quae legibus moralibus repugnant, referri nequit (§. 107.). Dum quis ergo rem, cuius dominum ignorantia inuincibili ignorat, cum animo eam sibi propriam habendi apprehendit, hoc facto neminem laedit (§. 325. Cor. 2.), atque adeo eiusmodi res pro re, quae in potestate alterius existit, haberi nequit (§. 454.), ipso ergo iure pro re nullius haberi potest.

COR. I. Iisdem ex principiis propositio haecce generalior deduci potest; *Non esse & non apparere in sphaera iuris pari passu ambulant.*

COR. II. Si itaque inuentori innotescere nequit, quoniam sit rei inuentae dominus, consequens est, vt eiusmodi res inuentori, si nimirum eandem occupat, cedat (§. 465. Cor. 2.).

COR. III. Ponamus vero, aliquem inuenire rem, cuius dominum quidem ignorat, attamen ita, vt ignorantiam illam euitare possit, fieri non potest, vt rem illam inuentam pro re nullius habeat. Si ergo de re illa inuenta suo pro arbitrio disponeret, dominum in eo, quod in dominio suo existit, turbabit, ideoque laedet (§. 454.).

COR. IV. Quum vero, qui rem nullius occupat, illius dominus fieri debeat (§. 463.), consequens est, vt, qui rem, cuius dominum non potuit cognoscere, inuepat, & eam cum animo sibi propriam habendi appreh-

apprehendit, in ipso inuentionis articulo eiusmodi rei sit dominus (§. 462.). Ex quo porro sequitur, ut eiusmodi rei inuentor in eadem re iura domini §. 445. seqq. explicata sibi acquisiuerit.

COR. V. Si ergo eiusmodi rei inuentor re illa utitur, fruitur vel abutitur, iure suo utitur (§. 447.), ideoque neminem laedit (§. 336.).

COR. VI. Qui neminem laedit, nemini etiam infert damnum (§. 330.). Quo praemisso ponamus, ex interuallo rei inuentae dominum apparere, necesse quidem est, ut domino, quoniam habet ius, rem suam vindicandi (§. 450. Cor. 2.), restitatur (§. 465. Cor. 3.), si vero eiusmodi inuentor, quem Cor. 2. definiui, rem illam deteriore reddiderit, nulla erit ratio, ex qua, ut domino damnum praestare debeat, possit deduci (Cor. 5.).

COR. VII. Eadem ex ratione etiam deduci potest, inuentorem dictis sub determinationibus non teneri, ut fructus ex re intenta perceptos atque consumptos restituat.

SCH. Ex principiis hisce in Corollariis explicatis factis intelligi potest doctrina de dominio interdictico atque bonae fidei possessione.

§. 468.

In omni re, quae in vniuerso existit, quantum aliquod concipimus. Ergo & in re, quae in dominio nostro existit, quantum aliquod cogitare licet. Quicquid habet quantum, augeri & minui potest. Ergo & fieri potest, ut res quae in dominio nostro existunt, incrementum capiant, ex quo, quid sit *accessio*, abunde intelligimus. Capiunt vero res, quae in dominio nostro existunt, incrementum vel natura, vel industria nostra, vel natura & industria simul, ergo & accessio est vel *naturalis*, vel *industrialis*, vel *mixta*.

Quid accessio eiusque species.

SCH. Ad primam accessionis speciem, foeturam, alluionem, vim fluminis, insulam, aluei derelictionem,

nem, ad secundam specificationem, adiunctionem, confusionem, commixtionem, scripturam, picturam, inaedificationem, ferruminationem, adplumbaturam, ad tertiam tandem implantationem & sectionem referre solent ICti. vid. STRVVI Iuris prudent. forens. Lib. II Tit. .i. Ap. XXXI. fqq.

§. 469.

Si accessio est necessaria dominus rei etiam est incrementorum dominus.

Si ea, quae ad rem in dominio alicuius existentem accedunt, ad eandem ut effectus naturales ad causam naturalem referri possunt, solus rei dominus eiusmodi incrementa iure acquirit. Si enim rei incrementa ad eandem ut effectus naturales ad suas causas referri possunt, iis summa cum ratione annumerantur, quae huius rei fructus atque usus exhibent (§. 446.); Quare, cum domino competat ius re sua utendi atque fruendi (§. 447.), & quemcunque alium non dominum ab usu rei suae excludendi (§. 448.), consequens est, ut solus dominus eiusmodi incrementa iuste acquirere possit.

COR. I. Et ita concipimus speciem occupationis, quae accessoriae nomen accepit, & ex ICtorum sententia ius tralatitium constituit. Est ergo ius tralatitium, quo ea, quae ex re nostra resultant, acquirimus.

COR. II. Huc praecipue referri potest foetura animalium. Foetus ergo cedit domino animalis.

SCH. Vario quidem modo Doctores de foetus animalium domino iudicant. Sunt enim, qui, si de foetus origine non constat, cum VLPIANO (a) partum ventrem tanquam accessorium sequi, affirmant; si vero de utroque parente constat, nonnulli partum cum GVDLINGIO communem pronunciant. Sed placent cogitationes KESTNERI (b), quae facile ad principia revocari possunt: foetus ex vacca productus ad dominum faemellae, non masculi pertinet, eo enim tempore, quo vacca concepit, semen transfusum nec amplius masculini corporis pars est. Sem-

mea proinde in bonis non est, & quamvis in bonis sit, pars tamen matris maternorumque viscerum est, neque hic quaeritur, cuius sit semen, sed cuius sit foetus, natura enim non produxit semen in utilitatem hominum, sed foetum &c.

(a) L. 24. ff. de statu hominum.

(b) I. N. G. Cap. II. §. 16.

§. 470.

Si res quaedam aliena A, de cuius domino constat, ad rem B, quae in dominio nostro existit, natura accedat, res A suo domino manebit. In accessione naturali quaelibet res, si de domino eius constat, manet suo domino. **Quo** niam enim res A ad rem B natura accedit, accessio illa domino non potest imputari (§. 219.), ideoque in domino nulla concipitur voluntas alienandi (§. 213.), ergo manet dominus (§. 454. Pr. 11.) Porro, cum de huius rei A domino constat, res etiam pro nullius haberi nequit, ut ergo domino suo maneat, consequens est (§. 454. Pr. 1.).

SCH. Quod ad vim fluminis, id est, incrementum beneficio fluminis semel & simul adiectum, accommodari potest.

§. 471.

Si res quaedam aliena A, de cuius domino non constat, ad rem in dominio alicuius existentem B natura accedat, accessio illa domino ipsius B non dabit dominium, sed occupandi modo occasionem praebebit. Accessio naturalis rei, de cuius domino non constat, domino rei cui accedit, datur occupandi occasio. Si enim de rei A domino non constat, A pro re nullius iuste habetur (§. 467.), ideoque soli occupanti cedit (§. 464. 463.). Dum vero accessio illa fit natura (per hypoth.), nuda illa accessione dominus rei B rem accessam A non occupavit (§. 462.), ergo nec dominium hac in re sibi acquisiuit. Cum tamen

Q4

ad

ad rem, quae in dominio ipsius existit, accedat (pro hypoth.), consequens est, ut accessio illa domino rei B tantummodo occupandi occasionem praebet (§. 104.).

COR. Huc referri possunt

1) *alluio*, qua incrementum beneficio fluminis terrae nostrae pederentim & latenter adiicitur. Patet enim, his sub circumstantiis dominum particularum, quibus incrementum illud compositum, ignorari. Hac etiam ex ratione scriptores rei agrariae *agros arcifinius* ab *limitatis* distinxerunt, per illos agros, qui non nisi limitibus naturalibus finiuntur, per *hos* vero agros, qui limites mensoria ratione comprehensos habent, intelligentes. vid. IOH. FR. GRONOV *ad Grot. de I. B. & P. L. II. Cap. III. §. 16. n. 1.*

2) *Insula in flumine sensim coalita*, eadem enim ex ratione pro re nullius haberi potest. Eiusmodi vero incrementum ad praedium proximum accedere, ex natura occupationis facile intelligitur. Vid. HEINECCII *Elem. Iur. ciu. §. 357.*

3) *Aluei derelictio*. Potest enim ob identitatem rationis pro insula substitui. Quae ergo de hac dicta sunt, de illa etiam valere debent. Conf. SCHILTERVM *ad ff. Exercit. XXIII. §. 64.*

SCH. Ex iam dictis facile colligitur, eos, qui accessionem in genere, ius acquirendi incrementum, quod rei nostrae adiungitur, interpretati sunt, id quod in accessione iuris positum est, ab eo, quod in accessione iuris naturalis stricte sic dicti, non satis separasse. Si consensum quaeras, velim, ut euoluas GVNDLINGII *I. N. & G. Cap. XX. §. 33.*

§. 472.

Quid ad-
iunctio,
specificatio &
commis-
sio.

Si ad rem A, quae in potestate alicuius existit, incrementum aliquod B accedat, cuius accessionis ratio est in alicuius industria, incrementum illud B vel extra rem nostram existet, vel minus. Si prius, accessio illa erit *adiunctio*.

iunctio. Si vero posterius, incrementum illud consistet vel in mutatione figurae, qua res illa limitata fuit, vel in modo, quo aliena res cum illa miscetur. Priori ratione accessio *specificatio*, posteriori vero *commixtionis* nomen accepit.

SCH. Ad adiunctionem referunt Icti *adferruminationem, adplumbaturam, intexturam, inaedificationem, scripturam & picturam. Et respectu commixtionis commixtionem stricte sic dictam & confusionem distinguunt.*

§. 473.

Incrementum, quod alicuius industria ad rem in potestate quadam existentem accedit, vel in potestate alterius existit, vel minus. *Si prius*, non potest acquiri, nisi per modum deriuatum (§. 460.). Ergo de hoc in Tit. sequentibus dicendum erit. *Si posterius*, incrementum illud cedit occupanti (§. 463.). Quamobrem, cum domino competat ius quemcunque alium non dominum ab usu rei suae excludendi (§. 448.), dominus rei, ad quam incrementum accessum, ipso iure fit huius incrementi dominus, si sine dispendio a re sua non possit separari. Si vero sine huius rei dispendio ab eadem separari possit, consequens erit, ut accessio illa domino tantummodo occupandi occasionem praebet (per dem. ad §. 471.), res ipsa vero occupanti cedat (§. 463.).

Quomodo accessio industrialis domini causa esse potest.

SCH. His ex principiis, quae de accessione industriali subtiliter admodum philosophati sunt Icti, quatenus sunt iuris naturalis perfecti, facile colligi possunt; quatenus vero sunt iuris naturalis imperfecti, cognosci possunt ex Sect. II. Cap. I. Tit. I. Et quoniam accessio mixta ex naturali & industriali componitur (§. 468.), non necesse est, ut de

Q 5

occu-

occupatione accessoria pluribus hic agamus. Interim velim vt legas III. HEINECCI I. N. & G. Lib. J. Cap. IX. §. 256. sqq. & Element. Iur. ciu. §. 354. sqq.

TIT. V.

DE MODIS ACQVIRENDI IVRA IN RE ET
SPEGIATIM DOMINIA DERIVATIVIS
VIVO PRIORE DOMINO.

§. 474

Alienatio
rei sine
praeuia
lacione
est plane
arbitra-
ria.

Neminem, nisi eum, qui nos turbat, vt nobis aliquid praestet, cogere possumus. (§. 325. & Cor. 2.). Ergo & fieri nequit, vt aliquem sine praeuia turbatione cogamus, vt nobis ius aliquod in re sua concedat (vid. §. 454. Pr. H. & Cor.), vt ergo quis ea, quae in potestate sua existunt, sine praeuia turbatione alienet, in foro externo a solo ipsius arbitrio dependet.

SCH. Rationem, cur propositionem in superioribus simpliciter positam, hoc in commate restrictiue, quod, vt fieri possit, natura obiecti permittit, enuntiauerimus, lector philosophus facile perspiciet, si modo ad ea, quae hoc ex principio infra deducturi sumus, velit attendere.

§. 475.

Ideoque
his sub-
circum-
stantiis
nemo ius
in re al-
terius
adqui-
rere pot-
est nisi
praeuio
pacto.

Fieri non poterit, vt quis dictis sub determinationibus ius in re quadam aliena adquirat, nisi praeuio pacto. Si quis enim sub circumstantiis commate praecedente determinatis ius in re quadam aliena adquirat, huius acquisitionis fundamentum erit vel coactio, vel non; quoniam vero illis sub determinationibus primus acquirendi modus moraliter impossibilis est (§. 474.), & occupationem hic ponere non possumus (§. 462.); sequitur, vt iisdem sub determinationibus ius in re quadam aliena acqui-

acquirere non possumus, nisi praeuio alterius consensu (§. 397.). Quamobrem, cum eiusmodi consensus sine pacto cogitari nequeat (§. 415.); consequens est, ut dictis sub determinationibus ius in re quadam aliena adquiri nequeat, nisi praeuio pacto.

COR. I. Promissio, quatenus efficaciter acceptata est, constituit *pactum perfectum* (§. 415.). Et si promittens promissa praestauit, *pactum* vocatur *consummatum*. Vti igitur ex pacto, quod solummodo perfectum est, ius ad rem oritur (§. 420.) ita etiam pactum consummatum constituit ius in re (§. 445.).

COR. II. Ex quibus patet, pactum perfectum iustum acquisitionis titulum, & pactum consummatum iustum acquirendi modum, quatenus nimirum adquisitio deriuatiua spectatur, constituere (Cor. Cor. §. 461. vide Cor. 4. §. 415.).

COR. III. Pacta sunt vel unilateralia, vel bilateralia (§. 438.). Ergo & duplicem determinatis subcircumstantiis habemus modum, quo iura in re deriuatiue acquirere possumus, mediante scilicet pacto unilaterali & bilaterali (Cor. 1.). Quae itaque §. 415. sqq. de pactis euoluta sunt, hic etiam adcommodari possunt.

SCH. *In iure Romano subtiliter admodum a pactis contractus, ut a genere species, distinguuntur. Sed non opus est, ut in iure naturae distinguamus, de quorum differentia specifica iuris Consulti non conueniunt. Vid. GUNDLINGIUM l. c. Cap. XXIII. §. 29. sqq. Interim tamen permittas L. B. ut hic species pactorum, quorum ope iura in re adquiri possunt, exponamus.*

§. 476.

Anxillii causa omnia iniri pacta, ex §. 393. seqq. facile colligitur. Quot itaque sunt modi, quibus aliis auxilium ferre possumus, tot etiam pactorum genera ponere possumus.

Fundamentum variarum pacti specierum.

§. 477.

§. 477.

Pactum
est vel
gratui-
tum vel
onero-
sum.

Gratis facimus, vbi nihil contra accipi-
mus. Omne igitur pactum vnilaterale est gra-
tuitum, seu vt alii loquuntur, beneficium. Pa-
ctum vero bilaterale est reciprocum seu onero-
sum (§. 438.).

§. 478.

Quid do-
natio.

*Qui de aliqua re gratis paciscitur, vel de
ipsa rei substantia, eiusque consecrariis, vel de
rei cuiusdam consecrariis solummodo paciscitur.*
Priori respectu pactum vnilaterale dicitur do-
natio.

COR. I. Qui donat, rem suam alienat (Cor. 4. §. 415.).
Quamobrem, cum soli domino competat ius rem
suam alienandi (§. 451. Cor. 1.), solus etiam domi-
nus donare potest.

COR. II. Donatio est; pactum vnilaterale. Ante ergo
quam acceptatio efficaciter facta, nulla adest donatio
(§. 415. Cor. 2.), nullaque obligatio pactitia, nec
vllum ius pactitium (§. 420.), atque ideo hisce sub
determinationibus in foro externo fieri poterit, vt do-
minus promissionem reuocet (§. 421.).

COR. III. Consummato pacto ius in re in alterum
transfertur (§. 475. Cor. 1.), consummata ergo do-
natione alter (ille sc. cui obiectum donationis pro-
missum) fit rei translatae dominus (§. 445.).

COR. IV. Et hac ex ratione ad donationem etiam
referunt *ictum missilium*, quando quis rem aliquam
proicit animo eam derelinquendi, & transferendi in
eum, qui primo eam apprehenderit. vid. L. 45. I. d.
R. D.

COR. V. Huc referas titulum pro donato (§. 461.),
qui est lucratiuus (§. 477.).

SCH. Sunt quidem, qui ad donationem etiam referunt
vota, quae promissiones a deo acceptatas dicunt, de
quibus in praelectionibus. Vid. GVNDLINGVM L. C.
Cap. XIII. §. 7. Conf. §. 280.

§. 479.

§. 479.

Si quis cum altero gratis de rei cuiusdam confectariis solummodo paciscitur, confectariis hisce vel salua rei substantia uti possumus, vel non, si prius, oritur pactum unilaterale, quod vocatur *mutuum*, si posterius, vel usus solummodo ad determinatum scopum, vel etiam usus arbitrarius alteri promissus est, si prius, oritur *commodatum*, & si posterius, *precarium*.

Quid
commodatum &
mutuum.

COR. Quoniam mediante mutuo commodato atque precario res tantummodo quoad usum transferuntur, eiusmodi pacta non inter ea referri possunt, quorum ope rerum dominia adquiruntur. Horum pactorum confectaria definitiones immediate docebunt (§. 446. sq.).

§CH. Rei vero consumptionem vel physicam vel moralem esse, notare velis. Consumptio moralis est in pecunia, ex quo mutua pecunia concipi poterit.

§. 480.

Si pacta onerosa spectamus, reciprocam tam promissionem quam acceptationem deprehendimus (§. 477. 438.). Qui vero aliquid promittit, vel vult aliquid dare, vel facere. Et idem est, quod valet de repromissione. Quatuor inde pacti onerosi species constituerunt Icti. Quarum *primam* formula do ut des, *secundam*, facio ut facias, *terciam* do ut facias, & *quartam* facio ut des, abunde explicabit.

Quatuor
pacti o-
nerosi
species.

§. 481.

Pactum, quo translatio eius, quod nostrum est, pro determinato pretio promittitur, dicitur *venditio*. Et pactum, quo eiusmodi promissio acceptatur, vocatur *emptio*.

Ad pri-
mum
pertinet
emptio
venditio.

Emptio

Emtio igitur *venditio* est pactum bilaterale, quo quis id, quod ad *res* suum pertinet, in alterum pro determinato pretio transferre promittit.

COR. I. Emptionis itaque venditionis essentialia sunt emtor, venditor, res & pretium.

COR. II. Simul inde patet, nos posse concipere titulum pro emtore (§. 461.), qui, quia oritur ex pacto bilaterali, est onerosus (§. 477.).

COR. III. Et quia emtio venditio est pactum bilaterale (§. 438.), ea quae in superioribus de pacto bilaterali dicta, etiam hic accommodari possunt.

§. 482.

Locatio
condu-
ctio re-
rum.

Pactum bilaterale, quo quis usum rei suae pro certa mercede alteri promittit, dicitur *locatio-conductio rerum*, & ita concedens *locatoris*, acceptans, *conductoris*, & merces pro usu rei danda *locarii* nomen accipit.

COR. I. Essentialia itaque locationis conductionis sunt, locator, conductor, usus rei atque merces.

COR. II. Simul patet, conductorem non fieri rei translatae dominium (§. 447.), sed tantummodo usufructuarium vel usufructuarium (§. 452.). Quae ergo de his in superioribus dicta, hanc pacti speciem vberius euoluent.

§. 483.

Genera-
tim per-
mutatio.

Cum ne interne quidem semper obligatissimus ad gratuitam rerum in potestate nostra existentium translationem (§. 311. seqq.), legibus naturalibus minime repugnat, ut homines dominium sibi in res suas competens, vel earum usus in alios ea lege transferant, ut dominium rerum aliis competentium, vel earum usum nanciscantur. Eiusmodi pactum est *permutatio*. Permutationes itaque legibus naturalibus minime repugnant.

COR.

COR. I. Et ita concipimus titulum pro permutato (§. 461.), qui est onerosus (§. 477.).

COR. II. Simul inde manifestum est, locationem venditionem, vt & emtionem venditionem permutationis generatim sic dictae species constituere.

SCH. Dicatur in praelectionibus de Bode meria.

§. 484.

Nemo est laedendus (§. 323.), ergo & in permutatione alter pacifcentium eo perspicere tenetur, ne alterum laedat. Permutatio est pactum bilaterale (§. 483. 438.). Iniusta ergo erit permutatio, si promittens repromittentem, aut repromittens promittentem laedat (§. 155.).

§. 485.

Incidimus inde in veram *iustitiae commutativae*, de qua Sch. ad §. 235. notionem, quae est iustitia qua omnis tam promittentis quam repromittentis laesio in permutatione evitatur.

Inde concipitur iustitia commutativa.

SCH. Arduam hanc iustitiae speciem eiusque connexam in diff. de Lege TALIONIS satis evoluimus §. 70. seqq.

§. 486.

Pacta, quae hucusque explicauimus, dederunt occasionem constituendi alia de securitate crediti, quae dicuntur *cautiones*.

Ex his oriuntur cautiones.

COR. I. Cautiones ergo supponunt metum ex iactura crediti creditori subnatum. Quo itaque casu metus non est faciendi iacturam crediti, eo non opus est cautione.

COR. II. Simul inde patet, cautiones esse vel *verbales* vel *reales*, & verbales esse vel *nude promissorias*, vel *fideiussorias*, si quis nimirum in maiorem creditoris securitatem in se ita suscipit obligationem debitoris.

vt & hic adhuc maneat obligatus, vel *iuratorias*.

debetor conditor COR. III. Porro *realis cautio* est vel *corporalis*, quando debitor iura sua dispositioni creditoris concedit, vt non secuta praestatione fiant creditoris propria. Res in securitatem debiti datae dicuntur *pignora*. Abunde inde sequitur, vt cautione pignoratitia consummata creditori ius in re seu ius in pignore sit constitutum.

COR. IV. Iisdem ex principiis *pañum anticbreticum* deduci potest, quod eo fine initum, vt creditor vice vsurarum pignore vtatur. Vid. L. 14. C. d. vsur. Nec minus *pañum legis commissoriae*, quo inter pacificos conuenit, vt res sit creditoris, si intra certum tempus solutio non fiat. Sed vberiolem horum explicationem ex superioribus facile hauriendam mitamus.

§. 487.

Ad fecandam pañi onerosi speciem pertinet mandatum mutuum.

Vires earumque vsus pertinent etiam ad id, quod nostrum est (§. 277.). Ergo & fieri potest, vt quis negotia alterius ea lege expedire promittat, vt alter simul negotia promittentis expedire teneatur. Poni itaque potest pañum bilaterale (§. 438.), cui mandatum reciprocum inest, (§. 429.), qua ex causa etiam *mandati mutui* accepit nomen.

SCH. Quae ergo in superioribus 429. sqq. de mandato dicta, mandatum etiam mutuum explicabunt, si modo determinationes specificae ex natura pañi bilateralis 438. huiusque Cor. explicati hauriantur. Huc etiam referas commodatum mutuum (§. 479.).

§. 488.

Ad tertiam pañi onerosi speciem pertinet Locatio conditi-

Eadem ex ratione fieri potest, vt quis rem sua in potestate existentem ea lege in alienam mutet, vt alter ad suscipiendos labores, qui a viribus eius vel mentis vel corporis, vel vtriusque dependent, obligetur. Eiusmodi pañum

pañtum bilaterale dicitur *locatio-conductio operarum*. Etio operarum.

SCH. Huc etiam referri potest pañtum feudale, de quo Sch. 2. §. 458.

§. 489.

Iura nostra ad rō nostrum etiam pertinent (§. 278.). Fieri ergo & potest, vt quis nominis seu actionis ius in alium pro alia quadam re consequenda transferat (§. 414.); ex quo intelligimus, quid sit *cessio nominis*, quae etiam faepissime *cessio* adpellatur. Et ad quartam speciem cessio referri potest.

SCH. I. Sunt quidem, qui *cessionem nominis ad mandati pañtum* rouocant, vt *cessionarius* fiat *procurator in rem suam*. Sed *natura obiecti* aliam suadet *explicationem*.

SCH. II. Dicatur etiam in *praelectionibus de pañtis*, quae *aleam* spectant.

SCH. III. An plus hic dicendi *campus* superesset, si longius excurrendo cuncta curatius intueri instituissem. Quoniam vero *specialia ex generalibus* facillime possunt concipi, ea, quae hic de *pañtorum speciebus* explicata sunt, sufficiant.

§. 490.

Si quis efficit, vt res, quae sua est, fiat alterius, ille rem suam alienat (§. 451.). Quamobrem, cum sine praeuia laesione atque viuo priore domino id effici nequeat, nisi praeuio pañto (§. 475.), duplicem rei alienationem *puram* scilicet & *conditionalem* concipere possumus (§. 424.). Alienatio rei est vel pura vel conditionalis.

§. 491.

Fieri potest, vt dominus rem suam alienans ius aliquod in re alienanda sibi referuet (§. 455.), non ergo solum habemus alienationis *conditionalis speciem* (§. 490.), quae *dominii* Quae dominium minus plenum & iuris diuisi speciem produunt.

R

minus

minus pleni (§. 455.), vt & vsus & vsusfructus (§. 452.) fundamentum est, sed & simul concipimus modum, quo ius in duabus vel pluribus personis diuisum esse potest.

§. 492.

Ex quo principio concipitur consolidatio.

Domino competit ius rem suam alienandi (§. 451. Cor. 2.), iura nostra ad τὸ nostrum etiam pertinent (§. 278.). Quilibet ergo in foro externo (scil. naturali, de quo hic loquimur) ius suum alienare potest. Actus itaque quo dominus directus vel proprietarius ius, quod sibi in re alienata reseruauit, domino vtili, vsuario atque vsufructuario concedit, legibus naturalibus perfectis non repugnat (§. 159.). Actus, quo ius in duabus vel pluribus personis diuisum fit vnus, dicitur *consolidatio*. Consolidatio itaque inter iustos acquirendi modos (§. 155.), eosque deriuatiuos referri debet. (§. 460.).

COR. Patet inde, consolidationem sine praeuia laesione viuoque priore domino fieri non posse, nisi praeuio pacto (§. 475.).

§. 493.

De occupatione bellica.

Qui nos turbat, damnum praestare debet (§. 333.). Ergo & turbato competit ius turbantem cogendi, vt illi rei cuiusdam in dominio suo existentis concedat dominium, quo damnum illi illatum possit reparari (§. 335 & 332.). Atque ideo turbatus quis talis habet ius ad rem, ideoque mediante bello ius in re acquirere potest (§. 358.). Qui acquirendi modus *occupatio bellica* vocatur.

COR. I. Occupatio ergo bellica est modus acquirendi iura in re deriuatiuus (§. 460.) atque naturalis ex lege (§. 151.).

COR.

COR. II. Et ita intelligimus, non sola pacta dare iustum acquisitionis derivatiuae titulum. Et simul inde concipimus rationem, cur principium §. 475. positum sit limitatum. Alium modum, quo ex lege etiam in foro naturali iura in re acquirere possumus, in Titulo sequenti exponamus.

SCH. I. Sunt quidem, qui occupationis bellicae fundamentum in pactis quaerunt, huius vero sententiae rationem sufficientem non perspicio.

SCH. II. Alii etiam de acquisitione iuris in re mediante praescriptione dicunt, hanc vero non esse iuris naturalis, ita euinco: *Praescriptio* est modus acquirendi ius in re, quae in alterius potestate est, ope possessionis diuturnae. Hic vero possessor dominum rei illius vel cognoscere potuit, vel non, si *posterior*, ius in re non per praescriptionem, sed ex §. 467. acquirit, si *prior*, aut domino consentiente idem acquirit, aut non, si *hoc*, secundum ius naturale fieri non potest, ut idem adquirat (§. 475.), si illud, necesse fuit, ut dominus voluntatem suam signis declarauerit, ergo vel committendo vel omitendo. Sed illud non esse, per se patet, & ut hoc non factum, satis liquet ex §. 401. cum Cor. Cor. Nulla itaque ratione affirmare possumus, fieri posse, ut quis secundum ius naturale ius in re praescriptionis ope adquirat. Vsum huius dogmatis in praecedentibus satis explicabimus.

TIT. VI.

DE MODO ACQUIRENDI RERVM DOMINIA DERIVATIVO EX DISPOSITIONE DEFUNCTI ET AB INTESTATO.

§. 494.

Quod in dominio nostro existit, non modo in praesens, sed & in futurum alienare licet (§. 451. Cor. 2.). Ergo & licebit, de re in dominio nostro existente in futurum mortis euentum, in alterum transferenda, disponere (§. cit.). Dispositio illa est promissio (§. 443. & 394.). Haec vero ab illo, cui promissio

Quid pactum successorium & nuda ultimae voluntatis dispositio testamentaria.

sio facta, vel efficaciter acceptata est, vel minus. Si prius, habemus *pactum successorium*, quod dicitur *haereditarium*, si vero posterius, *nudam ultimae voluntatis dispositionem*.

COR. I. Pactum ergo successorium est pactum conditionatum (§. 425.), seu potius pactum, cui promissio in diem inest (§. 427. Sch.). Quae ergo de pacto conditionali, atque pacto, cui promissio in diem inest, in superioribus explicauimus, ad pactum etiam successorium accommodari possunt.

COR. II. Iisdem ex principiis facile colligitur, fieri etiam posse, ut pactum successorium sit vel unilaterale, vel bilaterale (§. 438.).

§. 495.

Quid
haereditas
&
haeres.

Complexus omnium eorum, quae in dominio nostro existunt, constituit *hereditatem*. Et ille, qui defuncti cuiusdam haereditatis fit dominus, dicitur *haeres*.

COR. I. Res ergo nostra nostram ad haereditatem non pertinet, nisi quatenus ad ea, quae in dominio nostro existunt, referri potest. Ex quo patet, ea, quae §. 452. seqq. de rerum dominio dicta, etiam reproducere debere, haereditatis limites definiturum.

COR. II. Haeres fit defuncti haereditatis dominus. Qui est alicuius rei dominus, illi etiam non-nulla iura atque obligationes, quae cum dominio illo connectuntur, competunt (§. 445. seqq.). Ergo & haeres in iura atque obligationes defuncti succedit (§. 30.).

COR. III. Haeres in iura atque obligationes defuncti succedit, quatenus est haeres (Cor. 2.). Sed haeres est, quatenus fit haereditatis dominus (§. 495.). In foro itaque naturali successio illa ultra vires haereditatis non extendenda est.

SCH. Rigor ergo iuris romani, quo haeres in omnes defuncti obligationes succedit. est iuris positivi, cuius fundamentum est fictio, qua haeres cum defuncto pro una persona habetur. vid. L. 22. ff. de usu cap. L. 14. C. de viutr.

§. 496.

§. 496.

Si quis habet ius, rem quandam in *re* suum recipiendi, quam alius sine illius laesione in *re* suum recipere nequit, ille *habere ius in re quadam iacente* dicitur (§. 459. seq.). Si quis habet ius, haereditatem quandam in *re* suum recipiendi, quam alius sine illius laesione in *re* suum recipere nequit, illi *ius haereditarium* competere, dicere solemus. *Ius enim haereditarium* ex sententia Doctorum est ius competens in vniuersitate rerum a defuncto relictarum. vide STRUVIVM in *Iurispr. Romano-germ. Lib. II. Tit. XV. Aphor. 1.* Ex quibus patet, ius haereditarium esse ius in re quadam iacente.

Ius haereditarium quid.

COR. I. Si quis itaque habet ius in re quadam iacente, inde quidem inferri nequit, eum esse eiusmodi rei dominum (§. 445.), nihilo tamen minus manifestum est, saluis legibus perfectis fieri non posse, ut durante illo iure alius quidam eiusmodi rei dominum adquirat (§. 356.). Quod ad ius haereditarium facile accommodari poterit.

COR. II. Si ergo eiusmodi res iacens, quatenus in se spectatur, sit res nullius, sequitur, ut, qui ius in eadem habet, eiusdem dominum mediante occupatione ita adquirat, ut alius quidam eandem iuste occupare non potuerit (§. 463.).

§. 497.

Pactio hereditario inito acceptans mortuo promittente habet ius haereditarium. Pactio enim haereditario inito, quoniam est pactum in diem (§. 494. Cor. 1.), acceptans habet ius a promittente postulandi, ut, existente illo die, promissa praestet (§. 420.), ideoque illi dominium haereditatis suae concedat (§. 494. seq.).

Quod quis pacto hereditario acquirere potest.

seq. coll. §. 402. & 445.). Dum vero promittens moritur, dies ille fit existens (§. 494.). Ergo & mortuo promittente a ceptans habet ius ab illo dominium haereditatis postulandi. Quoniam vero eiusmodi promittens morte sequuta dominium illud acceptanti non potest concedere (quod ex natura mortis satis manifestum est), consequens est, ut acceptans habeat ius haereditatem illam in τὸ suum ita recipiendi, ut alius sine illius laesione eandem in τὸ suum recipere nequeat (§. 356. & 328.). Atque ideo mortuo promittente acceptans ille habet ius haereditarium (§. 496.).

COR. I. Domino mortuo haereditatem ipsius, quatenus in se spectatur, esse rem nullius, per se patet (§. 460.). Pacto itaque haereditario inito acceptans promittente mortuo haereditatis dominium mediante occupatione ita acquirere potest, ut eadem ab alio sine illius laesione occupari nequeat (§. 496. Cor. 2.).

COR. II. Simul ex demonstratione, qua principium in comitate positum corroborauimus, manifestum est, pacto haereditario inito fieri non posse, ut promittens iuste agendo durante vita pactum illud reuocet (vide §. 421. Cor.). Qua ex ratione dicitur, pacto haereditario a promittente in acceptantem ius irrevocabile, & ab acceptante in promittentem obligationem irrevocabilem transferri.

§. 498.

Fundamentum acquisitionis iuris haereditarii nullo pacto haereditatio interueniente

Haecenus de pacto haereditario, iam etiam de acquisitione iuris haereditarii nullo pacto haereditario interueniente. Si quis ad conexorum vnum obligatus est, ut etiam ad alterum obligatus sit, necesse est (§. 94.). Ex amore necessario sequitur conatus, alterum, quem amamus, quantum fieri potest, iuvandi (§. 497.).

(§. 497. 311. 305.). Si quis ergo per naturam obligatus est, ut aliquem maxime amet, ille etiam per naturam obligatus est, ut sua bona, si ea in propriam felicitatem diutius dirigere nequit, in rō suum eius, quem maxime amare debet, transferat, si modo fieri potest, ut hic eadem in suam felicitatem dirigat (§. 94. & 310.).

explicatur.

§. 499.

Ille, quem alter maxime amat, habet ius ab eodem postulandi concessionem dominii bonorum, quae sunt in eius dominio, & quae in propriam felicitatem non ultra dirigere potest. Quatenus quis obligatus est, ut alteri aliquid praestet, eatenus etiam hic habet ius ab illo, ut idem praestet, postulandi (§. 152. Cor.). Qui alterum maxime amat, per naturam etiam obligatus est, ut sua bona, si ea in propriam felicitatem non longius dirigere potest, in rō suum eius, quem maxime amare debet, transferat (§. 498.). Ergo sequitur, ut illi, quem alter maxime amat, ius illud, quod determinavi, competat.

Quod magis determinatur.

§ CH. Notare modo velis qualitatem iuris a qualitate obligationis dependere, nimirum ius esse imperfectum, si obligatio, a qua dependet, imperfecta, illud vero esse perfectum, si haec sit perfecta.

§. 500.

Illi, quem defunctus usque ad ultimum vitae habitum maxime amavit, competit hoc mortuo ius haereditarium. Mortuo enim domino hereditas ipsius facta est res nullius (§. 460.). Atque ideo occupanti cedit (§. 464.). Quoniam vero fieri nequit, ut aliquis, quem de-

Et ius haereditarium inde inferatur.

functus vsque ad vltimum vitae halitum non maxime amavit, eandem sine violatione iuris, quod habet is, quem vsque ad vltimum vitae halitum maxime amavit, occupet, (§. 499.), consequens est, vt hic dictis sub determinationibus habeat ius haereditarium (§. 496.). vide §. 337.

COR. I. Quae itaque Cor. I. & 2. §. 496. dicta; etiam hic accommodari possunt.

COR. II. Qui impedit, quo minus alter ius suum possit exercere, alterum laedit (§. 329.). Qui ergo eum, qui habet ius hereditarium, turbat in acquirenda haereditate, eundem laedit (Cor. I.), ideoque ipsi dat iustam causam belli (§. 362.), & mala hac ex turbatione orta sunt damna (§. 330. seq.).

SCH. Quae ergo de damno, damni reparatione & iure belli in superioribus euoluta sunt, hic etiam applicari possunt.

§. 501.

Sed maximus ille amor sufficienter probandus est.

Amorem esse mere arbitrarium, inde patet, quoniam extorqueri nequit (§. 329.). Ergo & manifestum est, fieri non posse, vt quis cum effectu quodam ad ius haereditarium prouocet, nisi qui, quod a defuncto vsque ad vltimum vitae halitum maxime sit amatus, perspicuum facere potest (§. 498. seq.).

§. 502.

Inde delatio haereditatis testamentaria & legitima deducitur.

Maximus hicce amor concipitur ex maximo defuncti conatu alterum iuuandi (§. 301. 310.). Sed conatus ille non nisi ex ipsa rei natura, vel ex ipsa defuncti voluntatis declaratione, deduci potest. Ex quo patet, quoniam alicui *haereditatem deferre* idem est, ac illi ius haereditarium concedere (a), haereditatem duplici ratione posse deferri, ipsa nimirum

mirum natura, & expressa voluntatis defuncti declaratione. Priori ratione *delatio* dicitur *legitima* & posteriori *testamentaria* (b).

(a) L. 151. ff. d. v. s.

(b) L. 39. ff. d. acqu. vel om. haer.

§. 503.

Quem defunctus maxime amavit, ille fiat haeres (§. 500. Cor. 1.). Si amor ille ex ipsa rei natura deducitur, haeres vocatur *legitimus* seu *ab intestato*. *Successio* ergo *ab intestato* est acquisitio haereditatis vi iuris haereditarii ex ipsa rei natura competentis.

*Successio-
nis ab
intestato
natura.*

COR. I. Est ergo successio ab intestato regula naturalis: Si nulla defuncti voluntatis declaratio sufficienter probari potest, ille fit defuncti haeres, quem defunctus per naturam maxime amare debuit (§. 467. Cor. 1.). Infra subsumamus. Hic modo velimus, ut notes principium in Logica probabilium demonstratum §. 31. Cor. 2. In dubio naturale praesumendum est, donec hypotheticum satis probari potest.

COR. II. Simul ex dictis patet, heredem ab intestato ius haereditarium immediate ex lege acquisivisse (§. 498.).

§. 504.

Quoniam vero amor, quia est mere arbitrarius (§. 501.), mutatis circumstantiis mutari potest, fieri etiam potest, ut quis alium magis amet, quam eum, quem natura maxime amare debuit. Quo posito vi legis necesse erit, ut alius habeat ius haereditarium, quam qui ab intestato succedere potest (§. 498. 503.). Quoniam vero voluntatis mutatio sine expressa declaratione satis probari nequit (§. 503. Cor. 1.); eiusmodi etiam voluntatis declaratio hisce sub determinationibus necessaria erit (§. 501.).

*Quid te-
stamen-
tum.*

Et ita incidimus in iustam *testamenti* definitionem, quod scilicet sit expressa & nuda voluntatis declaratio, quinam secuta morte nostra sit rerum nostrarum haeres. Quia ex ratione etiam ipsa declaratio, qua haereditatem designamus, *haereditis institutio* dici solet. Et qui facit testamentum, *testatoris* accepit nomen.

COR. I. Testamentum est declaratio voluntatis. Quatenus itaque quis voluntatem suam non potest declarare, eatenus etiam non potest testamentum facere. Ex quo manifestum est, neminem posse testamentum facere, nisi qui gaudet usu intellectus, rationis atque libertatis &c. (Cor. s. sq. §. 394. sqq.).

COR. II. Simul etiam ex definitione colligitur, neminem posse testamentum facere, nisi de re in potestate sua existente.

SCH. Hinc iure Saxonico Elector: neque Maritus uxori portionem statutariam, neque uxor marito mobilitatem successionem testamento adimere potest P. 3. C. cl. 7.

§. 505.

Quod si ne omni laesione perfecta etiam si ne iniuritate seuocari potest.

Fieri potest, ut testator sine omni laesione perfecta immo & sine omni iniuritate testamentum reuocet. Testamentum enim est promissio nuda (§. 504.), ideoque promissio efficaciter non acceptata (alias enim esset pactum successorium §. 494.). Quare cum obligatio ad promissa nuda seruanda tantummodo sit imperfecta (§. 405.), consequens est, ut testator sine laesione perfecta testamentum reuocare possit (§. 322.). Q. e. p.

Qui non contra obligationem agit, iniustus esse nequit (§. 155.). Quamobrem, cum testamenti factionis fundamentum sit amor (§. 504. & 498.), qui mutatis circumstantiis

tiis etiam mutari potest (§. 504.), vt testator etiam sine omni iniquitate testamentum reuocare possit, sequitur. *Q. e. a.*

COR. Sine praecua laesione non concipitur ius belli (§. 362.), minime ergo affirmare possumus, reuocationem testamenti a testatore factam iustam causam belli dare.

SCH. Recte itaque a *Uetis dicitur, testamentum esse reuocabilem voluntatis declarationem, cuius characteris intuitu nonnulli, Testamentum Iuris Naturalis non esse, docuerunt, sed principia euoluta Testamenta etiam Iuris Naturalis abunde demonstrabunt. Vellem tamen vt Legas ILLVSTR. HEINECCII Iur. Nat. & Gent. Cap. XI. Lib. I. Et ad ea, quae monuit, in praelectionibus respondebimus.*

§. 506.

Successor ab intestato praefertur haeredi testamentario, nisi testamentum satis probari possit (§. 504. & §. 503. *COR.* I.). Ea, quae necessario requiruntur, si testamentum satis probari debet, nomen *solennitatum externarum* acceperunt, vti ea, quae naturam testamenti constituunt, *solennitates internae* dicuntur. Ea ergo, quae necessario ad testamentum, si sufficiat, requiruntur, *solennitates testamenti* vocari possunt. Manifestum inde est, fieri non posse, vt testamentum haerodem ab intestato excludat, nisi solennitatibus externis sit confirmatum.

Quomodo
sus-
cessor ab
intestate
testa-
mento
excludi
potest.

COR. I. Sufficiunt ergo solennitatis externae, quae fidem facere possunt aliis, quae voluntas testatoris reuera fuerit.

COR. II. Rem sine essentia concipere idem est, ac contradictoria cogitare, facile ergo intelligimus, testamentum sine solennitatibus internis nomen testamenti non mereri.

SCH.

SCH. De testamento solenni & minus solenni in iure civili vniuersali infra dicamus.

§. 507.

Quid testamentum scriptum & nuncupatiuum.

Testamentum est expressa voluntatis declaratio (§. 504.). Expressa voluntatis declaratio fit verbis (§. 401.). Verba vel scribi vel solo ore proferri possunt. Duplex ergo habemus testamentum. Priori nimirum ratione vocatur *scriptum*, posteriori vero *testamentum nuncupatiuum*.

§. 508.

Quomodo possunt probari.

Qui fidem aliis vult facere, quae voluntas testatoris tam testamento scripto, quam nuncupatio fuerit, ille vult probare rem facti (§. 507.). Quare, cum hoc fieri non possit, nisi per testes fide dignos (per princ. Log.), sequitur, tot adhibendos esse testes, quot ad fidem de voluntate testatoris faciendam necessario requiruntur.

COR. Testes ergo ad demonstrandam testatoris voluntatem inter solennitates testamenti externas, sine quibus successor ab intestato testamento excludi nequit, referri debent (§. 506.).

SCH. In ea quidem est opinione CEL. CANZIVS in disciplinis moralibus §. 1864. in testamento scripto ad fidem faciendam sufficere scriptionem manu testatoris factam. Sed permittat Vir Celeberrimus, vt actiones metu atque vi coactas opponam.

§. 509.

Quid exhaereditare.

Exhaereditare idem est, ac eum testamento excludere, qui tamen sine expressa declaratione voluntatis defuncti in bona ipsius successisset. Exhaereditari igitur non potest, nisi qui habuit ius ab intestato succedendi (§. 503. 497. Cor. 2. & 505.).

§. 510.

§. 510.

Quoniam sine ratione sufficiente nil fieri potest, necesse etiam erit, vt sine ratione sufficiente nemo exhaeredetur. Rationem successionis ab intestato §. 503. in maximo amore ex ipsa rei natura deducendo posuimus. Ratio ergo exhaeredationis in eo est, quod effecit, vt testator alium magis amauerit, quam eum, quem per naturam maxime amare debuit (§. 498.).

Exhaere-
dationis
requisita.

COR. I. Exhaeredatio igitur est actio legi naturali imperfectae in se spectatae contraria. Quare, cum actio legi naturali imperfectae contraria sine iniquitate concipi nequeat, nisi ob regularum collisionem maior lex minori praeferenda (§. 155. & 126.), aliquem sine sufficiente causa ex regularum collisione deducenda exhaeredare, iniquum erit.

COR. II. Variis inderationibus demonstrare possumus, testamentum, in quo quis sine sufficiente causa ex regularum collisione deducenda exhaeredatur, esse invalidum (§. 506.).

§. 511.

Variis ergo rationibus testamentum in Iure Naturali fieri potest inualidum ad excludendum eum, qui ab intestato in bona defuncti successisset; fieri enim potest inualidum ob defectum solennitatis internae (§. 506. Cor. 2.), quod Iure ciuili dicitur *testamentum nullum*; vel ob defectum solennitatum externarum (§. 506.), quod Iure ciuili dicitur *iniustum*, vel tandem ob insufficientem exhaeredationis causam, & ita habemus testamentum, quod ICI *inofficiosum* vocarunt.

Quid te-
stamen-
tum nul-
lum, in-
iustum &
inofficio-
sum.

SCH.

SCH. De his infra in Iure ciuili vniuers. pluribus agam, vbi simul querelam inofficiosi testamenti explicabo.

§. 512.

Haereditatis aditio ad acquirendum haereditatum necessaria est.

Qui habet ius haereditarium haeres fieri nequit, nisi mediante occupatione (§.496. Cor.2.). Haereditatem delatam occupare, a Doctoribus *haereditatem adire* vocatur. Ergo haeres fieri nequit, qui habet ius haereditarium, nisi mediante haereditatis aditione.

COR. Ante ergo quam haereditas delata adita est, ius illud haereditarium est ius in haereditate iacente (§. 460.).

SCH. *Reflectamus in praelectionibus ad regulam Iuris L. 9. C. fideic. quod scil. nemo magis onerandus sit, quam sit honoratus.*

§. 513.

Haereditatis aditionis species quia haereditas iacet.

Haereditatem adire possumus per declarationem voluntatis de capienda haereditate delata (§.512. & §.462.). Declaratio voluntatis fit vel verbis vel factis (§.401.). Ergo & duplex est haereditatis aditio, quae priori ratione dicitur *aditio in specie seu verbalis*, posteriori vero *pro haerede Gestio seu realis*.

COR. I. Haereditatis aditio concipitur ex voluntatis declaratione (§. 512.), sed voluntatem suam nemo declarare potest, nisi qui gaudet vsu intellectus atque rationis (§. 35. Cor. 1.). Ergo & requisita eius, qui haereditatem vult adire, inde intelligere possumus.

COR. II. Potest quis voluntatem suam per mandatarium declarare (§. 429. cum Cor.), ergo & per mandatarium haereditatem adire.

COR.

COR. III. Haereditatis aditione declaratur voluntas de capienda haereditate delata (§. 512.), sed haereditas non nisi a domino, vel immediate ex lege deferri potest (§. 495. 502.), & sine aditione fieri non potest, vt quis haereditatis delatae fiat haeres (§. 512.), atque dominus (§. 495.). Quibus ex principiis abunde intelligitur, qua ratione secundum praecipua iuris naturalis valeat regula: *Haeres haereditis adire haereditatem nequit*, si modo haeres sumatur pro eo, qui habet spem succedendi, seu cui competit ius haereditarium.

§. 514.

Ille, qui in testamento haeres institutus est, mortuo testatore habet ius haereditarium, & per aditionem haereditatis eiusdem etiam secundum ius naturae fit dominus. Quae propositio eadem ratione, qua principia §. 497. 500. posita corroborata sunt, demonstrari poterit, si modo conferantur §. 504. & 512.

Acquisitio iuris haereditarii & haereditatis domini mediante testamento explicatur.

SCH. Argumentis, quae a Doctoribus in contrarium adducuntur, in praelectionibus respondebimus.

§. 515.

Adita ergo haereditate is, in quem haereditas delata, est haeres (§. 514. & 495.), ergo & iura atque obligationes defuncti, quae per mortem non extinguuntur, adquisiuit (Cor. 2. §. 495.), atque ideo etiam ea praestare debet, quae vi obligationum illarum atque iurium, quae determinauimus, praestanda.

E.& haeres succedit in iura & obligationes defuncti.

§. 516.

Quilibet ius suum remittere potest (Cor. §. 356.); ergo & is, in quem haereditas delata,

De haereditatis omissione

voluntatem suam de non capienda haereditate delata, declarare potest. Eiusmodi declaratio dicitur *haereditatis omissio*. Ergo & huius fundamentum in Iure Naturali ponere possumus.

SCH. I. Huius omissionis species repudiationem abstentionemque in praecedentibus explicabimus.

SCH. II. Usus eorum, quae haecenus explicauimus, luculenter apparebit, si ad societates adcommoventur. Quare, cum id in sequentibus scripti sectionibus commode fieri possit, hic ponimus.

IVRIS NATVRALIS STRICTE SIC DICTI

F I N E M.



ELEMENTA
IVRIS SOCIALIS
ET SPECIATIM
OECONOMIAE
SPECIALIS.

SECTIO III.

QVAE

IN OECONOMIAM SPECIALEM
INQVIRIT.

CAP. I.

DE

VARIIS MODIS ACQVIRENDI IVS IN
PERSONAS ET INDE DEDVCTO IV-
RE SOCIALI IN GENERE.

§. 517.

Varios ius in re acquirendi modos ex-
plicauimus §. 459. seqq. Eos vel ori-
ginarios vel deriuatiuos esse diximus
§. 460. Originarium ex occupatione §. 463.
deriuatiuos vero vel ex pacto, vel ex lege §.
474.-516. concipi posse, docuimus. Iura in
re inter iura perfecta atque affirmatiua, quae
ab aliis etiam positiua dicuntur, referri pos-
sunt. Facile itaque intelliges, ex illis medi-
ante abstractione quadam ea inferri posse, quae
modos adquirendi iura perfecta affirmatiua in-
personas explicant magisque illustrant.

Nexus
huius So-
tionis
cum an-
teceden-
tibus.

§. 518.

*Nemini eiusmodi in alterum competere pot-
est ius nisi aduersum.* Quicquid enim nobis
competit, sed non per naturam, id inter ad-
quisita referri decet (§. 327.). Iura vero per-
fecta atque affirmatiua in alterum nos non pos-
se habere per naturam, inde manifestum est,
quoniam status naturalis est status aequalitatis,

Omne
ius,
quod no-
bis com-
petit in
alterum,
est ac-
quisitum

S a

ideo-

ideoque omnes omnino homines naturaliter spectati eadem habent iura (§. 13. Pr.). Iura etiam perfecta atque affirmatiua, quae in alterum habemus, inter adquisita referre debemus.

COR. Si quis itaque eiusmodi ius alias in personas habeat, necesse erit, ut certus acquirendi modus iustusque titulus constituatur (§. 461.).

SCH. Fortasse dixerit quispiam, ex demonstrationis, qua principium in connate positum corroborauimus, extensione manifestum esse, id tantummodo de iure hominum in homines valere. Sed sufficiat ea interpretatio. Iurisprudentiam enim nostram homines solummodo spectare ex scripti scopo clarum est. Si vero generaliore principii demonstrationem cupias, pro hominibus eam substituas ideam, quam nostra in demonstratione considerauimus, entis scilicet intelligentis, quo factio non demonstratio solum, sed & principii veritas erit generalior.

§. 519.

Hoc in statu est amissio quaedam libertatis naturalis

Status ergo, quo alteri ius perfectum atque affirmatiuum in alterum competit, est hypotheticus, cui naturalis est oppositus (§. 16. pr.). Quare, cum status naturalis character in aequalitate seu identitate iurium ponatur (§. 13. pr.), qua ex aequalitate libertas naturalis concipienda, (§. 14. pr.) sequitur, in statu, quo alteri competit ius perfectum atque affirmatiuum in alterum, hunc libertatem naturalem, iuraque naturalia aliqua ratione amittere, (ea nimirum ratione, qua illi in huncce determinatum ius competit.).

§. 520.

E. modi acquirendi ius in personas sunt ii-

Si ponas igitur, homini A competere ius perfectum atque affirmatiuum in hominem B. tunc A. sibi acquisiuit iura, quae antea ad iura

ra τὸ B. pertinebant (§. 518. 519.). Hac ergo acquisitione transferuntur ea, quae ad τὸ suum ipsius A. Ex quo manifestum est, modos, quibus τὸ nostrum in τὸ suum alterius transferri potest, etiam esse modos acquirendi ius perfectum atque affirmatiuum in personas.

dem cum
modis
transfe-
rendi τὸ
meum in
τὸ alic-
num.

COR. I. Eiusmodi ergo ius in personas vel originarie vel deriuatiue acquiritur: *priori ratione* per occupationem, *posteriori* vero vel per pacta, vel iure belli, vel immediate per legem (§. 517. 493.). Illum acquirendi modum nonnulli cum GROTIO in I. B. & P. Lib. II. Cap. V. §. XXXII. *acquisitionem ex delicto* vocant.

COR. II. Si ideam de modo acquirendi originario §. 460. evolutam cum constitutione status naturalis absoluti, in quo omnes homines eadem habent iura (§. 13. pr.) vis comparare, facile intelliges, fieri non posse, ut homo alium in hominem ius perfectum atque affirmatiuum originarie adquirat.

SCH. I. Simul inde facile inferre poteris, solum Deum eiusmodi ius in homines originarie adquisuisse, mediante nimirum creatione. vide §. 10. *Ciu. Dei.*

SCH. II. Obstat quidem videntur verba GROTII in I. B. & P. Lib. II. Cap. V. §. 1.: *Non in res tantum, sed & in personas ius quoddam acquiritur & originarie quidem ex generatione, consensu & delicto.* Quoniam vero originarie tantummodo occupatur, quod est nullius (§. 460.), & omnes homines natura eadem habent iura (§. 13. pr.), permittas L. B., ut acquisitionem per generationem ad modos acquirendi deriuatiuos reducamus.

§. 521.

Status, quo personae in personam competit ius perfectum atque affirmatiuum, vocatur *societas*.

Quid Societas.

SCH. Non dicamus de consensu, in quo I. N. &

G. Doctores, quos veneror, societatis fundamentum quaerunt. Loquar tantum de ratione mutationis. Si vera sunt, quae vulgo dicuntur, societatem nimirum paternam esse veram societatem, & consensum praesumptum esse fictum (a) (§. 401. Cor. 1.), & quod inde sequitur, non naturalem; & iustum acquirendi titulum non ex pacto solum, sed & ex lege in foro naturali deduci posse (§. 493. Cor. Cor. & Schol.), ratio mutationis in promptu est. Mutatam vero definitionem foecundam esse, infra explicanda abunde docebunt.

(a) Vid. Ill. HENNECCIUS in ff. Part. I. Tit. XIV. §. GCGXLIX.

§. 522.

Societas
res ratio-
ne iuris
personae
in perso-
nam
compe-
tentis
diversissi-
mae sunt.

Ex diversitate ergo iuris perfecti atque affirmativi, quod personae in personam competit, diversa etiam societatum genera concipienda sunt (§. 521.). Ideoque hanc vel illam societatis speciem concipimus, quatenus eiusmodi ius personae in personam competens magis determinatur.

SCH. Ita cogitamus societatem, quae *admiralitat*is nomen accepit, ex speciali iuris, de quo hic dicimus, determinatione, quod scilicet nauibus ad communem defensionem damni que illati reparationem competit. vid. *Hannseestädtische See-Recht* tit. 7. *von Ammiralschafft*. Reflectamus etiam animum ad societatem *pacatam*.

§. 523.

In socie-
tate vni
personae
competit
iuris, alteri
vero ob-
ligatio.

Si personae A ius perfectum atque affirmativum in personam B competat, consequens erit, ut haec vel generaliter, vel speciatim moraliter, ad ea facienda, quae iuri illius conveniunt, sit obligata (§. 152.). Personae societatem constituentes vocantur *socii*. Duplicis ergo generis in quacunque societate sunt *socii*, *alteris*

ris nimirum competit ius, alteris vero obligatio. Prioris generis socios brevitatis gratia signo A, posterioris vero signo B denotabimus.

§. 524.

Ius socio A qua tali competens est acquisitum (Cor. I. §. 518.), competit ergo illi vel iusto titulo, vel non (§. 461. seq.). Si prius, societas dicitur *iusta* seu *licita*; si posterius, *iniusta* seu *illicita*. Quid societas iusta vel iniusta.

COR. Quae ergo §. 461. & Cor. Cor. de titulo acquisitionis dicta, hanc etiam societatum differentiam clariorem reddent. In sequentibus vero de societatibus iustis tantummodo dicemus, quoniam iniustae societates legibus repugnant, ideoque evitandae sunt. Inde etiam dicitur: (a) *rerum inhonestarum nulla esse societatem*.

(a) L. 57. ff. tit. pro Socio.

§. 525.

Personae A & B sunt in societate, quatenus A habet ius perfectum atque affirmativum in B (§. 521.). Quare, cum fieri possit, ut eiusmodi ius τὸ A in omne id, quod ad τὸ suum alterius B pertinet, competat, vel ut eiusmodi ius illi solummodo in quaedam, quae ad τὸ suum huius pertinent, competat, duplicem etiam societatis speciem inde constituere possumus, priori nimirum ratione *societatem despoticam*, posteriori vero *limitatam*. Quid societas despoticam & limitatam.

COR. In societate ergo limitata socii non omni respectu sunt socii. Hinc sequitur, ut iura atque obligationes, quae iis competunt, sint iura socialia atque obligationes sociales, vel iura naturalia atque obligationes naturales (§. 14. seqq. pr.).

S C H. *Societatum despoticarum exempla exhibent societates*
S 4 ber-

heviles Romanorum. vid. III. HEINECCII *Antiquitates Romanas* Lib. I. Tit. III. *Vellem etiam ut simul adeat L. B. ad Tractatum du pouvoir des Rois de la Grande Bretagne* p. 29. seqq.

§. 526.

Primus
modus
quo so-
cius so-
cium per-
fecte lac-
dere po-
test.

Socius B obligationi suae sociali non satisfaciens socium A laedit. Quatenus enim socius B obligationi suae sociali non satisfacit, impedit, quo minus socius A ius suum possit exercere (§. 523. & §. 525. Cor), consequens ergo est, ut socium A laedat (§. 329.).

§. 527.

Alter
modus.

Socius A, si qua talis plura sibi arroget iura socialia, quam illi competunt, alterum socium B laedit. Hac enim ratione sine iure socium B in possessione eorum, quae ad τὸ suum pertinent, turbabit (§. 278. & dem. §. 518.), ideoque socium huncce B laedet (§. 324.).

COR. I. Applica ergo ea, quae §. 322. - 344. de iure Necessitatis & §. 344. - 371. de iure Defensionis & Belli &c. dicta, & habebis iustas causas, quibus socius socium, ad ea, quae societas requirit, facienda, cogere potest.

COR. II. Necessè igitur est, ut fundamentum, ex quo socialia iura speciatim considerata deduci possunt, eruamus.

§. 528.

Iura &
obliga-
tiones in
societate
cognosci-
mus ex
bono so-
cietatis
commu-
ni.

Socio A competit ius in socium B (§. 523.), & B, quatenus est socius, ad ea facienda, quae cum iure sociali ipsius A conveniunt, obligatus est (§. cit.); colligitur ergo ex iure obligationeque sociali in una eademque societate aliquid commune, ad quod, ut obtineatur, tam ius quam obligatio tendit, quod brevitatis gratia *bonum societatis commune* vocabi-

cabimus. *Cognoscimus ergo tam iura socialia quam obligationes sociales ex bono societatis communi.* Ex principio enim principiatum, & ex principiato principium colligi potest (§. 62.).

COR. I. Et ita intelligimus rationem, cur nonnulli societatem, statum, in quo duo vel plures finem aliquem communem obtinere conantur, sint interpretati.

COR. II. Quicquid legibus naturalibus repugnat, malum est (§. 107.), mala sunt evitanda (§. 93.), bonum ergo societatis commune ita comparatum esse debet, ut eo obtento nil obtineatur, quod legibus naturalibus repugnat. Ponamus contrarium, societas evadet iniusta atque illicita (§. 524.).

COR. III. Ex quibus porro manifestum erit, socium A, si plura sibi arroget iura in B, quam ex societatis bono communi concipienda, socium B laedere (§. 527.), & socium B socium A laedere, si ea non praestet, quae vi obligationis ex communi societatis bono concipiendae praestare tenetur (§. 526.).

§. 529.

Regulam, ad quam actiones conformandae ^{Leges quae socio A & B competunt.} §. 97. legem vocavimus. Lex ergo, cui socius A in quacunque societate parere debet, haec erit propositio: *Iuribus tuis ita utere, ut bonum societatis commune requirit, & lex, quam in quacunque societate socius B sequi debet, haec erit: Vix obligationi tuae ex bono societatis communi concipiendae convenienter* (§. 528. & Cor. 3.).

COR. I. Leges, quarum violationis effectus est laesio, sunt leges perfectae (§. 322.), manifestum itaque est, leges in commate explicatas inter leges perfectas esse referendas (Cor. 3. §. 528.).

COR. II. Pertinet ergo Ius sociale, quatenus terminus systematice sumitur, ad Ius perfectum seu necessitatis vid. Tit. II. Cap. I. Sect. II.

§. 530.

Lex Iuris socialis generalis.

Nullae in societate existunt personae, nisi quibus ius sociale vel obligatio socialis competit (§. 521. 523.). Fundamentum ergo Iuris socialis systematice sumti haec est propositio: *Dirige actiones tuas ad obtinendum bonum societatis commune* (§. 529.). Quae, quatenus socios quales spectamus, ita exprimi potest: *Suum cuique socio qua tali tribuas.* (§. cit.) vid. Cor. 2. §. 325.

SCH. Pespicias hancce propositionem, si ea in animam reuocaueris, quae Cor. 3. §. 528. dicta.

§. 531.

Quae eruitur ex principio generali L. N.

Ex consensu plurium ad eundem scopum concipitur perfectio (§. 13.). Est ergo societas perfecta, quatenus sociorum actiones ad obtinendum commune societatis bonum diriguntur (§. 528.). Eiusmodi actionum directio a lege societatis generali exigitur (§. 530.). Ergo & principium generale §ho 143. expositum ad statum socialem hac ratione accommodari potest: *Fac ea, quae societatem tuam perfectiorem reddunt. & omitte ea, quae societatem tuam imperfectiorem efficiunt.*

SCH. Deuenimus igitur ad PUPENDORFII principium: socialiter viue. Intelligimus inde simul, cur Iuris naturalis Doctores ius sociale in ius sociale humanum atque perfectum distinguant. Quae vero de iure sociali humano monenda, in praelectionibus indicabo.

§. 532.

Principii I. Soc. extensio ad me.

Ius & obligatio ad finem dat etiam ius & obligationem ad producenda media, sine quibus finis existere nequit, & v. v. (§. 94. cum Cor.).

Cor.). Iure ergo societatis sociis etiam competit ius & obligatio ad ea producenda media, quorum existentia ad bonum societatis commune obtinendum necessaria (§. 530.).

dia ad obtinendum Soc. scopum necessaria.

SCH. Hoc ex principio infra deducamus modum, quo quis immediate ex lege ius perfectum atque affirmativum alias in personas acquirere potest.

§. 533.

In societate limitata socii non omnī ratione sunt socii (§. 525.). In eiusmodi itaque societate non necesse est, ut omnes sociorum actiones ex societatis scopo explicentur (§. 530.). Quae ex ratione tam actiones suas ad perfectionem societatis, quam ad perfectionem propriam dirigere possunt. Quibus ex principiis manifestum est, fieri posse, ut salvis officiis socialibus propriam etiam salutem atque utilitatem eiusmodi societatis socii quaerant (§. 530. seqq. 148.).

Salva societate quilibet & suis commodis studere potest.

SCH. Sed quid, si salus propria & communis ita concurrant, ut una simul obtineri nequeant? In collisione obligationum nulla datur obligatio, nisi ad exceptionem (§. 92.), quae ita instituenda est, ut maior obligatio obligationi minori, i. e. bonum maius bono minori praefertur (§. 93. Cor. 2.), seu, si leges spectamus, in collisione lex maior legi minori praeferenda est (§. 125.). Hac ergo in collisione legem & obligationem maiorem quaeramus. Principium a Viris doctissimis absolute positum: socium nimirum salutem communem. saluti privatae suae, aliusve socii debere praeferre, restringendum limitandaque esse, mihi videtur, in cuius rationem inquiramus.

§. 534.

Perfectionem socii ex bono societatis communi non hauriendam post haec salutem privatam

Quid salus privata temporaria

ria &
perpe-
tua.

natam vocabimus. Perfectio illa vel ita comparata est, vt ea demta imperfectio in omni statu oriatur, vel vt eius priuatio non in omni, sed in quodam solummodo statu sit imperfectiois caussa. Si *prius*, salutem priuatam vocabimus *perpetuam*, si vero *posterius*, *temporariam*.

SCH. *Exempla vtriusque salutis in promptu sunt, commodum enim vitae genus ad temporariam, & tranquillitas animae ad perpetuam referri potest &c.*

§. 535.

Officio-
rum so-
cialium
funda-
mentum
est in a-
more sui
ipsum.

Socius rationem, cur officia socialia praestet, ex officiis erga se ipsum seu ex amore sui ipsius haurire debet. Omnia enim officia socialia referuntur ad principia: iure tuo, quod in alterum habes, ita vt ere, ne leges naturales violes, & eodem modo viue conuenienter iuri alterius, quod in te habet (§. 529. & 530.). Sed, vt leges naturales sequamur, propriam per nostram salutem obligati sumus (§. 147.). Ergo abunde sequitur, vt socius rationem, cur officia socialia praestet, ex officiis erga se ipsum seu ex amore sui ipsius haurire debeat (§. 252. seqq.).

COR. Officia socialia eo tendunt, vt bonum societatis commune obtineatur (§. 528.). Applicatio ergo principii: *Dirige actiones tuas ad obtinendum bonum societatis commune* (§. 530.), ex natura officiorum erga nosmet ipsos est determinanda.

§. 536.

Produ-
ctio sa-
lutis pri-
uatae
perpe-

Officia erga nosmet ipsos ita comparata sunt, vt in eorum collisione, quae totum hominem omni in statu afficiunt, iis praefenda, quae totum hominem omni in statu non afficiunt

ciunt (per dem ad §. 275.). Summum ergo omnium officiorum spectat productionem salutis priuatae perpetuae, (*quae est animae*) (§. 534.).

tuae est
summum
officium
ergo nos-
mit
ipso.

COR. Officia ex lege consipiuntur (§. 148.), summa ergo huius speciei legum est: *Quaeras salutem priuatam, perpetuam.*

§. 537.

Lex maior in collisione legi minori praeferenda est (§. 126.). Legibus ergo paret, qui salutem priuatam perpetuam (animae) societatis bono communi, quatenus sunt in collisione, praefert (§. 536.).

E. sales
priuata
perpetua
praeferenda est
bono
communi.

SCH. Si ergo religio sit in collisione cum bono societatis communi, religio, quae Dei honorem, ideoque salutem animae perpetuam comprehendit, de quo infra, praeferenda erit (§. 287. seqq.). Ne dicam, rem distincte cognoscentem facile concedere, veram societatis felicitatem, violata religione, non posse cogitari. Reflectamus simul animum ad *LUTHERVM* reformantem, quem infra ab iis, qui criminis perduellionis eum infimulant, defendam.

§. 538.

Salus temporaria hominem non in omni afficit statu (§. 534.), fieri ergo potest, vt eum vel in vno solummodo, vel in pluribus afficiat, hac ergo in salute quantum concipere possumus (§. 82.), quod eo maius est, quo plures adfunt status, in quibus hominem afficit. Maius bonum in collisione praeferendum est minori (§. 93. Cor. 2.), ideoque & *obligati sumus, vt in collisione salutem temporariam maiorem minori praeferamus* (§. 147. 146.).

In collisione salus temporaria maior minori praeferenda est.

§. 539.

§. 539.

Quid se-
curitas
& eius
opposi-
tio.

Securitatem nomine statum, in quo mala imminencia praeuidere licet nulla. *In securitatem* ergo nos contra alium ponimus plenariam, si illum eo redigimus, ut nocere nobis non possit, licet quam maxime velit. Si vero mala imminencia praeuidere licet, non viuimus *in securitate*.

COR. I. Ex malo imminente necessario oritur auersatio, quae metus dicitur (§. 81. Pl.). Eiusmodi itaque mali imminencia consideratio felicitatem excludit (§. 147.), sequitur inde, ut, qui in statu securitatis non viuunt, infelices sint.

COR. II. Ex ratione opposita facile intelligemus, statum securitatis qua talem non esse statum infelicitatis. Vbi enim nulla mala, ibi nulla est infelicitas; in statu vero securitatis nulla sunt mala. Ergo nec fieri potest, ut eiusmodi statum infelicem vocemus.

SCH. Vellem tamen, ut ea, quae apparent, ab iis, quae sunt, distinguas, ne pro securitate habeas quod potius contrarii exhibet characterem.

§. 540.

Qui alte-
ri dat ius
belli, non
est in se-
curitate
ergo in-
felix.

Ponamus A alteri B dare ius belli. Ergo & $\tau\omega$ B dabit ius arripiendi statum, quo gaudet conatu efficaci illi inferendi mala (§. 358. seq.); si conatus efficax non impeditur, ducitur ad actum (§. 368.), ergo & subiectum A alteri B dabit ius quacunquē occasione illi mala inferendi, donec ea praestet, quae praestare debet. Ex quibus satis manifestum est, subiectum A, si alteri B dat ius belli, non viuere in statu securitatis (§. 344. 539.), ideoque propriam ipsius culpam esse, ut sit infelix (Cor. I. §. 539.).

COR. Sola laesio est iusta causa belli (§. 360. seq.);
qui

qui ergo alterum laedit, in statum dubiae securitatis incidit, ergo est infelix.

§. 541.

Infelicitas temporaria, cuius causa est violatio officiorum erga nosmet ipsos immediatorum, semper minor est infelicitate, cuius causa est laesio, qua alteri datur ius belli. Infelicitas enim temporaria, cuius causa est violatio officiorum erga nosmet ipsos immediatorum, hominem non omni statu afficit (§. 534.). Sed infelicitas, cuius causa est actio, qua quis alteri dat ius belli, illum omni in statu afficit, donec ea praestet, quae praestare debet (§. 540.). Illa ergo infelicitas hacce semper minor est (§. 538.).

Quantitas infelicitatis temporariae relativa.

COR. Ecce magnam obligationem, quam habemus, ut a laesione externa abstinamus.

§. 542.

Quo maior est infelicitas, quam euitamus, eo maior est felicitas seu salus, quam nobis acquirimus (§. 147. 154.), in relatione ergo ad felicitatem temporariam maiorem nobis acquirimus felicitatem euitatione laesionis externae, quam euitatione violationis officiorum erga nosmet ipsos immediatorum (§. 541.), illa itaque huic obuia in collisione praeferranda est (§. 538.).

Euitatio laesionis externae praeferranda est in collisione violationi officiorum erga se ipsum immediatorum.

SCH. Principia haec generalia & abstracta ex iis, quae in superioribus Sect. I. & II explicata, magis determinari euolutaque obuios ad casus facile accommodari possunt. Hic ea ad statum socialem accommodabimus.

§. 543.

Socius, qua talis, officia sua socialia violans alterum socium externe laedit, ideoque huic

Socius dat socio ius belli si actio.

nes suas
non diri-
git ad so-
cietatis
bonum
commu-
ne.

huic dat ius belli (§. 529. cum Cor. Cor. seq.).
Violat vero socius officia sua socialia, quatenus
ad obtinendum bonum societatis commune
actiones suas non dirigit, quas tamen ad idem
obtinendum dirigere debuit (§. 530.). Ergo
& sequitur, *ut socius, qui qua talis, actiones
suas ad obtinendum bonum societatis commune
non dirigit, alterum socium laedat, ideoque huic
det ius belli.*

§. 544.

Hoc ergo
saluti
privatae
tempora-
riae
praefer-
endum
est.

In collisione ergo boni societatis commu-
nis cum salute privata temporaria salus socie-
tatis saluti privatae temporariae praeferenda
est (§. 542. 543.).

SCH. I. Et ita limitatio principii absolute positi,
vi cuius salus communis praeferenda sit privatae,
ex ipsa societatis indole atque natura deducta est,
quae efficit, ut omnia, quae cum specie obuerti
possunt, sint in vado. Huius ex commodi neces-
sitate commotus fictionem, *qua societas ut una per-
sona, ideoque socii et membra, quae ad societatem
se habeant ut membra ad corpus, cogitantur, non
ut principium iuris socialis posui, uti a permultis
factum est.*

SCH. II. Aliam adhuc ante ponamus quaestionem,
quam specierum societatum earumque subordina-
tionis explicationem aggredimur, non minoris, quam
prior, momenti, *numquid eo ius sociale extendatur,*
*ut socium officia socialia violantem, supplicio afficere
possit alter?* Respondebimus ex vltiori iuris de-
fensionis atque belli determinatione, eam ergo
proponere necessarium est.

§. 545.

Iuris de-
fensionis
extensio.

*Ius defensionis competit illi, quem alter ag-
greditur, donec se contra aggressorem in plena-
riam ponere potest securitatem. Ille enim, quem
alter*

alter aggreditur, competit ius defensionis, quia malum imminet (§. 345.). Quare, cum posita eadem legis ratione eadem legis dispositio ponenda (§. 103. Cor.), & deficiente securitate mala immineant (§. 539.), consequens est, vt illi, quem alter aggreditur, competat ius defensionis, donec se contra aggressorem in plenariam ponere potest securitatem (§. 539.).

§. 546.

Facultas moralis alterum supplicio afficiendi vocatur *ius vitae & necis*. Quid ius vitae & necis.

COR. Qui alterum supplicio afficit, illi mala infert (§. 264.), & quidem summa (Cor. 1. §. cit.). Pertinet ergo ius vitae & necis ad ius alteri mala inferendi, ideoque ad ius belli (§. 359.). Quae ergo in superioribus de iure belli dicta, ad ius vitae & necis etiam applicanda sunt.

§. 547.

Illi, cui ius belli competit, etiam competit ius vitae & necis in aggressorem, si alia ratione plenam contra aggressorem non potest acquirere securitatem, quam aggressoris morte. Quando defensori sui competit ius vitae & necis. Illi, cui ius belli competit, competit etiam ius aggressori mala inferendi (§. 35.), donec omnis laesio, ergo & laesio imminens cessat (§. 360. seqq. 346.), ideoque illi competit ius aggressori mala inferendi, donec se contra eum in plenariam ponere potest securitatem (§. 539.). Quamobrem, cum ius ad finem det ius ad media (§. 94.), defensori, si alia ratione plenam securitatem non potest obtinere, competit ius aggressori summa inferendi mala, atque ideo ius aggressorem supplicio afficiendi (§. 264. Cor. 1.), eiusmodi ius vocatur ius vitae & necis

T

cis

cis (§. 546.), manifestum itaque est, determinatis sub circumstantiis defensori sui ius vitae & necis competere.

COR. Remota causa tollitur effectus. Nulli ergo defensori sui ius vitae atque necis in aggressorem competit, qui levioribus, quam aggressoris morte, mediis plenam sibi comparare potest securitatem (§. 349.). Sola ergo ex principii demonstrati hypothese ius vitae & necis personae in personam competens deduci potest. *Et simul inde sequitur, ut iure belli ad ius vitae & necis non valeat consequentia.*

SCH. Restat vnicum, quod principio exposito cum specie posset obuerti. *Scil. persona A in personam B habere potest ius vitae & necis vi pacti.* Sed res est in vado. Si A habet ius aliquod in B vi pacti, ex promissione quadam huius deriuari debet possessio (§. 415.), sed dum nemo alteri aliquid promittere potest, nisi quod ad rem suam pertinet (§. 594. Cor. 5.), & nemini ius vitae & necis in se ipsum competit (§. 264. cum Cor. & Schol.), deest fundamentum, ex quo eiusmodi iuris vitae & necis acquisitio concipi potest. Quae de iure gladii dicenda, ex explicatis facile inferri possunt.

§. 548.

Quod ad
statum
socialem
applicatur.

Duo sunt, quae demonstrare debet, ius vitae & necis in alterum sibi arrogans, primo scilicet, sibi in alterum competere ius belli, deinde, contra aggressorem plenam suam securitatem non posse tueri, nisi aggressoris morte (§. 547.). Socius B, qua talis, actiones suas ad obtinendum bonum societatis commune non dirigens, alteri sociorum A dat ius belli (§. 543.), si ergo his sub circumstantiis socius A plenariam societatis securitatem alia ratione, quam morte socii B, qui aggressor est, obtinere nequit, iuris est, ut socio A ius vitae & necis in socium B competat.

COR.

COR. Hancce causam solummodo efficere posse, ut sociorum alteri in alterum eiusmodi competat ius, ex Cor. §. 547. abunde sequitur.

SCH. Ex dictis infra ius vitae & necis principi in ciues competens deducamus.

§. 549.

Nunc ad species societatis descendendum, ac determinandum erit, quid *societas voluntaria & necessaria, aequalis & inaequalis, maior & minor* &c. Societas est status, quo personae in personam competit ius perfectum atque affirmativum (§. 521.), quod vel ex pacto vel ex lege acquiritur (§. 474. seqq.). Si prius, societas dicitur *voluntaria*, & si posterius, *necessaria*.

Quid societas necessaria & voluntaria.

COR. I. Iure itaque naturali non omnis societas est voluntaria. Ita ergo comparata est nostra definitio, ut, quicquid in omni societate commune est, ad eius limites sit reuocatum.

COR. II. Societatis voluntariae natura atque constitutio ex natura constitutioneque pacti deducenda est.

SCH. Inter societates necessarias referri potest societas paterna, & societas vniuersalis omnium hominum. Viuunt enim in societate, quatenus ita viuere obligantur singuli, ut alii vna viuere valeant (§. 299. seqq.). Qua de societate in meditatione de civitate Dei plura dicuntur. Et si ad hanc societatis species animum aduertamus, dubia, quae definitioni de societate obuerti possent, euanescent.

§. 550.

In quacunq; societate persona A habet ius in personam B, & haec obligata est (§. 523.). Haec obligatio vel ab eo, cui ius competit, vel a natura societatis nimirum dependet, priori ratione societas vocatur *inaequalis*, posteriori vero *aequalis*.

Quid societas aequalis & inaequalis.

T 2

SCH

SCH. Et ita habemus distinctas societatis aequalis & inaequalis definitiones, quas, quatenus ex membrorum aequalitate & inaequalitate hauriuntur, sine fictione quadam distincte non posse cogitari, mihi quidem videtur.

§. 551.

Quid imperium absolutum & limitatum.

Ius de actionibus entis cuiusdam intelligentis pro arbitrio proprio disponendi, vocatur *imperium*. Et subiectum, cui eiusmodi ius competit, *imperantis* nomen accepit. Quibus ex notionibus sequitur, vt nemo imperans dici possit, nisi ea ratione, qua de actionibus alicuius pro arbitrio proprio disponere potest. Atque ideo facile intelligitur, quid sit imperium *absolutum* & *limitatum*, illud omnes actiones, hoc tantummodo quasdam tangit.

COR. Actiones nostrae morales a voluntate vel voluntate nostra dependent (§. 54. seqq.). Voluntas atque noluntas nostra per motiua flexuntur (§. 36.). Qui itaque est alterius quoad actiones morales imperans, ille etiam habet ius cum actionibus alterius motiua connectendi, ideoque ius alterum obligandi (§. 74.). Qua ex ratione dicitur, *imperantem* esse personam, in cuius arbitrium reliquorum voluntates & noluntates, seu actiones morales resolutae sunt, i. e. in cuius arbitrio reliqui rationem habent, cur suas actiones hoc & non alio modo componant.

§. 552.

Quid imperio alterius subesse & obsequium.

Imperio alterius subesse idem est, ac perfecte obligatum esse, alterius imperio conuenienter viuere. Habitus imperio alterius conuenienter viuendi est *obsequium*. Ex quibus, quoniam obligati sumus, vt obligationi nostrae conuenienter viuamus (§. 93.), sequitur, vt qui imperio alterius subest, obsequium praestare debeat.

COR.

COR. I. Qui imperio alterius subest, & obsequium, quod praestare tenetur, non praestat, ille agit contra ius imperantis (§. 551. seq.), imperantem ergo laedit (§. 329.), ideoque illi dat ius belli (§. 362.), quod ius vitae & necis fieri potest (§. 547.).

COR. II. Imperium est ius in actiones alterius (§. 551. Cor.). Ius, quod dominii characterem exhibet, ipsam rei substantiam afficit (§. 446. seqq.). Plus ergo est, dominio alicuius, quam eiusdem imperio subesse.

§. 553.

Imperanti competit ius, de actionibus alterius pro arbitrio proprio disponendi (§. 551.), imperium ergo sine statu, quo personae in personam competit ius perfectum atque affirmativum, concipi nequit, eiusmodi itaque imperium non est, nisi in societate quadam (§. 521.), & quidem inaequali (§. 550.). Porro, ubi societas inaequalis, ibi alteri sociorum competit ius de actionibus alterius pro arbitrio proprio disponendi (§. 550.), ideoque imperium (§. 551.).

Imperium facit societatem inaequalem.

COR. I. Ex quibus patet, quomodo ea, quae de societate in superioribus evoluta sunt, ad societatem inaequalem accommodari, magisque determinari possint. vide §. 551. seq. De quo plura infra.

COR. II. Vnicum est, quod hic notare velis, in societate nimirum inaequali personas esse vel imperantes, vel subiectos (§. 551. seq.).

§. 554.

Efficere, ut scopus vnius societatis (§. 528.), fiat medium ad scopum alterius cuiusdam societatis obtinendum, idem est, ac *societates subordinare*. Qua ex ratione haec societas *subordinans*, illa vero *subordinata* vocatur.

Quid societatum subordinatio.

COR. I. Membra ergo societatis subordinatae obligata sunt, ut actiones suas ad commune societatis subordinantis bonum obtinendum dirigant (§. 530.).

COR. II. Vti ergo focii societatis se ad suam societatem habent, ita se habent societates subordinatae ad societatem subordinantem.

§. 555.

Quid societas composita & simplex.

Deuenimus inde in societatis *simplicis* & *compositae* ideam. *Composita* nimirum ex societatum subordinatione, *simplex* vero sine omni societatum subordinatione concipitur.

§. 556.

Bonum societatis subordinantis subordinatae praefendum est.

Si in societate composita bonum societatis subordinantis cum bono societatis subordinatae sit in collisione, illud huic praeferrri debet. Ut bonum societatis subordinatae existens reddamus, obligati sumus, quo bonum societatis subordinantis possit obtineri (§. 554.). Obligatio ergo ad bonum societatis subordinantis obtinendum dat rationem, cur ad bonum societatis subordinatae obtinendum agamus. Si itaque bonum societatis subordinatae sit in collisione cum bono societatis subordinantis, obligatio ad illud obtinendum cessabit, ea vero, qua hoc existens reddere debemus, remanebit (§. 93.). Quamobrem, cum, ut obligationi nostrae conuenienter viamus, teneamur, (§. 93.), in collisione boni societatis subordinantis cum bono societatis subordinatae illud huic praeferre debemus.

COR. Duplex ex his intelligimus fundamentum, ex quo societatis compositae perfectio cognoscenda, nimirum consensus variorum ad scopum societatis subordinantis obtinendum, & perfectionem societatum subordinatarum. Primum est sine omni dubio (§.

15.);

13.); alterum facile concedet, cui principium illud Metaphysicorum notum, vi cuius perfectio est eo maior, quo maior consensus, consensus vero eo maior, quo minores concipi possunt exceptiones.

§. 557.

Ab imperfectione partis ad imperfectionem totius non statim valet consequentia. A laesione ergo membri societatis ad laesionem totius societatis saepe sine fundamento concluditur (§. 322.). Ponamus vero eiusmodi laesionem ea afficere, quibus socius bonum societatis commune existens reddere debet, eiusmodi laesio certissime erit societatis laesio (§. 529.).

Quando a laesione socii ad laesionem societatis concludi potest.

SCH. Respicens ad §. 533. seqq. idem hoc nostrum principium aliis ex fontibus colligere potest.

§. 558.

Quilibet socius A, si salua salute privata perpetua fieri potest, obligatus est, alterum socium B, qui in felicitate societatis conseruanda & amplificanda studet, iuuare, si propria virtute eam non potest reddere existens. Quantum enim salus privata perpetua permittit, socius A actiones suas in bonum societatis commune dirigere tenetur (§. 530.), si vero alterum socium B, qui in felicitate societatis conseruanda & amplificanda operam collocat, iuaret, efficiet, ut vsu virium suarum bonum societatis commune existens reddere possit (§. 310.), alter ergo sociorum A obligatus est, alterum B, qui in felicitate societatis conseruanda & amplificanda studet, iuuare, & quidem, si eam propria virtute non possit reddere existens (§. 313.).

Quando socius perfecte obligatus est alterum socium ad promouendum bonum publicum iuuare.

COR. I. Ad impossibile nulla datur obligatio (§. 92.), nulla itaque ratione socius A ad auxilium alteri ferendum obligatus erit, si viribus ipsius repugnaret.

COR. II. Obligationem, de qua supra dicta, esse perfectam, Cor. I. §. 529. docebit. Quo vero rectius iudicare possis, respice ad §. 533.

§. 559.

Liberationis a societate species.

Constitutione societatum earumque natura explicata nunc iusto ordine deserimus in *liberationem a societate*, quam Icti variis exponere solent nominibus, *soluere*, *dissolvere*, *extinguere* & *finire* societatem a se inuicem distinguentes. Communis eorum character est, tam iuris socialis, quam obligationis socialis cessatio, differentia vero specifica ex liberationis ratione sumitur, si enim ea in sociorum morte inuenitur, habemus *solutionis* fundamentum; si ipse sociorum consensus determinatam exhibet rationem, liberatio haecce vocatur *dissolutio*. *Extinguitur* porro societas cessante sociali nexu vi legis (*a*), cui *soluere* societatem subiicitur, quatenus tempus, ad quod societas contracta est, elapsum liberationis rationem porrigit. Generalia exponamus, specialiora ex circumstantiis facillime determinari possunt.

SCH. (*a*) Huc referri potest mors civilis L. 63. §. f. ff. pro Socio, pro qua hodie bannum imperii substituitur. It. ingressus monasterii, negotium, propter quod inita est societas, finitum &c.

§. 560.

Primus modus quo socii a societate liberari possunt.

Cessante iure, quod ex obligatione sociali oritur, cessat etiam societas (§. 559.). Et obligatio socialis cessat, cessante iure sociali (§. 523.). Cessante ergo fundamento, quo socio in socium competit ius perfectum atque affirmatiuum, cessat etiam societas.

COR.

COR. Varii ergo modi, quibus eiusmodi ius in alios acquirere possumus, explicant varia liberationis a societate fundamenta. Societas est vel necessaria, vel voluntaria, illa immediate per legem, haec vero per pactum constituitur (§. 549.). Hinc patet, *liberationem a societate necessaria* ex eo, quoniam ratio legis, qua constituta, cessat, & *liberationem a societate voluntaria* ex solutione nexus pactitii deducendam esse.

§. 561.

Nullum sine obligatione possibile est ius (§. 152.). Cessatio ergo obligationis socialis <sup>Alter
modus</sup> simul omne ius sociale, ideoque societatem finit (§. 559.). Quamobrem, cum ad impossibile nulla detur obligatio (§. 91.), socius etiam a societate liberatur, si modo ostendi potest, impossibile esse, vel physice vel moraliter (§. 150.), eum viribus suis bonum societatis commune posse existens reddere.

SCH. Applicabimus principia generaliter evoluta ad varias societatum species, ex diversitate iuris personae in personam competentis concipendas (§. 522.), matrimonialem, paternam atque herilem. Quorum priores, quoniam vnius principia alterius clariora reddunt, caput sequens combinatas exhibebit.

CAP. II.

DE

SOCIETATE MATRIMONIALI ATQVE
PATERNA.

§. 562.

Quodsi doctrinam antecedentem & hic adplicare vellem, permultas designare possem societates, ad quas obligatio quaedam etiam naturalis ex 299. seqq. deducenda. Sed specialia ex generalibus facili negotio intelligenda

Obligatio ad societatem naturalem indicatur.

T 5

genda determinandaque hic exponere non institui. Paucis ergo earum societatum, ex quibus reliquæ concipiendæ, naturam obligationemque ad eas naturalem distincte indicabimus, quo ad nonnullas arduas quæstiones solide possimus respondere. Quamobrem, cum obligationis extensio ex principiorum connexione haurienda (§. 94.), nexum breuissimis euoluamus, ex quo obligationem ad societatem matrimonialem paternamque deducere possumus.

§. 563.

●obligamur ad procreandam sobolem.

Perficiamus corpus nostrum etiam sensibile (§. 252.), & conservemus ipsius sanitatem atque vitam (§. 263. 264.). Sed qua ex ratione? quo omnes nostræ actiones operationesque cum scopo corporis nostri sensibilis consentiant (§. 13.). Sed quis est scopus ille? rationem perfectionis hic a posteriori quaerere debemus, ergo necesse erit, ut omnium membrorum ideas euoluamus, & ex iis distincte cognitis deducamus rationes, cur hac & non alia quadam ratione coexistent. Quibus factis manifestum erit, ut inter eas, præcipue etiam procreatio sobolis referri debeat. Sequitur inde, ut *ad sobolem nostram procreandam obligati simus.* /

COR. Obligatio naturalis dat legem naturalem (§. 127.), habemus ergo legem naturalem: *Corpus tuum sensibile ad procreandam sobolem aptum redde, omniaque hunc scopum destruentia vita.* Quæ obligatio est hominum vniuersalis (§. 101.), legem vniuersalem (§. cit.), atque ideo indispensabilem exhibens (§. 124.), nisi forsitan legum collisio aliam requireret determinationem (§. 92.).

SCH.

SCH. I. Non hic decidimus, vnde scopus iste oriatur, cum ea decisione opus hoc loco non sit. Sufficiat, nos ex structura atque operationibus, quae in sensum incurrunt, intelligere, eiusmodi scopum existere, hunc vero machinae nostrae scopum esse finem Dei, hoc loco, iuris naturalis principia ex naturae hominis, quantum fieri potest, consideratione eruens, determinare nolo, etiamsi fieri possit, si modo dua haec principia Theologiae Naturalis:

Ea, quae ex verum essentia sunt, constituunt finem Dei, &

Deus vult omnium rerum vel quoad individua, vel quoad speciem conseruationem

vberius hic explicare vellem. Conatum autem procreandi sobolem sequi ex essentia corporis sensibilis, non ex humani corporis solum structura, sed etiam ex animalium ratione carentium corporibus, satis elucescit, si quis ad stimulum, quem natura animalibus indidit, attendere voluerit.

SCH. II. Sed obuersatur adhuc oculis dubium aliquid, quod vt remoueamus, necessarium esse iudico. *Opponitur enim manifestatio perfectionum diuinarum, quam Deus ultimato per corpus nostrum vult obtinere.* Sed saluis meis hoc tuum principium concedimus, aliud enim est, corpus nostrum in se considerare, aliud corpus illud ad totum vniuersum referre. Nos de priori solummodo loquimur, & quidem, *quoniam subalternata per scopum suum specialem ad scopum generalem obtinendum tendunt,* non sine ratione sufficiente.

SCH. III. Idem hoc nostrum principium ex hypothesi de socialitate THOMASIVS in Iurispr. diu. L. III. cap. II. §. 52. deduxit conf. PUFENDORFII L. N. & G. Lib. II. cap. 12. §. 3.

§. 564.

Sobolis humanae procreationem duos homines diuersi sexus requirere, experientia abunde docet. Actus procreandi est mutabilis, ideoque statum quendam determinat (§. 2. Prae.). Ex quo sequitur, vt per naturam obligati

Inde ostenditur status quidam hominum.

ligati sumus ad arripiendum statum, in quo cum homine alieni sexus sobolem nostram procreare possumus (§. 563.).

COR. Status ergo maris & foeminae ex procreatione sobolis concipiendus secundum ius naturae necessarius est.

§. 565.

Qui est
socialis.

Status ille maris & foeminae, in quo ad procreandam sobolem se coniungunt, socialis esse debet. Marem enim atque foeminam (de quibus hic loquimur) sobolem procreantes esse personas, quisque personam, suppositum intelligens interpretans, facile concedet. Status ergo ille inter status personarum referri debet. Eodem porro in statu necesse esse, ut mari in foeminam & v. v. competat ius sobolem procreandi, alterum nimirum societatis characterem (§. 521.), ita euinco: Mas A cum foemina B sobolem procreans partibus corporis B ad scopum suum obtinendum utitur. Partes corporis nostri etiam ad $\mathcal{I}o$ nostrum pertinent (§. 327.), dictis ergo sub determinationibus mas A ea, quae ad $\mathcal{I}o$ suum foeminae B pertinent, suum ad obtinendum scopum dirigit. Hoc ut faciat, aut habet ius, aut non. *Si posterius*, nullam habet facultatem moralem, qua ea, quae ad $\mathcal{I}o$ suum foeminae B pertinent, suum ad obtinendum scopum dirigere potest (§. 151.), atque ideo, si partibus determinatis utitur, foeminam B externe laedit (§. 322. seqq.). Quamobrem, cum nemo sit laedendus (§. 323.), necesse est, ut A dictis sub determinationibus habeat ius, quo ope B sobolem suam possit procreare (§. 563. sq.). Idem eadem

eadem ratione, qua haecenus demonstraui-
 etiam de B in relatione ad A valere, probari
 potest. Et simul ex eodem patet, eiusmodi ius
 esse affirmatiuum atque perfectum, atque ideo
 sequitur, vt status ille maris atque foeminae,
 in quo ad procreandam sobolem se coniungunt,
 si iuri naturae sit conueniens, socialis esse de-
 beat (§. 521.).

COR. I. Si quis scopum eiusmodi coniunctionis spe-
 ciet, facile concedet, omnem concubitum per vim
 extortum iuri naturae repugnare. Sed fortasse di-
 xerit quispiam, eiusmodi coactionem ex iure belli
 iustam fieri posse. Sed quae in superioribus §. 344.
 de iure belli explicauimus, eiusmodi argumentum,
 quod in contrarium adduci possit, abunde soluent.

COR. II. Societatem, de qua in commate diximus,
 esse aequalem, §. 550. docebit.

§. 566.

Porrigit ergo Ius Naturae societatem ex so- Quid
conubi-
um.
 bolis procreatione concipiendam, quam *con-*
nubium post haec vocabimus. Concubitus
 ergo, cuius scopus non est sobolis procreatio,
 ad connubium referri nequit.

SCH. *Terminum connubii in ea hic sumimus exten-*
sione, vt genus coniungii stricte sic dicti atque concu-
binatus exprimere possit, quae forsitan non sine
commodo ad genus aliquod commune reducuntur.

§. 567.

Varios appercipimus stimulos naturales ad Ad quod
etiam
pertinet
desiderii
naturae
libidinis-
que ex-
tinguitur.
 concubitum (Schol. §. 563.), magnam etiam
 voluptatem sensualem natura cum actu con-
 cumbendi coniunctam esse, Physica docet. Qui
 stimulo naturali satisfacit, is desiderium natu-
 rae *extinguere* dicitur. Voluptas sensualis cum
 concubitu coniuncta *libidinis* accepit nomen.
 Quid

Quid ergo sit *libidinem extinguere*, satis intelligitur. Quamobrem, cum posito vno connexorum etiam alterum ponendum sit (§. 30.), connubii scopum etiam esse, desiderio naturae satisfacere libidinemque extinguere, sequitur (§. 566.). Eiusmodi vero scopum non exhibere connubii characterem discretium, ex §. cit. colligitur.

COR. Errant igitur, qui affirmant, principalem connubii scopum esse, ut libido extinguatur.

§. 568.

Societas
ex libidinibus
extinctis
Quo tantum
concupiscenda
est illicita.

Societas, cuius scopus tantummodo est libidinis extinctus, legibus naturalibus repugnat. Membra enim societatis, cuius scopus tantummodo est libidinis extinctus, voluptati sensuali cum concubitu coniunctae satisfaciunt, licet sobolem procreare non velint (§. 566.). Membris itaque corporis ita vtuntur, ut eorum scopum principalem negligant (§. 563.). Agunt itaque contra obligationem naturalem (§. 94. Cor.), ideoque societas, quae inde oritur, legibus naturalibus repugnat (§. 127.).

COR. I. Eadem ex demonstratione simul patet, eos, qui principalem connubii scopum libidinis extinctum vocant, media & fines non satis distinguere.

COR. II. Porro ex eadem manifesta est veritas huius principii generalis: *Qui ita agit, ut eadem actione libidinem solummodo velit extinguere, illicite agit.* Idem hocce principium infra in iurisprudencia civili alio ex fonte deducamus.

SCH. Foecundum hic habemus principium, ex quo, per multas hominum actiones societatesque illicitas esse, deducere possumus, *paederastiam* scilicet, *sodomiam*, *polyandriam*, *lenocinium* &c. sed pro instituto generalia exponere sufficiat, specialiora praelectionibus partim, partim aliis referuamus temporibus.

§. 569.

sig. Auster
Sphindenberg.

§. 569.

Si homines diuersi sexus societatem ea so- lummodo ex ratione ineunt, quo libidinem extinguere possint, societas illa vocatur *scortatio*. De scortatione.

COR. Scortatio igitur non est connubium (§. 566.), sed iuri naturae repugnat (§. 568.). Et ita intelliges meam de scortationis moralitate sententiam, de qua iuris naturalis Doctores permultum disputarunt. vid. THOMASIVM in iurispr. div. Lib. III. Cap. II. §. 72. seqq. Notare tamen velis THOMASIVM hanc suam sententiam deinde mutasse, quod ex ipsius emendationibus ad fundamenta Iurisprudentiae diuinae, quas fundamentis I. N. & G. adiunxit, manifestum est

§. 570.

Omne connubium iustum est societas voluntaria. In connubio enim marito competit ius in foeminae corpus & vice versa ex sobolis procreatione concipiendum (§. 565. seq.). Sed ius, quod alicui competit in id, quod pertinet ad se suum alterius, deriuatiue acquiritur (§. 460. & 13. Pr.), ergo tam maritum quam foeminam ius illud deriuatiue sibi acquisuisse, necessarium est. Porro, cum sobolem non possint procreare, nisi viui, consequens est, vt ille acquirendi modus inter eos referri debeat, quibus aliquid deriuatiue atque viuo priore domino acquiritur. Sequitur inde, eiusmodi ius determinatis a personis, remotis omnibus laesionibus, non nisi per pactum posse adquiri (§. 475.). Quamobrem, cum connubium sine concubitu non possit concipi (§. 566.), & omnis concubitus per vim extortus iniustus sit (§. 565. Cor. 1.), consequens est, Connubium est societas voluntaria.

vt

vt omne connubium iustum, id est legibus conueniens, societas (§. 566.) voluntaria esse debeat (§. 594.).

COR. I. Intelliges inde fieri posse, vt obligatio naturalis ad societatem quandam voluntariam constituitur (§. 563.).

COR. II. Eiusmodi pactum connubium constituens esse bilaterale, demonstratio §. 565. & §. 438. abunde docebit.

COR. III. Ex quibus patet, per multa hic inferri posse consuetaria, si, quae de pacto bilaterali §. 393. seqq. explicauimus, ad societatem connubialem adcommo-
dantur.

COR. IV. Ex quibus facile intellectu est, quid iudicandum sit

- 1.) *De connubio decrepitorum*, quod *Lege Iulia vel Papia* iustus prohibebatur, vide Ill. HEINECCII *Comment. ad L. Iul. & Papiam Poppaeam*. Conf. HENNINGI ARNISARI *comment. de iure connubiorum c. II. sect. 4.* Tolerantur quidem eiusmodi connubia in ciuitatibus, sed recte a PVERENDORFFIO I. N. & G. L. VI. c. I. §. 25. *honoraria* vocantur, dum honorarii vocantur, quibus titulus muneris sine functione datur.
- 2.) *De connubio spadonum* apud Aegyptios licito vid. GROTIUM ad Deut XXIII. 2. &.
- 3.) *Eunuchorum* apud Turcas licito, de quo RICAVT dans *Petat present de l'empire Ottoman*. Conf. HIERONYMI DELPHINI *Tractatus de eunucho coniugio s. von der Capaunen - Heyrath.*

§. 571.

Parentes
obligati
sunt pro-
creato-
rum vi-
tam con-
seruare
eorum-
que feli-

Parentes procreant filios, qui ob virium defectum nec vitam conseruare, nec felicitatem suam promouere possunt (quod experientia docet). Sed quae est ratio, cur ad sobolem procreandam obligati simus? certissime, vt genus humanum conseruetur (Schol. I. §. 563.).

Hic

Hic vero scopus quoniam non potest obtineri, nisi procreati vitam conseruare felicitatemque suam promouere possint (quod facillime cognoscitur ex iis, quae de hominibus eorumque vita in superioribus dicta): manifestum est, parentes etiam obligatos esse, vt ad procreatorum vitam conseruandam eorumque felicitatem promovendam actiones suas dirigant (§. 94. Cor.).

*citatem
promouere.*

COR. Quoniam felicitas hominum eorum ex perfectione oritur (§. 147.), quae perfectione corporis atque animae constituitur (Schol. Schol. ad §. 14.): patet, partium parentum esse, vt hasce obseruent leges.

1. Praebete procreatis alimenta.
2. Perficite procreatorum animam. vide. §. 256. - 262.
3. Perficite eorum corpus. vid. §. 263. - 273.

§. 572.

Qui hominis felicitatem vult promouere, in eodem conatum legibus conuenienter viuendi (§. 147.), ideoque conatum efficacem se perficiendi excitare debet (§. 149.). Actiones alterius eo dirigere, vt in eodem excitari possit conatus efficax felicitatem suam promouendi, idem est ac *eum educare*. Parentes ergo & obligati sunt, vt sobolem procreatam educent (§. 571.).

*E. & sobolem
procreatam
educare.*

SCH. Huncce conatum ea ex ratione efficacem vocauimus, quo conatus ille exercitio acquirendus a stimulis mere naturalibus possit distingui.

§. 573.

Parentes procreatis alimenta praebentes eosque educantes procreatos iuuant (§. 310. 26.).

*Quando
haec
obligatio
cessat.*

V

26.). Quoniam vero omnis obligatio ad auxilium alteri ferendum cessabit, si alter propria virtute idem obtinere posset (§. 313.), obligatio etiam hæc parentum cessat, si procreati propria virtute alimenta sibi acquirere suamque promovere possunt felicitatem.

SCH. Notare hic velis, aliam esse parentum obligationem, quæ ex eorum statu, aliam, quæ ex eorum factis oritur.

§. 574.

Quid puberes, im-
puberes,
maiores
& minores.

Homines, qui ob ætatis defectum nec alimenta sibi acquirere, nec felicitatem suam promovere possunt, dicuntur *impuberes*; qui vero in ea sunt ætate, qua propria vi alimenta sibi acquirere possunt, *puberes* vocantur. Qui alimenta sibi acquirere possunt, vel etiam in ea sunt ætate, qua propria virtute suam promovere possunt felicitatem, vel ea in ætate nondum existunt, si prius *maiorum*, si posteriorius *minorum* acceperunt nomen.

COR. I. Parentes ergo, qua tales, obligati solammodo sunt, ut procreatis impuberibus, non vero puberibus alimenta præbeant, & ut procreatos minores, non vero maiores educant (§. 573.).

COR. II. Connubium, cuius membra nec impuberibus alimenta præbere, nec minores educare possunt, legibus naturalibus repugnare, ex §. 571. seqq. colligitur. Lenocinium ergo est societas iniusta,

§. 575.

Inde oritur patria potestas.

Qui ad hoc vel illud obligatus est, illi etiam in hoc vel illud competit ius ex obligatione determinata concipiendum (§. 152.). Ergo & parentibus competit ius impuberes minoresque educandi (Cor. I. §. 174.), quod *patria potestas* vocatur.

COR.

COR. I. Patria ergo potestas ultra terminos educationis non extendenda est. Cessat ergo cessantibus annis impubertatis minorennitatisque procreatorum. Finis vero eorum in foro naturali vniuersaliter determinari nequit, rationem tamen huius determinationis vniuersalis in iure civili positiuo factae infra in iure ciuili vniuersali indicabimus.

COR. II. Educans actiones educandi eo dirigit, vt in eodem conatus efficax felicitatem suam promouendi excitari possit (§. 572.). Conatus efficax acquiritur exercitio (Schol. ad §. cit.), quod ex continua actionum homogenearum iteratione concipitur. Parentes igitur, vi patriae potestatis, quae iis competit (§. 572.), habent solummodo ius impuberum minorumque actiones eo dirigendi, vt in hisce oriatur habitus legibus conuenienter viuendi (§. 147.). Conf. Gor. ad §. 571.

COR. III. Qua tandem ratione ius vitae & necis patriae potestatis consecrarium esse possit, vti Romani voluerunt (a), ex §. 548. colligi poterit.

SCH. I. Non multa habeo, quae opponam dictis: id saltim addo, haec nostra principia satis euoluta atque explicata verum esse medium tollendis e medio difficultatibus, de quibus Doctores I. N. & G. disputarunt. Quaestio scilicet mouetur de subiecto, cui patria potestas in foro naturali tribuenda. Sed persuasum habeo, cogitationum diuersitatem in diuerso fonte, ex quo patriae potestatis fundamentum deduxerunt, fundatam esse. Iis ergo remotis nostris ex principiis facillime responderi poterit.

SCH. II. Qui patriae potestatis fundamentum in occupatione quaerunt, eam cum **HOBBSIO** (b) matri tribuunt, quae, vt docent, eandem, quoniam primum liberos in potestate ob conceptionem habet, in patrem transfert. Sed ego meis ex principiis colligo, fieri non posse, vt eiusmodi potestas, mediante occupatione adquiratur. Est enim occupatio modus acquirendi originarius (§. 463.), patria vero potestas non acquiri potest, nisi deriuatiue (per dem. Ad. §. 570. lqq.).

SCH. III. Excipiunt alii hoc argumentum alio quodam ex iis, quae in Schol. ad §. 469. dicta, desumpto, sed eiusdem, me arbitro, ponderis. Matrem semper certam esse, patrem saepius incertum, concedo quidem, consequentiam vero summa cum ratione, quam, quae de patria potestate ante docui, exhibent, nego, vid. *PLUVSTRUM LEYSE-RVM* Specim. XVIII. meditat. ad P. med. I.

SCH. IV. Alii Patris praestantiam fouentes, huic vel cum *PVENDORFFIO* (c) maximam dictae potestatis partem, vel cum *HORNIO* (d) totam illam potestatem tribuunt. Quoniam vero sexus praestantiam cum *GROTIO* atque *VITRIARIO* vrgent, rationem, qua hac de re sententiam confirmant, non vniuersalem esse, quemuis docet experientia. Quamobrem, cum generationem patriae potestatis fundamentum vocauerimus, in abstracto nil dicere possemus, nisi parentibus competere patriam potestatem. Quae vero obuio in casu dicenda, circumstantiae determinabunt.

(a) vid. III. *HEINECCI* Institutiones Tit. de Patria potestate §. 138.

(b) de Ciue cap. IX^o §. 3.

(c) de officiis Lib. II. cap. HL

(d) Polit. L. I. cap. H.

§. 576.

Et ius
emanci-
pandi.

Patria potestas est ius, quod parentibus competit, quo liberos educare possint (§. 575.). Iam ponamus fieri posse, vt educatio illa feliciori successu obtineatur, si parentes ius illud in alios transferrent, per naturam etiam, vt idem transferant, obligati erunt (§. 74.). Ius meum in alios translatum non porro est meum. Duplici ergo ratione secundum Ius naturae patria potestas cessare potest, si nimirum anni minorennitatis & impubertatis cessant (Cor. I. §. 575.), & si eiusmodi potestas in alium

alium transfertur. Renunciare patriae potestati, idem est ac filios *emancipare*, & actus, quo filii emancipantur, dicitur *emancipatio*. Duplici ergo ratione secundum ius naturae emancipatio cogitari potest, qua facta omnia iura, quae ex patria potestate oriuntur, cessant (§. 355.).

COR. I. Si parentes patriam potestatem in alios transferunt, *emancipatio* vocatur *formalis*, & eiusmodi potestatis translatae acceptatio *adoptionis* accepit nomen. Si vero emancipatio ipso iure constituitur, ea vocatur *virtualis*. Patet itaque, qua ratione tam emancipatio *formalis*, quam *virtualis* sit iuris naturalis.

COR. II. Iura, quae facta emancipatione cessant, ex §. 575. Cor. 2. facili negotio inferri possunt.

§. 577.

Patriam potestatem esse ius perfectum atque affirmativum, quod parentibus in liberos competit, sequitur ex §. 575. Cor. 2. & §. 154. seqq. Quatenus eiusmodi ius personae in personam competit, habemus characterem discretivum societatis (§. 521.), ex patria ergo potestate oritur societas, quae vocatur *pater-<sup>Quid societas pater-
terna.</sup>terna*.

COR. I. Societas paterna ex patria potestate concipitur. Sed patria potestas est consecrarium connubii (§. 575. 566.), ergo & societas paterna ex connubio sequitur.

COR. II. Posito itaque iusto connubio societas paterna erit societas necessaria (§. 549.). Vti ergo membra societatis connubialis, quae voluntaria est (§. 570.), a connubio liberantur, cessante nexu pactitio (§. 560.), ita a societate paterna non possunt liberari, nisi cessante ratione legis, qua societas illa constituitur (§. cit.) vid. §. 576.

COR. III. Intelliges inde simul, cessante societate

connubiali societatem paternam non statim cessare, & cessante societate paternam non statim cessare societatem connubialem.

§. 578.

Quid
conubi-
natus &
coniugi-
um.

Qui in societate connubiali viuunt, eandem ob societatem paternam vel continuant, vel non continuant. Si posterius, connubium vocatur *concubinatus*, si vero prius, *coniu-
gium* seu *matrimonium*.

COR. I. Concubinatus est connubium, ideoque societas sobolis procreandae causa iniuta (§. 566.), minime itaque scortatio seu lenocinium vocari potest (§. 569.). Quae ex ratione etiam apud Romanos licitus fuit. vid. HEINECCII Comment. ad Legem Iul. & Papiam Lib. II. cap. IV. Conf. Nouell. 12. cap. 4. 18. cap. 5. & 117. cap. 2. & 3.

COR. II. Ne ergo fiat societas iniusta, procreati etiam educandi, iisque alimenta praebenda sunt (§. 571. sqq.), quare, cum secundum ius naturae hoc fieri possit vel continuata societate paterna (§. 575. 577. & Cor. 3. hui. §.), vel virtuali liberorum emancipatione (§. 576. Cor. 1.), vt eiusmodi societas iuri naturali necessario repugnet, affirmare non possumus.

SCH. Sed quid est, vt de concubinatu tam iure civili quam iure naturali contingente illicito plura hic dicamus. Matrimonia Amazorum (de quibus eruditi disputant) quae barbare *ad talacho* vocantur, & matrimonium conscientiae eorumque a concubinatu differentiam in praelectionibus explicabimus.

§. 579.

Scopi
coniugii
explican-
tur.

Coniugium est societas connubialis ob societatem paternam continuata (§. 578.). Connubii scopus est sobolis procreatio (§. 566.), & scopus societatis paternae procreatorum educatio vocatur (§. 577.). Recte ergo duplex coniugii scopus ponitur, sobolis scilicet procreatio & liberorum educatio. Hinc

a GVND-

2 GVNDLINGIO (a) coniugium dicitur societas, in qua consunctis viribus eo, consistantur pacificantes, ut sobalem generent, eamque rite educant, ac rationalem efficiant.

COR. I. Triplici ergo, ex ratione iura personis in coniugio viuentibus competentia deducere possumus, ex sobolis scilicet procreatione vid. §. 566.; ex liberorum educatione vid. §. 574. cum cor. cor.; & ex prioris ob posteriorem continuatione (§. 528.).

COR. II. Posito coniugio, personis etiam in personas competit ius perfectum atque affirmatiuum (§. 566. & 577.), ex quo sequitur, vt coniugium sit societas (§. 521.), & quidem, quoniam in eadem societas connubialis & paterna subordinantur (§. 578.), societas composita (§. 555.).

COR. III. Quamobrem, eum connubium sit societas voluntaria (§. 570.), & paterna necessaria (§. 577. Cor. 2.), coniugium est societas ex societate quadam voluntaria atque necessaria composita.

(a) in I. N. & G. p. 366. §. IV. Edit. 2.

§. 580.

Coniugium, qua tale, secundum ius naturale est societas voluntaria. Quoniam enim iura coniugalia deriuatiue (per dem. ad §. 570.), & quidem vel per pactum, vel immediate ex lege acquiruntur (§. 520. Cor. 3.). Saluis vero legibus naturalibus duplex connubii species poni potest (§. 578.): sequitur, vt iura coniugalia secundum ius naturale in se considerata acquiri nequeant, nisi per pactum, atque ideo coniugium, qua tale, inter societates voluntarias referri debeat (§. 549.).

Coniugium est societas voluntaria.

Eandem propositionem etiam ita euinco: Coniugium est societas connubialis ob paternam societatem continuata (§. 579.). Sed illius societatis, qua talis, continuatio hanc ob

V 4

ratio-

rationem iure naturali non est necessaria (§. 578. Cor. Cor.), ergo non habet rationem in lege (§. 136.) sed in pacto (§. 517.), atque ideo coniugium secundum ius naturale est societas voluntaria (§. 549.).

COR. Coniugii ergo naturam constitutio 'pacti' per scopum coniugii §. 579. Cor. Cor. explicatum, magis determinati explicabit.

§. 581.

Quid
sponsalia
sponsus
& spon-
sa?

Pactum de matrimonio ineundo *sponsalio- rum* accepit nomen. Quamobrem, cum omne matrimonium sit societas voluntaria (§. 580.), matrimonium sine sponsaliis concipi nequit. Simul inde patet, sponsalia esse antecedens, cuius consequens matrimonium. Notare hic velis, quae de pacto perfecto atque consummato in superioribus explicauimus. Sponsalibus perfectis sed nondum consummatis paciscentes *sponsus & sponsa* vocantur.

COR. Petnulta inde deduci possunt consecutaria, quae naturam sponsaliorum explicant. Adponam neces- saria

1. *Sponsalia requirunt promissionem efficaciter acceptatam* (§. 415.). Vbi ergo nulla promissio, nec efficax promissionis acceptatio, ibi non sunt sponsalia. Tractatus ergo sponsaliorum praeparatorii (§. 416. cum Cor.), ut *oblatio futurarum nuptiarum* (*die Ehe-Werbung*); nudus in hanc oblationem consensus (vid. Cor. 1. §. 411.); consensus simulatus & ambiguus e. g. per verba: *Ist es auch fragens-werb* it. *Ich weiß nicht* (§. 399. sqq.); sponsalitia largitas &c. non efficiunt sponsalia.

SCH. Notetur quaestio: *an error virginitatis matrimonio obsit?*

2. *Sponsalia non possunt celebrari, nisi ab iis, in quarum potestate, non sobolem solum procreare, sed*

Et procreatam educare, positum est. (§. 578, 575, 566. & Cor. 4. & 5. §. 395.).

SCH. Reflectamus hic ad concursum plurium sponsaliorum; ad proclamationis necessitatem; ad inopes; ad polygamiam simultaneam &c. Facile etiam intelliges, pactum illud celebrari posse ab incapacibus, modo sperare de capacitate liceat.

3. *Sponsalia vi iniusta metuque extorta sponsaliorum nomen non merentur* (Cor. 2. §. 398.) &c.

§. 582.

Sponsus sponsam & vice versa ad matrimonium ineundum cogere potest. Pacti enim sunt de matrimonio ineundo (§. 581.). Ergo tam sponsus quam sponsa habet ius cogendi promittentem, ut promissa praestet (§. 420.); ideoque ius cogendi ad ineundum matrimonium.

Ex quibus oritur ius cogendi ad matrimonium.

COR. Et inde simul intelliges, qua ex ratione ex sponsalibus ius belli oriri possit. (§. 419. Cor. 2.). Reflectamus ad §. 423 - 427.

§. 583.

Uti *Arrba* in genere est bonum, quod in fidem pacti siue percutiendi siue iam percussi datur; ita bona, quae personae desponsatae ad probanda sponsalia in se inuicem transferunt, dicuntur *Arrbae sponsalitia* (a) (*der Mahl-Schatz*). Exhibet ergo §. 581. seq. eorum necessitatem.

De Arrhis sponsalitiis.

COR. I. Quicquid in res certa sub conditione ab altero A transfertur, eius sum dominus existente illa conditione (§. 427, 445.); cessante vero conditione res suo domino manebit (§. 427. & Cor.). Sponsalia sunt pactum de matrimonio ineundo (§. 581.), secuto ergo matrimonio personae desponsatae sunt *arrbarum sponsalitiarum domini*: si vero matrimonium non sequitur, eiusmodi arrbae domino suo priori restituendae sunt (b).

COR. II. Morte ergo vnius desponsatorum ante ma-

rimonium superueniente, arthas sponsalicias domino suo priori alter desponsatorum restituere debet (c).

SCH. I. (b) Ius Civile Romanum atque hodiernum, matrimonium culpa vnus desponsatorum non scutum ab matrimonio casu impedito distinguens, hoc nostrum principium posteriori solummodo ratione, minime vero priori, (sub qua nocentis artham retinendam, innocentis vero domino suo restituendam esse docet) (d) adprobasse, principio nostro generaliori non posse opponi, ex Cor. §. 582. manifestum erit.

SCH. H. Eadem ratione, qua hactenus iudicari poterit de munere Proxenetico praemio scilicet, quod nuptiarum conciliatoribus promissum.

(a) L. 1. C. de sponsalibus.

(c) L. 5. G. h. t.

(d) L. 3. C. h. t. reflectas ad L. 9. ff. de iur. fisc.

§. 584.

De iure
dotis.

Bona, quae ab vxore in maritum ad onera matrimonii ferenda transferuntur, *dotem* (*das Heyrats - Guth, Ehe - Geld*) constituunt. Ius ergo, quod marito in dotem competit, ex iis, quae de usu in superioribus explicauimus, deducendum est (§. 446.). Ex quo patet, maritum non esse verum dotis dominum (§. 445.).

COR. I. Coniuges inter se societatem de continuando connubio ad sobolis educationem ineunt (§. 578.). Onera ergo matrimonii sobolis procreatio, educatio, priorisque societatis. ob alteram continuatio determinant.

COR. II. Ex quibus facile necessitatem constituendi dotem deducere possumus, quod, quia est species auxilii (§. 310.), quatenus in se consideratur, ad ius imperfectum pertinet (§. 321.), per pactum vero sponsalium adiectum multisque aliis ex rationibus ad ius perfectum reduci poterit. Sed de his forsitan alio tempore pluribus.

COR.

COR. III. Nulla itaque ratione errant, qui dotem ad mutuum adiutorium scopum matrimonii secundarium referunt. Vterque enim parens ad sobolem educandam obligatus est (§. 578, 575.), & opera, quam in educanda sobole. nauat, *mutuum adiutorium* vocant. Ergo &c.

§. 585.

Ex his, quae de societate matrimoniali atque paterna, haecenus exposuimus, sequentes leges matrimoniales, quae ad ius perfectum pertinent, immediate sequuntur (§. 529. Cor. 2.).

II. ex
superioribus
deducit.

I. Parentibus competit ius dirigendi actiones impuberum minorumque, ad obtinendam eorum felicitatem (§. 575.).

COR. I. Ius actiones alterius dirigendi vocatur *imperium*. Parentibus igitur competit imperium in impuberes minoresque.

COR. II. Oritur hocce ius ex obligatione ad sobolem educandam (§. 572. sqq.), quae obligatio cessat cessante educationis possibilitate. Quibus ex principiis concipimus diuersos, quos Iuris naturalis Doctores ponunt, societatis paternae gradus, quorum *primum* ius liberos modice castigandi, *alterum* ius contumacem domo eiiciendi, exhibet.

II. Liberi impuberes scilicet minorennesque parentibus obediunt, i. e. voluntati parentum conuenienter viuunt.

COR. Qua ex lege intelliges, cur parentes in liberorum nuptias consentire debeant.

III. Marito competit ius vxorem cogendi & v. v. ad ea producenda, sine quibus educatio procreatioque sobolis obtineri nequit (§. 543.).

SCH. Caetera quoque ex praecedentibus facile subducuntur, ex quibus, quae de officio erga duos parentes addi poterant, per se intelliguntur.

§. 586.

§. 586.

De repu-
dio & di-
uortio.

Actus, quo sponsalia celebrata dissoluuntur, *repudium*, quo vero matrimonium dissoluitur, est *diuortium*.

COR. I. Tam sponsalia quam matrimonium inuolunt pactum (§. 581. 580.); modus ergo, quo nexus pactitius dissolui potest (§. 439. seq.), explicat repudii atque diuortii causas, quae *partim* ad mutuum consensum, *partim* ad impossibilitatem tam moralem quam physicam obtinendi societatis scopum referri possunt.

COR. II. Posito diuortio ponitur dissolutio a societate matrimoniali, ideoque dissolutio a continuatione societatis connubialis ob societatem paternam (§. 578.); vnde claret, a diuortio ad liberationem ab obligatione ad sobolem (quatenus scilicet impuberes minoresque spectantur) educandam non valere consequentiam (§. 575. confer. §. 573.).

SCH. In praelectionibus de controuersia, quae olim inter *Ochinum* & *Bezam* de diuortii moralitate agitata, & de separatione a mensa & thoro dicamus.

§. 587.

De Tutela.

Impuberes minorenesque propria vi suam non possunt promouere felicitatem (§. 574.). Mortuis parentibus in statu non-ciuili ii defuncti, qui, vt eorum felicitatem promoueant, perfecte obligati. Porro omnes omnino homines obligati sunt ad auxilium iis ferendum, qui propria determinatione vis se non possunt felices reddere (§. 313.). Ex quibus sequitur, nos per naturam obligatos esse, vt filios impuberes minorenesque, parentibus eorum mortuis, educemus. Eiusmodi munus vocatur *tutela*, & ille, cui eiusmodi prouincia tradita est, *tutor* salutatur.

COR.

COR. I. Obligatio itaque ad tutelam in se suscipiendam, quatenus in se consideratur, iure non-ciuili est imperfecta, (§. 521.).

COR. II. Posita eadem legis ratione eadem etiam lex ponenda est (§. 103.),posito ergo eodem iurium atque obligationum fonte eadem etiam iura eademque obligationes vt ponantur necesse erit (§. 107, 151.). Quare, cum iurium atque obligationum in societate paterna fons sit educatio (§. 677.), consequens est, vt tutori omnia iura ex educatione concipienda competant.

COR. III. Obligatio imperfecta per pactum perfecta fieri potest (§. 420.), habemus ergo fundamentum, ex quo obligationem perfectam ad eam tutelae speciem, quam *pactitiam* vocant (a), deducere possumus. Simul inde patet, tutelam pactitiam principiis iuris naturalis maxime conuenientem esse. Sed de his infra plurius.

(a) vid. Diff. inauguralem de tutela pactitia.

CAP. III.

DE

SOCIETATE HERILI.

§. 588.

Summum, quod homo erga corpus suscipere potest officium, conseruationem vitae in superioribus interpretatus sum (§. 264. Cor.). Ponamus hominem quendam sub eiusmodi esse circumstantiis, vt vitam suam alia ratione non possit conseruare, quam vt arripiat statum, quo perfecte obligatus est ad aliorum vtilitatem operis suis promouendam, consequens erit, vt illis sub circumstantiis propriam per salutem obligatus sit, ad eiusmodi vitae genus eligendum.

COR. I. Qui illud vitae genus, quod ante determinauit, eligit, ille vult alterum iuuare (§. 310.). Quare,

re, cum obligatio ad auxilium alteris ferendum in se fit imperfecta (§. 321.), iisdem rationibus, quibus obligationem imperfectam in perfectam mutare possumus, ille etiam status constitui potest.

COR. II. Simul inde sequitur, ut status ille non sit mere naturalis sed praeternaturalis seu aduentitius.

§. 589.

Quid ser-
vatus mo-
ralis.

Eiusmodi status, quo quis perfecte obligatus est, ut aliorum utilitatem operis suis promoueat, *servitutis* nomen accepit, quam posthaec, quo a servitute, de qua §. 453. dictum, distingui possit, vocabimus *servitutem moralem*. Ii, qui hoc modo obligati sunt, *serui*, quibus vero obligati sunt, *domini* dicuntur.

COR. I. Servitus ergo moralis non est status mere naturalis (Cor. 2. §. 588.). Hinc seruos natura nullos esse contra Aristotelem, barbaras gentes natura seruos vocantem (a), defendimus.

COR. II. Simul ex §. 288. coll. §. 239. 147. colligitur, servitutem moralem non semper esse vituperii effectum.

SCH. Dicimus tantum de domino atque seruo, dominam enim atque ancillam quilibet pro diversitate sexus subsumere poterit.

(a) Pol. Lib. I. cap. 2.

§. 590.

Quae do-
mino dat
ius in ser-
uos.

Domino competit ius perfectum atque affirmativum in seruos. Serui enim perfecte obligati sunt, ut operis suis domini utilitatem promoueant (§. 589.), ut ergo & domino eiusmodi ius in seruos competat, consequens est (§. 153. 151, 99.).

COR. I. Domino, qua tali, eiusmodi competit ius in seruos, quatenus serui obligati sunt (per dem §.), sed quatenus sunt serui, obligati tantum sunt, ut operis suis domini utilitatem promoueant (§. 589.),

com-

competit ergo domino, quia tali, tantum ius operarum non corporis.

COR. II. Dominus ergo, de quo hic dicitur, differt a domino, de quo §. 445. seqq. dictum. Quia ex ratione hic *dominus rerum*, ille vero *dominus personarum* vocatur.

COR. III. Ius illud domino personarum competens est acquisitum (§. 588. Cor. 1.), ratio ergo acquisitionis vel in pacto, vel immediate in lege ut sit, necesse est (§. 517.).

§. 591.

Statum, quo personae in personam competit ius perfectum atque affirmatiuum, societatem vocauimus (§. 521.). Concipimus ergo societatem, in qua domino in seruos competit ius operarum, quae exhibet characterem discretiuium *societatis herilis*. Est ergo societas herilis, status quo personae in personam competit ius operarum, i. e. ius cogendi alterum, ut operis suis ipsius vtilitatem promoveat. Quae est societas inaequalis (§. 550.).

Inde oritur societas herilis.

COR. Ex quibus patet, societatem etiam herilem in necessariam & voluntariam diuidendam esse (§. 549. & Cor. 3. §. 590.).

SCH. His praemissis inquitamus in *speciales circumstantiarum* §. 588. *generatim positarum determinationes*.

§. 592.

Constituta seruitute, vires seruatorum translatae sunt in ea, quae ad se suum domini pertinent. Constituta enim seruitute domino competit ius seruos cogendi, ut viribus suis ipsius promoveant vtilitatem (§. 590. seqq.). Obligationi ergo suae conuenienter dominus seruatorum vires ad suam dirigere potest felicitatem

Vires seruatorum sunt vires Domini.

tem (§. 336.), Eiusmodi itaque vires, seruitute constituta, in τὸ suum domini translatae sunt (§. 277.).

COR. I. Intelligimus inde rationem, cur etiam hic termino domini utamur (§. 444. seqq.).

COR. II. Ex quibus simul patet, fieri posse, vt ex iis, quae de iure domini in superioribus explicauimus, permulta deducamus consectaria, quae naturam seruitutis moralis explicant. Haec in sequentibus breuiter indicabimus.

§. 593.

Species
seruitutis
explican-
tur.

In ea, quae pertinent ad τὸ suum domini, transferuntur seruorum vires vel omnes, vel tantummodo quaedam. Si prius, oritur *seruitus perfecta*, qua ratione serui dicuntur *mancipia*; si posterius *imperfecta*. Porro transferuntur vel in perpetuum, vel quoad tempus; ex illo *seruitus perpetua*, ex hoc *temporaria* concipitur.

§. 594.

Similitudo
translatio.)

Ex §. 588. simul perspicimus, fieri posse, vt serui domini vtilitatem operis suis vel pro solis alimentis, vel pro certa mercede alimentisque promoueant. Priori ex ratione *seruitutem mercenariam*, ex posteriori & *obnoxiam (a)* concipimus.

COR. Seruitutis ergo mercenariae fundamentum est locatio conductio (§. 482.), atque ideo ex hac magis explicari potest. Vocatur vero eiusmodi locatio conductio, quoniam, personas spectat, *Locatio-conductio personarum*.

SCH. (a) Ita enim Phaedrus Fab. Lib. III. praef. v. 34.

Seruitus OBNOXIA;

Quia, quae volebat, non audebat dicere,
Adfectus proprios in fabellas transtulit.

§. 595.

§. 595.

Ius belli iustum seruitutis perfectae perpetuae atque obnoxiae fundamentum esse potest. Ius belli quando est fundamentum seruitutis.
 Cui enim competit ius belli, illi etiam competit ius aggressori mala irrogandi, donec se contra hunc in plenam ponere potest securitatem (§. 559.): si ergo hanc securitatem alia ratione obtinere nequeat, quam efficiendo, ut aggressoris vires in $\tau\theta$ suum recipiat, ius eadem in $\tau\theta$ suum recipiendi habebit (§. 94. & 152.). Iuste ergo agendo aggressorem in eum redigit statum, quo perfecte obligatus est, ut omnibus operis atque perpetuo defensoris utilitatem gratis promoueat (§. 277. & 153.). Illis itaque sub determinationibus ex iure belli iuste oritur seruitus (§. 589.) perfecta (§. 593.), perpetua (§. cit.) atque obnoxia (§. 594.).

COR. I. Oriuntur itaque inde *gentes seruae.*

COR. II. Simul inde patet, non vniuersale esse principium, quo, omnem seruitutem secundum ius naturale ex pacto deducendam esse, affirmatur.

COR. III. Cessante ratione cessat etiam id, cuius est ratio. Si itaque non necesse est, ut defensor sui ad obtinendam securitatem aggressorem in eiusmodi seruitutem redigat, consequens est, ut nec eiusmodi habeat ius. Et si aggressorem in seruitutem redigere ad obtinendam securitatem non sufficiat, patet, defensorem sui habere ius aggressori maiora mala irrogandi. Ex quo intelligimus, qua ratione fieri possit, ut domino competat ius vitae & necis in seruos (§. 547.). Et eiusmodi ius vitae & necis non esse iuris herilis, sed potius iuris belli confectarium. vide §. 590. Cor. 1., quod notandum contra HORNIVM.

COR. IV. Qui illa ratione in seruitutem sunt redacti, inter mancipia referri debent. (§. 593.).

SCH. Legibus igitur naturalibus conuenienter Imperat

peratores Hadrianus & Antonius dominis qua talibus hoc ius vitae & necis, in veteri Romanorum re-publi-ca dominis competens, denegarunt. vjd. SPARTIANVM in vita Hadr. cap. 18.

§. 596.

Inde ori-
tur socie-
tas heri-
dis neces-
saria
quae-
dam.

Seruitutis illa ratione, quam §. 595. indi-
cauimus, constitutae fundamentum esse legem,
ex dem. §. cit. satis patet. Ideoque inde concipimus societatem herilem, cuius fundamen-
tum immediate in lege est (§. 591. Cor.),
atque ideo societatem herilem necessariam (§.
591. Cor.) legibus naturalibus conuenientem.
Rationes, ob quas eiusmodi societas iuste pos-
sit solui, ex Cor. §. 560. colligi possunt.

SCH. I. Qui liberi sunt, in seruitutem non possunt
redigi, nisi mediante pacto aut iure belli (§. 590.
Cor. 3.). Ex quo patet, liberos in seruitutem per-
fectam, perpetuam atque obnoxiam non posse re-
digi, ita vt societas herilis necessaria inde oriatur,
nisi iure belli (§. 591. Cor.), non tamen eiusmodi
ius belli omnis seruitutis perpetuae perfectae
atque obnoxiae fundamentum esse. Voluntaria
enim mediante pacto constituitur, cuius rationes pau-
peritas (a), hebetudo ingenii (b) & reliqua esse
possunt.

SCH. II. De voluntariis plura hic dicere non pos-
sumus. Quoniam enim earum fundamentum sunt pa-
cta, patet, generatim hic nil posse praedicari, nisi tam
DOMINI quam SERVI esse, **CONDITIO-
NIBVS PACTI SATISFACERE.** Has vero
conditiones vt ex principiis deducamus, ob deter-
minationum contingentiam fieri nequit. Nihilo ta-
men minus ad quaestiones speciatim motas ope
doctrinae de pactis & eorum principiorum, quibus
necessariam societatem herilem explicabimus, re-
sponderi poterit.

SCH. III. Quae vero de seruitute perfecta, obnoxia
& perpetua exponuntur, ad homines proprios in
Ger-

Germania passim obuios, & mancipia Turcarum adcommodari possunt.

(a) vid. Genes. XLVII. 25.

(b) Hic velim vt legas Aristotelis Polit. Lib. I. cap. 2. seqq. & Pufendorffium in Iur. Nat. & Gent. Lib. III. cap. XXVIII. seqq.

§. 597.

Qui in seruitute perfecta atque obnoxia viuunt, omnia, quae acquirunt, acquirunt domino. Effectus enim pertinent ad rō suum eius, cuius sunt vires, quibus producuntur (§. 469.). Quae a seruis perfectis atque obnoxiiis acquiruntur, iis producuntur viribus, quae ad rō suum domini pertinent (§. 120. & §. 592. - 594.); consequens itaque est, vt quicquid acquirunt, domino acquirant.

Quomodo ea, quae serui acquirunt, suo domino acquirant.

COR. I. Quae a seruis acquiruntur, domino acquiruntur, quatenus seruorum vires ad rō suum domini referendae (per dem §. 597.). Quamobrem, cum in seruitute imperfecta non omnes seruorum vires ad rō suum domini pertineant (§. 593.), fieri etiam potest, vt seruis imperfectis proprietates quaedam acquiritorum competat (§. 469.).

COR. II. Quae ergo mercenarii mercede acquirunt, non domino, sed seruis est (§. 594.).

COR. III. Quoniam porro nemo testamentum condere potest, nisi qui proprietatem habet (§. 504.), manifestum simul est, seruis perfectis atque obnoxiiis ius testamenti condendi non competere.

SCH. Dicatur in praelectionibus de ratione, qua ad homines proprios eiusmodi praecepta ad commodari possint.

§. 598.

Partus sequitur ventrem (Schol. §. 569.); qui ergo ex seruis perfectis atque obnoxiiis nati,

De seruitute originaria

X 2

nati,

& pro-
creata. nati, eorum dominus est dominus ancillae seu matris (§. 597.). Et ita etiam serui, qui apud Romanos *vernarum* nomine veniunt, secundum praecepta iuris naturalis poni possunt. Ideoque etiam secundum ius naturae seruitus perfecta est vel *originaria* vel *procreata* (a).

SCH. Hac ex ratione diuidunt Icti homines proprios in *originarios*, qui scilicet ex hominibus propriis nati sunt, & *adscriptitios* seu *nouitios*, qui homines proprii facti sunt. Dicatur simul de *Tuguriolis, von Lohn und Erb-Drescher*.

(a) Genes. XIV. v. 14.

§. 599.

Nonnulla iura quae domino in seruos competunt. Quicquid ad *τὸ* nostrum pertinet, idem quatenus ad *τὸ* nostrum pertinet, vel quoad vsum vel quoad vsumfructum (§. 452.), absolute vel restricte (§. 455.) alienare possumus (§. 451. Cor.). Ergo & §. 597. docet, domino in seruos perpetuos atque obnoxios competere

1.) Ius vires eorum alienandi absolute.

COR. Inde concipitur ius vendendi seruos domino competens (a) (§. 481.), atque ius seruos donandi (§. 477. seq.).

2.) Ius vires eorum alienandi restricte.

COR. Inde sequitur fundamentum iuris feudalis personarum (§. 458. Schol. 2.).

3.) Ius concedendi vsum virium seruorum.

COR. Inde concipitur ius seruos commodandi (§. 479.) locandi (§. 482.).

4.) Ius alteris concedendi iura quaedam in seruos nostros, vt vtilitatem quaedam inde percipere possint.

COR.

COR. Ex quo concipitur *seruus* (§. 1453.) *operarum seruilitum*, quae est ius vtilitatem percipiendi ex operis serui alieni (b). Quod adhuc hodie in rusticorum operis obrinet.

SCH. Omnia haec iura competunt dominis, quatenus sunt seruorum domini. Iniustum igitur est, cum **HOBBSIO** (c) negare, fieri posse, vt dominus in seruum sit iniurius.

(a) vid. **PVENDORFFIVM** de Offic. L. II. cap. IV. §. 3.

(b) L. 4. ff. de operis seruorum.

(c) de Ciue cap. VIII. §. 7.

§. 600.

Vires seruorum perfectorum atque obnoxiorum earumque effectus pertinent ad ^{Conti-} ^{nuatio.} vtilitatem domini (§. 592. 597.). Ideoque tam serui, qui vires suas ad domini vtilitatem dirigere non volunt, quam ii, qui impediunt, vt vires suas ad domini vtilitatem dirigere possint, dominum laedunt (§. 335.), atque ideo domino dant iustam causam belli (§. 362.), & mala inde orta sunt damna (§. 330.).

COR. I. Posita eadem legis ratione eadem legis dispositio ponitur (§. 103. Cor.), quae ergo de seruis perfectis atque obnoxiiis dicta, ad alios etiam seruos applicari possunt, si modo per eorum notiones praetorumque conditiones magis determinantur.

COR. II. Vbi ius belli, ibi est ius alteris mala irrogandi, donec laesio cessat (§. 359. seqq.). Dominus ergo habet ius seruo refractario mala irrogandi, donec ea praestet, quae praestare debet. Quod ius dicitur *ius castigandi*. vid. *Cbur-Sachs. Gesind-und Tagl. Ordnung tit. von Gesinde-Lohn und Muthwillen*.

COR. III. Competit etiam domino ius eos, qui inobedientiae huius causa sunt, cogendi, vt damna praestent (§. 334.).

X 3

SCH.

SCH. Dicatur in Praelectionibus de seruo corrupto-

§. 601.

De seruis
fugitiuis.

Seruus, qui eo animo a domino eo in-
scio atque invito discedit, vt a seruitute huius
possit liberari, *fugitiuus* vocatur (a).

COR. I. Fugitiuus ergo seruus dominum laedit, ideo-
que domino dat iustam causam belli (§. 600.).

COR. II. Ex quibus facile intelligimus, seruos fugi-
tios rebus amissis posse equiparari (§. 455.), ideo-
que domino restituendos esse (Cor. 3. §. cit.). Qua
ex ratione dicitur, seruos fugitiuos requirendos (b),
custodiendos (c) non vero occultandos esse (d).
Et quae §. 466. l. de rebus amissis dicta, hic appli-
cari possunt.

SCH. Dicatur in praelectionibus 1.) de hominibus
propriis fugitiuis. 2.) de iure militari, cuius fun-
damentum ex ante explicatis enucleari potest.

(a) L. 17. §. 1. ff. d. aedil. edict.

(b) L. 3. ff. de Fugitiuis.

(c) L. 1. §. 4. l. c.

(d) L. 1. §. 1. l. c.

§. 602.

De ma-
numis-
sione.

Quilibet iuri suo, quod in alterum habet,
renunciare potest (Cor. §. 356.); ergo & re-
nunciatio iuris domino in seruos competen-
tis moraliter possibilis est. Quare, cum haec
vocetur *manumissio*, sequitur, vt etiam domi-
no competat ius seruos manumittendi.

COR. I. Cessante iure in personas cessat etiam socie-
tas iure illo constituta (§. 559.), cessante ergo iure
domino in seruos competente, cessat societas iuris
(§. 591.), atque ideo seruitus moralis (§. 589. seqq.),
ex quo patet, seruos, facta manumissione, a serui-
tute liberari. Hinc *libertini*, & manumittentis *liberti*
dicuntur, manumittens vero eorum *Patronus* voca-
tur.

sur. Dicatur in praedictionibus de *Affrancamentis*,
von den *Laß-Briefen*.

COR. II. Manumissi itaque serui ab obligatione perfecta, vi cuius suis operis aliorum utilitatem promovere debuissent (§. 589.), liberati sunt, atque ideo vires suas propriam ad suam utilitatem dirigere possunt. Manumittentem ergo ut benefactorem suum spectare debent (§. 315.).

COR. III. Ex quibus patet, officia libertinorum erga Patronos eadem esse ac ea, quae benefactori debent (§. 315. seqq.). Et ita habemus *iuris Patronatus* de quo ff. Lib. XXXVII. Tit. XIII. fundamentum.

COR. IV. Cessante fundamento iuris cessant omnia iura (§. 103. Cor.), facta ergo manumissione, omnia iura quae vi §. 599. seqq. domino competunt, cessare debent.

§. 603.

Vnica hac in re restat quaestio, ad quam ex principiis ante explicatis respondere debemus, *damnum a seruis alteri non-domino illatum spectans, quis scilicet est, qui eiusmodi damnum praestare debet? dominus, an seruus?* De reparatione damni a seruis alteri non-domino illatis.

Illi, cui damnum illatum est, competit solummodo ius, ut eum, qui damnum intulit, ad damnum illud praestandum cogat (§. 333. & 334.). Infert vero damnum, ad quem, ut effectus ad causam, referri potest. Ideoque manifestum est, illi, cui a seruo damnum illatum est, competere solummodo ius seruum, ut eiusmodi damnum praestet, cogendi, nisi existentis huius damni ad voluntatem domini referri possit.

COR. His itaque sub determinationibus seruus, minime vero dominus, ut damnum a seruo alteri illatum praestet, tenetur. Qua ex ratione dicitur, *melior*

rem conditionem dominorum: per seruos fieri passa, non deteriorem L. 133. ff. de R. I. Reflectamus in praelectionibus ad actiones noxales, de quibus ff. Lib. IX. Tit. IV.

SCH. I. Quoad mercenarios, seruos temporarios & imperfectos res est in promptu. Quoad perfectos vero, obnoxios atque perpetuos principio nostro obstat dubium quoddam e medio tollendum. Si, inquit, a seruis perfectis, obnoxiiis atque perpetuis laeso competat ius, seruum, ut damnum illatum praestet, cogendi, hocce ius, nisi eiusmodi seruorum dominus laedatur, exerceri non poterit, quoniam omnes eorum vires ad $\tau\theta$ suum domini pertinent (§. 592. seqq.). Sed perpenas, quaeso, vires seruorum ad $\tau\theta$ suum domini ea solummodo ratione pertinere, qua iisdem domini utilitas promoueri potest (§. 589.), & iure suo utentem neminem laedere (§. 336.), quo facto responsio etiam erit in promptu.

SCH. II. Et ita dominorum iura perfecta seruorumque obligationes perfectas satis exposuimus. De imperfectis vero §. 209. - 327. agunt. Ergo solummodo necesse est, ut breuiter nunc explicemus iura, quae serui habent in dominum, dominorumque obligationes perfectas erga seruos, quo etiam perspicere possimus, falsam esse sententiam, quam corroborare voluit. **HOBBSIVS** in scripto de Ciue cap. VIII. §. 7. seqq.

§. 604.

Ius seruis in dominos competens quale, si possunt operas praestare?

Seruis perfectis atque obnoxiiis competit ius perfectum a domino exigendi alimenta. Nulla enim seruorum perfectorum atque obnoxiorum est proprietas, quoniam omnes eorum vires ad $\tau\theta$ suum domini pertinent (§. 592. - 594.). Quamobrem, cum perfecte obligati sint, ut omnibus suis viribus domini utilitatem promoueant (§. 589.), hoc vero, nisi vitam conseruent, fieri nequeat, & sine alimentis

tis viuere non possint, obligatio eorum requirit, vt dominum, qui non vult, cogant, ad alimenta lis praebenda (§. 94. Cor.), atque ideo patet, eiusmodi seruis competere ius perfectum a domino alimenta exigendi (§. 153.).

COR. I. Obligatio ergo dominorum ad alendum seruum perfectum & obnoxium (§. 94. Cor.) est perfecta (§. 153.).

COR. II. Dominus itaque eiusmodi officia violans seruos laedit (§. 329.), ideoque iustam hinc dat causam belli (§. 362.). Quae ex ratione dicitur, homines proprios ob inhumana crudelitatem a dominorum potestate, auctoritate nimirum iuris, posse exire.

§. 605.

Ponamus porro, fieri non posse, vt serui perfecti obnoxii atque perpetui morbo impediti operas praestent. Hi tamen, vt vitam conferuent, obligati sunt (§. 264.). Quoniam vero nullam habent proprietatem, (§. 592. - 594.), & vires corporis domini inferuendo detriuerunt (§. 589.), consequens est, vt etiam hinc sub determinationibus eiusmodi seruis competat ius perfectum a domino alimenta exigendi (§. 267. 151. - 153.), ideoque domini ad miserrimos hosce seruos alendos perfecte obligati sint (§. 311. 313. & 153.).

Si morbo impediuntur.

COR. Quoad seruos mercenarios atque imperfectos alia valere, & obligationes illas dominorum in se spectatas non nisi imperfectas esse §. 315. & 594. dilucide ostendunt.

SCH. Quae haecenus de societate herili exposita, pro institui ratione sufficiant; specialia enim ex principis generatim positis, ex iure domini, ex iure pactitio atque societatis constitutione facillime

posse deduci, manifestum est. Possent etiam hac in
sezione more Doctorum Iur. Nat. de societate do-
mestica, quæ ex coniugali, paterna atque herili
componitur, agere, quoniam vero generalia prolixè
in superioribus exposita sunt, specialia vero ma-
iori commodo sequens sectio iis familiarum ex-
ponens eruere poterit, huic sectioni impo-
nimus finem.



ELE-

ELEMENTA
OECONOMIAE GENERALIS
SEV
SCIENTIA
DE EO
QVOD IN SOCIETATIBVS MAIO-
RIBVS NON CIVILIBVS IVSTVM
ATQVE INIVSTVN.

ATZUMI DE
SHARON HANON

1971

SHARON HANON
1971

SECTIO IV.

QVAE

OECONOMIAM GENERALEM
EXAMINAT.

CAP. I.

DE

IVRE FAMILIAE.

§. 606.

O Riginem familiarum atque societatum Ratio in-
maiorum, ciuitate nondum constituta, stitut.
exponere non iuris naturalis, sed histo-
riae est. Quare, cum historia praecepta iuris
naturalis non probet, sed tantummodo illu-
stret, dum illa tantummodo indicat facta, haec
vero, quae naturae obligationique conueni-
entius fieri possunt, docent, satis intelligitur,
cur ius naturae exposituri harum societatum
originem non ex historia, sed ex obligatione
naturali deducturi simus. Quo vero commo-
da, quae inde capienda, magis magisque per-
spici possint, in praelectionibus principia de-
monstrata factis, quorum normae sint illa
principia, illustrabimus.

*SCH. I. Primam ponenda est quaestio de familiae de-
finitione. Doctores quidem, societatem domesticam
atque familiam idem valere affirmantes, familiam
ex societatibus minoribus ante expositis compositam esse,
praecipiunt. Sed permittant quaeso, ut, quoniam de
iuribus familiaribus ambiguitur, penitus rem disqui-
ram. Quo facto manifestum erit, significationem vo-
cis tam ratione originis, quam ratione loquendi usus,
non ambiguam solum, sed & societatem domesticam
& familia distinguendam esse.*

SCH.

SCH. II. *Dicta ita proba: Considerata vocis origine patet, familiam a famulando dictam esse. Primo enim seruos solummodo familiam constituisse colligitur ex L. 1. ff. de vi & de vi armata. Ratione vero loquendi euoluta manifestum est, varios terminum familiae, accepisse significatus, primo enim personae sub potestate quadam in eadem domo viventes familiae acceperunt nomen, vnde Patris-Matrisque familias denominatio originem ducit. confer. L. 40. §. familiae ff. de verborum significatione. Deinde significatus ad totam cognationem sanguinis transfertur. Tandem effectum pro causa substituentes, quoniam Iure XII. Tabularum agnatis tantum debebatur haereditas, ipsam rem haereditariam familiam interpretati sunt, ut titulus pandectarum familiae herciscundae, & de emptoribus familiae doctrina, satis docet. conf. L. 195. ff. de verb. signif.*

SCH. III. *Mittamus ultimam vocis significationem, ex effectus pro causa substitutione concipiendam (de quo Cap. seq.), non minus quam primam, ex vocis quidem origine cognoscendam, rationi vero loquendi, quae non permittit, ut familiam ponamus, ubi nullum connubium, contrariam. Quo facto facile fieri poterit, ut ex ceteris familiae significationibus definitio quaedam de eadem deducatur, ex qua diuersae familiae species, diuersaque familiae iura inferri possunt.*

§. 607.

Quid familia.

Connectuntur personae, quatenus in earum altera aliquid est, quod sine altera non possibile (§. 30.). Personae itaque cum societate connectuntur, quatenus quaedam earum determinationes ex hac concipiendae. Eiusmodi personarum nexus ex societate connubiali concipiendus vocatur *familia*.

COR. I. Fundamentum ergo familiae est connubium, ideoque societas ex sobolis procreatione concipienda (§. 566.). Eiusmodi itaque personarum nexus, cuius fundamentum non est connubium, familiae nomen

men non meretur. vid. GROTIVM Lib. II. Cap. XX §. 30.

COR. II. Societas sine personarum nexu nulla est (§. 521.). Sed a societate ad societatem, cuius fundamentum est connubium, non valet consequentia. Sola ergo societatis idea non dat familiae characterem discretivum.

COR. III. Hinc & herilis societas non statim familiam exhibet (§. 591.).

SCH. *Salva vero nostra definitione non necesse est, ut cessante connubio etiam familia cesset, sed connubium, ex quo personarum nexus familiam constituens concipiendus, adfuisse sufficit. vide L. 195. ff. de verb. signif. Hac ex ratione etiam iure bodierno foemina post mortem mariti in iura ipsius familiaris succedere potest.*

§. 608.

Liberi sunt personae cum parentibus connexae (§. 30. & 572. seqq.). Nexus ille ex connubio concipitur (§. §. cit. cit.). Inde ergo oritur familiae species, parentes atque liberos continens. Quam, quo ab aliis distinguipossit, *familiam paternam* post haec vocabimus. Qua ex ratione etiam parentes *pateres-matremve familias*, liberi vero *filiifiliae-ue-familias* nominantur.

Prima familiae species, quae paterna dicitur.

COR. Patet inde, permulta hic posse ex iis inferri, quae §. 575. seqq. de patria potestate atque societate paterna explicata sunt.

§. 609.

Servi ad dominorum dominarumve utilitatem suis operis promovendam perfecte obligati sunt (§. 589.). Ad utilitatem membrorum societatis, qua talium, omnia etiam pertinent, quae efficere possunt, ut scopus societatis obtineatur (§. 528. seqq.). Ex quibus elu-

Altera familiae species herilis scilicet.

elucet, secundum ius etiam naturale fieri posse, vt serui suis operis ea producere teneantur, quibus societatis cuiusdam membra scopum societatis consequi possunt. Et ita duplicem concipimus familiae speciem; connecti enim possunt serui, qua tales, cum societate connubiali, connecti etiam possunt cum societate matrimoniali (§. 607.). Eiusmodi familiam breuitatis gratia posthaec *familiam herilem*, & quidem priori ratione *simplicem*, posteriori vero *compositam* vocabimus. Quid sint *serui seruaeue familiares* inde satis intelligitur.

COR. Principiis ergo, quae de societate herili §. 591. seqq. explicauimus, ad societatem connubialem, vide §. 566. seqq. atque matrimonialem, vide §. 578. seqq. relatis, manifesta erunt iura atque obligationes personarum, quae familiam herilem tam simplicem quam compositam constituunt.

§. 610.

Quae
consti-
tuit so-
cietatem
domestica-
m.

In familia paterna sunt parentes atque liberi (§. 608.), in familia herili simplici domini atque serui (§. 609.), & in familia herili composita parentes, liberi atque serui (§. cit.). Parentes in liberos & domini in seruos habent ius perfectum atque affirmatiuum (§. 590. 575.). Eiusmodi itaque familia est societas, (§. 521.), quae vocatur *societas domestica*. Qua ex ratione filii filiaeue familias, serui seruaeque familiares *domesticorum* nomen acceperunt.

COR. I. Simul inde intelligimus, cur societas domestica sine liberis, cur etiam sine seruis esse possit.

COR. II. Et societatem domesticam, quatenus generatim sumitur, inter societates compositas esse referendam (§. 555.).

§. 611.

§. 611.

Liberi, quatenus sunt in potestate patria, nulla habent iura acquisita. Quatenus enim sunt in patria potestate, in omnibus suis actionibus a parentibus dependent (§. 575.). Omnia itaque hac ratione agunt auctoritate parentum (§. 30.), ideoque nisi sibi acquirunt. Ergo nec fieri potest, ut hac ratione iura acquisita habeant.

Liberi in societate domestica non sunt domini.

COR. I. Ius perfectum atque affirmativum personis in personas competens est acquisitum (§. 518.). Quatenus itaque liberi sunt in patria potestate, servorum domini vocari nequeunt (§. 590.). Ergo nec ius perfectum atque affirmativum in servos, ratione nimirum illa, habere possunt. Velim tamen, ut, iure suo agere, ab auctoritate alterius agere distinguas.

COR. II. Ex rationibus generalibus generalis etiam deduci potest conclusio. Hanc ergo habe: Liberi, quatenus sunt in patria potestate, nullam habent proprietatem acquisitam. Sunt vero in patria potestate, quatenus sunt impuberes aut minores (§. 575.). Impuberes igitur atque minores nullam habent proprietatem acquisitam. Alia itaque ratione, quam qua in patria potestate sunt, considerari debent, si de eorum proprietate acquisita est sermo. Oritur inde idea *peculii*, de quo Icti loquuntur, quod est complexus bonorum adquiretorum, quae in proprietate eorum sunt, qui in potestate patria, vel in potestate domini. Ut docet Tit. ff. de Peculio.

in proprietate bonorum adquiretorum qui in potestate domini sunt.

COR. III. Liberi sunt in societate domestica, quatenus sunt in patria potestate (§. 610. 608. 572 seqq.), ideoque in societate domestica domini vocari nequeunt (Cor. 1.).

COR. IV. Patet inde, in societate domestica non esse dominos personarum, nisi patres matresue familias (§. 608. 610.).

§. 612.

Pater materque familias sunt in societate domestica. Quinam sunt in

societate
domestici.
ca impe-
rantes.

domestica domesticorum imperantes. Domestici enim sunt serui atque liberi (§. 610.). Serui sunt sub imperio dominorum (§. 590. seqq.), & liberi sub imperio parentum (§. 585.). Quamobrem, cum hac in societate non detur dominium personarum, nisi quod patres matresque familias habent (Cor. 4. §. 611.), & cum parentes sint patres matresque familias (§. 608.), sequitur, ut pater materque familias hac in societate sint imperantes (§. 551.).

COR. I. Et haec est ratio, cur capita familias vocentur. Est itaque *caput familiae*, sub cuius imperio sunt domestici.

COR. II. Societas ergo domestica est societas inaequalis (§. 553.), in qua patri matrique familias competit ius domesticos i. e. liberos atque seruos obligandi (§. 551.), i. e. cum eorum actionibus motiua connectendi.

COR. III. Patet inde domesticos, ut imperio capitis familiae obedientiam praestent, perfecte obligatos esse. Sunt ergo capitis familiae subiecti (§. 552.).

SCH. Iure quidem diuino positio patris-familias ius atque imperium potius est, ante vero, quam huius rationem determinare possum, necesse est, ut differentiam iuris naturalis necessarii atque contingētis naturamque legum positivarum, quae inde dependet, magis explicem. Legas interim HUBERVM in Iur. Civ. L. II. Sect. I. cap. H. n. 24.

§. 613.

Varii in-
diuiduo-
rum sta-
tus de-
terminantur.

Quodcumque indiuiduum consideraturus statum indiuidui essentialem ab eiusdem statu accidentali distinguere debet. Omnia eiusdem speciei indiuidua eundem habent statum essentialem; fieri vero potest, ut eorum status accidentales sint diuersi, quoniam rationes, per quas determinantur, plerumque a cir-

circumstantiis dependent (quod ex *Metaphysicorum praeceptis patet*).

§. 614.

Ex quibus sequitur, fieri posse 1.) ut *individui cuiusdam status accidentalis mutetur, saluo manente statu eiusdem essentiali*, 2.) ut, *quae ex statu individui cuiusdam essentiali fluunt, de omnibus eiusdem speciei individuis dici possint* 3.) ut, *quae ex statu individui cuiusdam accidentali deducuntur, de ceteris eiusdem speciei individuis dici nequeant, nisi quatenus sub iisdem existunt circumstantiis.*

Et prin-
cipia, ex
quibus
eorum
constit-
tio co-
gnosce-
nda, inde
inferun-
tur.

COR. Minime itaque sufficit explicatio essentiae & eorum, quae inde sequuntur, si omnes, quae in indivi-
duo distinguendae, determinationes explicare velis.

§. 615.

Haecenus evolutis ad societates adcommo-
datis patebit, fieri posse, ut societates indivi-
duales, licet sint eiusdem speciei, nihilo tamen
minus determinationibus individualibus, quae
salva earum essentia mutari possunt (§. 614.)
& ex circumstantiis concipiendae (§. cit.), sint
diversae (§. 613.). Quare, cum societas non
sit perfecta, nisi omnes eiusdem determinatio-
nes consentiant (§. 528. seqq.), sequitur, ut
in societate individuali determinationes ex cir-
cumstantiis sumendae cum iis, quae ex societatis
notione fluunt, consentire debeant, si eiusmodi
societas sit perfecta.

Quae ad
perfe-
ctionem
societatis
individu-
alis ap-
plicantur

COR. I. Qui ergo obligatus est, ut societatis indivi-
dualis perfectionem promoveat, non in agendo so-
lum eiusmodi societatis determinationes essentielles
seu statum essentialem, sed & eiusdem societatis sta-
tum accidentalem spectare debet.

T 2

COR.

COR. II. Duplicem igitur habemus fontem, ex quo leges, quibus membra societatis cuiusdam indiuidualis parere debent, haurire possumus. societatis scilicet notionem seu essentiam, atque determinationes accidentales (§. 97.).

§. 616.

Leges societatis sunt vel mutabiles vel necessariae.

Determinationes societatis essentialia sunt necessariae, accidentales vero mutabiles (§. 614. seqq.). Leges ergo sociales, quatenus nimirum societatem indiuidualem spectamus, in *necessarias & mutabiles* diuidere possumus. *Illae* nimirum sunt, quarum ratio est in societatis notione vel essentia, *hae* vero, quae ex determinationibus indiuidualibus, seu ex circumstantiis, sub quibus societas existit, fluunt (Cor. 2. §. 615.).

COR. I. Posita eadem legis ratione eadem etiam lex ponenda est, & remota legis ratione lex etiam ex hac concipienda remouenda est (§. 103.); leges ergo huius vel illius societatis mutabiles durant vel mutantur pro circumstantiarum continuatione vel mutatione. Si igitur circumstantiae manent eadem, leges etiam mutabiles eadem manent, si vero circumstantiae mutantur, ut etiam leges, quae inde fluunt, mutantur, necesse est.

COR. II. Iisdem ex rationibus manifestum est, leges, quae in indiuiduali quadam societate mutabiles, ex circumstantiis, per quas determinantur, necessario sequi, ideoque non esse leges mutabiles, quatenus in se considerantur, sed quatenus obuia in societate indiuiduali valent.

COR. III. Simul inde facile intelligitur, leges societatis cuiusdam indiuidualis mutabiles optime determinari posse ab eo, qui semper distincta omnium circumstantiarum, sub quibus societas indiuidualis existere potest, gaudet cognitione. Quo ex principio infra ciuitatis necessitatem deducamus.

§. 617.

§. 617.

Membra itaque societatis cuiusdam indiuidualis non necessarias solum, sed & mutabiles societatis leges cognoscere debent (§. 110.). Quicquid cognoscimus, aut propriis meditationibus, aut aliorum determinatione cognoscimus. Neesse ergo est, vt membra societatis cuiusdam indiuidualis leges ante determinatas aut propriis meditationibus, aut aliorum determinatione cognoscant. Quare, cum priori ratione leges cognoscantur ex rationibus, quibus constituuntur (§. 103.), consequens est, vt societatis illius membra tam societatis essentiam, quam indiuiduales eiusdem determinationes atque circumstantias, sub quibus existit, cognoscere debeant, si nimirum propriis meditationibus leges societatis. euoluant (§. 616. 103. & 104.).

Quid membra societatis indiuidualis cognoscere debent.

COR. I. Si ergo societatis indiuidualis membra illius essentiam atque determinationes indiuiduales perspicere nequeunt, neesse erit, vt hisce leges ab aliis promulgentur (§. 111.).

COR. II. Qui legem promulgat, efficit tantummodo, vt ii, qui lege obligantur, eam cognoscere possint (§. 110.); manifestum itaque est, ex necessitate illa, quam *Cor. I.* indicauit, necessitatem legislatoris non immediate posse deduci.

§. 618.

Societatis cuiusdam indiuidualis imperanti competit ius, membris leges societatis promulgandi. Societatis enim imperans habet ius membrorum societatis actiones ad scopum societatis obtinendum dirigendi (§. 585. *Cor. I.* & 528.). Quare, cum hoc fieri nequeat, nisi membra societatis leges societatis cognoscant

Imperanti competit ius leges promulgandi.

(§. 617.), & ius ad finem det, ius ad media (§. 94. 152.), huius etiam societatis imperanti ius, societatis leges ceteris membris promulgandi, competere debet.

COR. I. Imperium sine societate nullum est (§. 551. & 521.). Generatim itaque dicere possumus, imperanti, qua tali, ius leges promulgandi competere.

COR. II. Ius oritur ex obligatione (§. 152.). Ergo & imperans obligatus est, ut leges ceteris societatis membris promulget. Eiusmodi obligationem esse perfectam, docet §. 529. Cor. 1.

§. 619.

Quae ha-
tenus de
legibus
dicta, ap-
plicatur
ad con-
fectaria
cum legi-
bus con-
cedenda.

Lex est propositio obligatoria (§. 98.), obligatio concipitur ex motiuis (§. 74.), motiua sumenda sunt ex facti confectariis (§. 36. 58. 59.), quae vel ex facti natura, vel ex eiusdem circumstantiis sequuntur (§. 211.). Vti igitur leges, quibus membra in societate parere debent, sunt vel necessariae, vel mutabiles seu contingentes (§. 616. & 615.); ita etiam obligationes cum eiusmodi legibus connexae in *necessarias & mutabiles seu contingentes* diuidere debemus. *Illae* nimirum confectariis, quae ex natura facti sequuntur, *hae* vero iis, quae ex facti circumstantiis fluunt, constituuntur (§. 613. seqq. coll. §. 616.).

COR. I. Has inter circumstantias etiam habitus membrorum societatis malas ad actiones referri posse, facile intelligimus.

COR. II. Qui obligatur, etiam obligationem, ideoque legis confectaria (§. 619.), cognoscere debet (§. 110.). Quae igitur de legum cognitione §. 617. Cor. Cor. dicta, ad confectaria etiam legum accommodari possunt

SCH. Manifestum inde est, fieri posse, ut leges materialiter naturales sint formaliter positivae. De quo plura in praelectionibus

§. 620.

§ 620.

Imperanti competit ius ceteris societatis membris confectaria legum promulgandi. Imperans enim habet ius leges societatis ita promulgandi, ut membra societatis eiusmodi legibus parere possint (§. 618.). Quamobrem, cum, si legibus conuenienter viuere debent, requiratur, ut etiam legum confectaria cognoscant (Cor. 2. §. 619.): Imperanti etiam ius confectaria legis promulgandi competere debet (§. 94. 152. & 617.).

Imperanti competit ius confectaria legis promulgandi.

COR. Quae de iure leges promulgandi in Cor. 2. §. 618. dicta, his etiam applicanda sunt.

§ 621.

Imperanti, qua tali, competit ius malis confectariis promulgatis ea societatis membra mactandi, quae legem, cuius sunt confectaria, violarunt. Ponamus enim, membrum societatis violasse legem, ab imperante, iure suo utente, promulgatam, tunc egit contra bonum societatis commune (§. 618. 528.), ideoque imperanti dedit ius belli (§. 543. & §. 585. Prop. I. Cor. 1.): Ergo & ius malis mactandi (§. 359.), & quidem iis, quae legis violatae sunt confectaria (§. 151. conf. §. 545. seqq.). Sed mala confectaria, quae imperans, iure suo utens, promulgauit, sunt confectaria ex violatione legis pro societatis individualis natura determinanda (per dem. ad §. 620. & §. 619.), ergo & imperanti, qua tali, competit ius malis hisce confectariis legis violatores mactandi.

Imperanti competit ius legis violatori mala inferendi.

COR. I. Malis confectariis eum, qui leges violauit, mactare, idem est; ac eum punire. Ergo & Imperanti, qua tali, competit ius legum violatores puniendi.

T 4

COR.

COR. II. Quomodo hocce ius fieri possit ius vitae & necis, imperanti in legis violatores competens, docet §. 547.

COR. III. Imperans, malis consecrariis violatores legum mactans, fert sententiam (§. 236.), ideoque efficit imputationem iuris (§. 236. 218.), ergo est iudex (§. 222.). Quae itaque de iudice §. 223.-242. explicata sunt, partim imperantis officia, partim eiusdem merita exhibent.

§. 622.

Ergo & potestas legislativa.

Ius leges eiusque consecraria promulgandi cum iure puniendi connexum *potestas legislativa* vocatur. Competit ergo imperanti in societate, cuius est imperans, *potestas legislativa* (§. 618. 620. & Cor. I. §. 621.).

COR. Imperanti potestas legislativa inest, quatenus habet ius leges eiusque consecraria promulgandi atque puniendi. Non ergo habet ius leges ferendi necessarias contrarias, nec ius consecraria necessariis contraria determinandi (§. 618. seqq.). Imperans igitur despoticus nullus est (§. 525.).

SCH. Potestatem legislativam vsui loquendi convenienter explicatam esse, variis rationibus doceri poterit, hic modo velim ut spectentur leges, *Innungs-Articulu* dictae, & quae de potestate legislativa in *iure gentium voluntario* a *Doctoribus* proponuntur.

§. 623.

Ergo & ius dispensandi & abrogandi leges.

Tam leges, quam obligationes, quae in societate quadam individuali valent, in necessarias atque contingentes diuidere possumus (§. 616. & 619.). Necessariae illae leges ex obuia societatis notione, & necessariae obligationes ex notione actionis fluunt atque concipiendae sunt (§. 5. cit. cit.), ideoque obvia in societate sunt leges atque obligationes immutabiles (§. 614.). Ab eiusmodi itaque legibus atque

atque obligationibus nulla iuste fieri potest dispensatio, seu eiusmodi legibus nemo eorum, qui in illa sunt societate, iuste se eximere potest (§. 123. 124. conf. 137.). Quoniam vero legum atque obligationum contingentium, quae in societate illa individuali valent, ratio in mutabilibus quibusdam societatis determinationibus est (§. 614.), iuste etiam fieri potest, ut eiusmodi leges atque obligationes, salva illa societate, mutantur atque variantur (§. 616. 619.). Et ita abunde intelligimus, *qua ratione eiusmodi societatis Imperanti ius dispensandi atque leges abrogandi possit competere* (§. 618. seqq.).

COR. I. Manifestum inde est, imperanti non competere ius leges naturales mutandi, sed solummodo ius leges naturales per societatis eiusque membrorum circumstantias magis determinandi, easque determinationes mutatis circumstantiis mutandi (§. 613. seqq. 127.).

COR. II. Quoniam porro imperans, quatenus punit, officia iudicis observare debet (§. 621. Cor.), simul patet, Imperanti competere *ius aggratiandi* i. e. reos a poenis liberandi, & ius poenas *commutandi* (§. 228, 226.).

SCH. Ita iure positivo ius aggratiandi exercetur *facta spontanea rei confessione &c.* & poena immutatur, dum v. g. relegatio perpetua adulteri vel adulterae, pro quo vel pro qua coniux intercessit, in poenam pecuniariam, & relegatio perpetua in *multam piis causis applicandam commutatur.* De quibus plura in praelectionibus. Leges interim **MENCKENII** Pandect. Tit. de poenis p. 1629. seqq.

§. 624.

Ex hucusque explicatis satis patet, necesse esse, ut in quacunque societate individuali, in qua imperans, leges positivae obliga-

E. In societate in actuali sunt LL.

Y 5

tio-

obligationes-
quae po-
sitiuae.

tionesque positiuae constituentur (§. 127. 75.), quae vero non mere positiuae, sed leges qualificatae, atque obligationes mixtae (§. 127. 78.)

COR. Exhibent itaque explicata, quorum ops de legibus positiuis diuinis tam vniuersalibus quam particularibus doctrinam, quae a Doctoribus in controuersiam deducta est, explanare possumus: Quod breuiter fiat in praelectionibus.

§. 625.

Applicatio principiorum expositi-
um ad speciales societates, in specie domesticam.

Impuberes minorenesque esse sub imperio parentum ex Cor. 1. Prop. 1. §. 585., seruos sub imperio domini ex §. 590. seqq. & domesticos sub imperio capitis familiae esse, ex §. 612. manifestum est. A genere ad speciem valet consequentia. Quae ergo de iuribus imperantis hactenus explicauimus, ad societatem paternam, herilem, atque domesticam facili negotio adcommodari possunt. Iura imperanti competentia ex scopo naturaque societatis, cuius est imperans, deducenda sunt (§. 528. & §. 618. Cor. L.), scopum naturamque societatis paternae §. 577. seqq., & herilis §. 591. seqq. exposuimus, eiusmodi itaque explicatio solummodo restat, qua societatis domesticae scopus atque natura exponitur.

§. 626.

Scopus societatis domesticae dif-
fert a finibus societatum quibus componitur.

Cuiuslibet societatis compositae finis a finibus societatum, quibus componitur, diuersus est. Si enim plures societates diuersae coniunguntur, fines earum subordinantur (§. 555.). Efficitur ergo, vt earum fines ad determinatum quendam scopum obtinendum fiant media (§. 554.). Quamobrem, cum finis, qua talis, pro fine,

sine, quatenus est medium, substitui nequeat, & quae pro se inuicem substitui nequeunt, diuersa sint, societas porro sine scopo cogitari nequeat (§. 518.), scopum societatis compositae a finibus societatum, quibus componitur, diuersum esse sequitur.

COR. I. Ergo & scopum societatis domesticae, quae composita est (§. 610.), a scopo societatis connubialis (§. 566.), paternae (§. 577.) & herilis (§. 591.) distinguere debemus.

COR. II. Si fines societatum diuersi sunt, iura etiam socialia atque obligationes sociales diuersa esse debent (§. 528.), ita ut ex diuersorum finium subordinatione concipienda, si societas sit composita (§. 555.). Ergo & iura atque obligationes, quae ad societas domestica, ab aliis diuersa esse debent (Cor. 1.) conf. B. VVDDEI Dissert. de Comparatione obligationum, quae ex diuersis hominum statibus oriuntur.

§. 627.

In societate domestica societas subordinans est vel connubialis, vel matrimonialis, subordinata vel societas paterna, vel herilis, vel simul paterna atque herilis (§. 554, 610.). Scopus societatis connubialis est sobolis procreatio (§. 566.), matrimonialis, connubialis continuatio ob sobolis educationem (§. 578.), paternae, sobolis educatio (§. 577.), & herilis, ut serui operis sui domini utilitatem promo-ueant (§. 591.). Quare, cum scopus societatis domesticae a finibus societatum, quae domesticam constituunt, diuersus esse debeat (Cor. 1. §. 626.), manifestum est, omnes societatis domesticae fines, ideoque eiusdem societatis iura atque obligationes (Cor. 2. §. 626.) sequentibus explicari posse propositionibus.

Diuersi societatis domesticae fines, obligationes explicantur.

I. Eas

- I. *Eas serui, quatenus sunt domestici, producere tenentur operas, quarum usu pater materque familias sobolem commode procreare possunt.*
- II. *Operae seruorum eiusmodi esse debent, ut earum usu educationis onus leuari possit.*
- III. *Liberi iam procreati ea ratione agere debent, ut pater materque familias commode inde sobolem procreare possint.*
- IV. *Et liberi tam non-educati quam educati, si nimirum in eadem societate domestica maneat, omnem curram atque diligentiam in caeterorum educatione adhibere debent. Etc. Etc.*

§. 628.

Inde varia capiti competentia iura determinantur.

Obligationes sociales sunt obligationes perfectae (§. 529. Cor. 2.), & hac ex ratione societatis capiti seu imperanti dant iura perfecta (§. 585. Prop. I. Cor. 1. & 152. seq.). Pater materque familias sunt in societate domestica caput seu imperans (§. 612. & Cor. 1.). Ergo & manifestum est, eorum iura, nimirum ius leges promulgandi (§. 618.), ius legum confectaria promulgandi (§. 620.), ius mala haecce confectaria iis irrogandi, qui leges promulgatas violarunt (§. 621.), ideoque ius puniendi (Cor. 1. §. cit.), ius vitae & necis (extra ciuitatem) (Cor. 2. §. cit.), potestas legislatoria (§. 621.), ius dispensandi & abrogandi leges obuia in societate contingentes (§. 623.), ius leges naturales magis determinandi (Cor. §. cit.), ius aggratiandi poenasque mutandi (§. 623. Cor. 2.), per obligationes §.

627.

627. positas magis determinanda, atque restringenda esse.

SCH. Quoniam eiusmodi iura exerceri nequeunt, nisi ab eo, qui tam societatis domesticæ rationem, quam eiusdem societatis determinationes individuales perspicit (§. 617.), permulti inde rationem sumere voluerunt, cur potius patri, quam patri atque matri familias eiusmodi iura tribuant.

§. 629.

Societatis compositae imperanti competit ius efficiendi, ne societates, quae compositam constituunt, fini utilitatisque compositae sint impedimento. Quatenus enim est imperans, habet ius actiones membrorum societatis ad seipsum eiusdem societatis obtinendum dirigendi (§. 585. Prop. I. Cor. 1. §. 528). Membra societatis compositae sunt societates subalternatae (§. 555.). Quatenus igitur est societatis compositae imperans, etiam habet ius societates subalternatas eo dirigendi, ut fiant media ad finem utilitatemque compositae obtinendam (§. 554.). Ergo & habet ius efficiendi, ne societates compositam constituentes fini utilitatisque compositae sint impedimento (§. 54.).

Imperans
efficere
debet,
ne socie-
tates
subordi-
natae
subordi-
nanti fini
impedi-
mento.

COR. I. Similitudo in ratione, qua plura coniunguntur, est character discretivus *ordinis*. Ergo & eiusmodi imperanti competit ius efficiendi, ut in societate composita omnia redeant ad ordinem.

COR. II. Sequitur inde, ut etiam patri matrique familias societatis domesticæ, quae composita est (§. 610.), imperanti (§. 612.) eadem iura inesse debeant.

§. 630.

Nulla societas cessante membrorum socie-
tatis-

Imperans
habet ius

dirigen-
di actio-
nes mem-
brorum
ad socie-
tatis se-
curita-
tem.

tatisque securitate felix esse potest (§. 539. Cor. 1.). Quamobrem, cum imperanti societatis competat ius actionis membrorum societatis eo dirigendi, ut felicitas societatis obtineatur (per dem. ad §. 618.), sequitur, ut etiam habeat ius eorum actiones eo dirigendi, ut fiant media ad obtinendam societatis securitatem.

§. 631.

Imperan-
ti compe-
tit ius
bella
modum-
que bella
gerendi
determi-
nandi.

Si quis societatem eiusque membra laedit, ille efficit, ut societas laesa eiusque membra non vivant in securitate (§. 539. 322. seqq.). Et qui efficit, ut societas eiusque membra non vivere possint in securitate, ille societatem eiusque membra qua talia laedit (§. 539. 530. 277. seq. & 325.), omni itaque ratione societati laesae eiusque membris, qua talibus, dat ius belli (§. 360.), ideoque ius arripiendi conatum efficacem laedenti mala inferendi (§. 358. seq.), donec se contra laedentem in plenam ponere possint securitatem (§. 539. 360. seqq.). Cum vero in imperante rationem habere debeat, cur societatis inaequalis membra, qua talia, actiones suas hac & non alia ratione componant (Cor. §. 551.), consequens est, ut in eiusmodi societate *soli imperanti competat ius bella modumque, quo bella gerantur, determinandi* (§. 630.).

COR. I. Intelligimus inde, aliud esse ius belli habere, aliud ius determinandi modum, quo bellum sit gerendum (§. 559.). Illud in stata sociali competit membris societatis laesae, hoc vero eiusmodi societatis imperanti.

COR. II. Et simul colligimus ex §. 630. & §. 529. Cor. 1. socios perfecte obligatos esse, ut iis, qui socia-

cieta-

cietatem, cuius sunt membra, laedunt, bellum faciant.

COR. III. Praecepta illa ad societates domestica aliasque societates compositas facile accommodari possunt.

§. 632.

Ius bella modumque, quo geri debent, determinandi vocatur *ius belli eminens* seu *ius armorum*. Soli ergo imperanti in societate composita, qua tali, competit *ius armorum*.

Ergo & soli imperanti competit ius armorum.

COR. I. Ius vero illud limitatum esse, docet §. 630.

COR. II. Competit, ut dicta docent, capiti familias in societate domestica (§. 612.), domino in societate herili (§. 625.), & parentibus in societate paterna (§. 535. Prop. 1. Cor. 1.) ius armorum.

SCH. Patet ex dictis 1.) rationem cessare, cur membrorum societatis ius armorum denegetur, si in eo sunt statu, in quo non ut societatis membra spectari possunt, 2.) nos hic de societatibus loqui, quatenus in statu naturali, non vero quatenus in statu civili constitutae sunt, de posterioris generis determinationibus infra dicemus.

§. 633.

Ea est seruorum perfectorum conditio, qua perfecta quadam obligatione tenentur, ut domini utilitatem omni, qua fieri potest, cura atque diligentia promoueant; serui vero imperfecti ad eandem promouendam ea solummodo ex parte tenentur, quatenus a pacto, quo eorum seruitus constituta est, determinatum (§. 593.). Inter domini utilitates certissime eiusdem securitas referri debet (§. 539. Cor. 1.). Ergo & serui perfecti omni ratione, imperfecti vero, si pacto determinatum, perfecte obligati sunt, ut iussu domini eo, qui dominum lae-

Quomodo serui obligati sunt, ut pro domino bellum gerant.

laedunt, bello perfequantur (§. 631. 370. & 632.).

COR. Si itaque in societate domestica inter domesticos etiam sint serui (§. 610.), ut iussu patrisfamilias, iis, qui societatem hanc laedunt, bellum faciant, perfecte obligati erunt (§. 612.). Exemplum vide Genes. XIV. 14. seqq. & 24. Conf. GROTIUM de I. B. & P. Lib. I. Cap. V.

SCH. Familiis minoribus earumque iuribus atque obligationibus satis explicatis, naturam maiorum explanabimus, quo in capite sequenti successio ab intestato felici successu determinari, et ex principiis iuris naturalis erui possit. De iuribus imperantis infra in iure publico uniuersali plura dicemus.

§. 634.

Quid
confan-
guinei
agnati &
cognati.

Quae cum eodem tertio connexa sunt, ea etiam inter se connecti possunt, ita, ut ratio, vi cuius inter se connectuntur, eadem sit, ac vi cuius connexa sunt cum eodem tertio (§. 47. Cor. Pr. Log.). Procreati a procreantibus qua existentes dependent. Illi igitur cum his connectuntur (§. 30.). Si itaque plures ab iisdem procreatoribus sint procreati, consequens erit, ut etiam inter se connexi sint, qui nexus ex eo, quod a communibus procreatoribus procreati, concipiendus. *Datur ergo nexus personarum ex dependentia a communibus procreatoribus seu, ut cum ICtis loquar, a communi stipite concipiendus, qui exhibet characterem discretiuum consanguinitatis (a), quae Saxonis die Magenschafft dicitur. Personae hac ratione inter se connexae vocantur agnati (b), apud Saxones Schwerdt-Magen, quatenus nexus ille ex maribus, cognati (c) Spiel-Magen, quatenus ex feminis concipitur.*

COR.

COR. Consanguinei igitur sunt homines, quatenus rationem-existentiae in communi quadam causa habent.

(a) L. 10. §. 4. ff. de grad.

(b) §. 1. Inst. de Leg. agn. tut. conf. §. 3. Inst. de cap. dem.

(c) §. 1. Inst. de Leg. agn. tut. conf. §. 3. Inst. de Cap. dem. it. L. 4 §. 10. ff. de grad.

§. 635.

Causa est vel proxima, vel remota. Dum enim seriem causarum efficientium ABC &c. ponamus, & quidem ita, ut B sit effectus A, & simul causa ipsius C, tunc erit A causa ipsius C remota, B vero proxima &c. Hac ex ratione causa proxima dicitur causa in gradu primo, remota causa in gradu secundo, & ita porro causa in gradu tertio, quarto &c. *In serie itaque causarum efficientium atque effectuum quilibet actus causandi a noua quadam causa dependens dat determinatum connexionis gradum.* Et inde fluit regula; *Quot sunt actus causandi, tot sunt gradus connexionis in serie causarum efficientium atque effectuum.*

Gradus
in consanguinitate
multiplicatur.

COR. I. Actus causandi, quo persona personam producit, est generatio. Non ergo solum in consanguinitate gradus concipere possumus (a) (§. 635.), sed & regula Iuris ciuilib: *Quot sunt generationes, tot sunt gradus in consanguinitate, inde manifesta erit* (b).

COR. II. Recte ergo isti gradum consanguinitatis vocant distantiam vnius personae ab altera per generationem constitutam (c) (§. 634.).

(a) L. 4. §. 5. ff. de sponsalibus.

(b) §. 7. Inst. de grad.

(c) L. 10. §. 10. ff. de grad.

Z

§. 636.

§. 636.

Signo-
rum, qui-
bus gra-
dus com-
putan-
tur, ex-
plicatio.

Quo in capite sequenti successionem ab intestato accuratius atque clarius determinare possimus, signa, quorum ope consanguinitatis gradus computant Icti, hic indicabimus. Personas scilicet signo o, generationes vero signo |, & connexionem per connubium constitutam signo ~ denotant.

§. 637.

Quid li-
nea con-
sanguini-
tatis re-
ctacibus-
que com-
putatio.

Series graduum connexionis in consanguinitate dicitur *linea consanguinitatis*. Est igitur linea consanguinitatis series personarum, quatenus a communi stipite dependent (§. 635. 634). Si hac in serie vnam personam vt procreantem alterius & alteram vt illius procreantem spectamus, *linea* vocatur *recta*; & quidem *adscendens*, quatenus ad procreantes, qua tales, *descendens* vero, quatenus ad procreatos, qua tales, respicimus.

COR. I. Quae natura diuersa, signis etiam diuersis exprimenda sunt. Quo ergo diuersas in linea consanguinitatis recta adscendente personas distinguere possimus, permittas, vt eorum nomina adponamus. Procreantes proximi vocantur *pater* & *mater*; remoti, & quidem in gradu primo, *auius* & *auia*; in gradu secundo *proauus* & *proauia*; in gradu tertio *abauus* & *abauia*; in gradu quarto *atauus* & *atauia*; in gradu quinto *trisauus* & *tritauia*, & reliqui maiores salutantur.

COR. II. Eadem ratione consanguinei in linea descendente recta diuersis distinguuntur nominibus. Quatenus enim sunt effectus proximi, dicuntur *filius* & *filia*; quatenus remoti, & quidem in gradu primo, *nepos* & *neptis*; in gradu secundo *pronepos* & *proneptis*; in gradu tertio *abnepos* & *abneptis*; in gradu quarto *atnepos* & *atneptis*; in gradu quinto *trinepos* & *trineptis*, & reliqui minores vocantur.

COR.

COR. III. Ope itaque signorum §. 636. posterorum pronepos vel proneptis hoc modo exprimi potest:

- Pater & Mater.
- Filius seu filia
- Nepos seu neptis
- Pronepos s. proneptis.

Distat ergo a primo, patre vel matre, tertio consanguinitatis gradu (Cor. I. §. 635.), hic ergo illius est proavus, & haec illius proavia (Cor. I.).

§. 638.

Si in linea consanguinitatis procreati etiam inter se spectantur, linea consanguinitatis vocatur *linea consanguinitatis obliqua seu collateralis* & quidem *aequalis*, si in vno latere idem adest graduum numerus, ac in altero; *inaequalis* vero, si numerus ille graduum est diversus.

Quid linea consanguinitatis obliqua eiusque computatio.


COR. I. Ratione Cor. I. §. 637. expolita, procreatos etiam, quatenus inter se spectantur, diversis nominibus distinguere debemus. Vocantur vero effectus proximi procreantium inter se considerati *sorores* atque *fratres*, & ita descendendo oriuntur *sororis* vel *fratris filius* vel *filia*, *nepos* vel *neptis*, *pronepos* vel *proneptis* &c. (Cor. 2. §. 637.).

COR. II. Patris frater *patruus*, soror *amita*; matris frater *avunculus*, soror *matertera*; patris vel amitae filius *frater patruelis*, filia *amita* & *soror*, & ita porro eorum filius vel filia &c. avunculi vel materterae filius *consobrinus*, filia *consobrina* & ita porro, eorum filius vel filia &c.; avi frater *patruus magnus*, soror *amita magna*; aviae frater *avunculus magnus*, soror *matertera magna*, & ita porro eorum filiae atque filii nomina ex Cor. 2. §. 637. sumunt; proavi frater dicitur *propatruus*, soror *proamita* &c. proaviae frater


pronuncialis, foros promatertera & ita porro, vide Cor. 2. §. 637.

COR. III. Quae his ex personis in agnatorum, & quae in cognatorum numerum pertineant, §. 634. docebit.

COR. IV. Modum consanguinitatis gradus, quibus eiusmodi personae inter se connectuntur, computandi, sequentia explicabunt schemata.



Est *c* ipse *c* frater patruelis, vel amicus & soror (Cor. 1. §. 635.) & gradus consanguinitatis, quo *c* a *a* distat, est quintus (Cor. 1. §. 635.);



Est *f* ipse *c* fratris patruelis filius vel filia (Cor. 2.), & distat quinto consanguinitatis gradu (Cor. 1. §. 635.).

SCH. Computatio itaque graduum in linea consanguinitatis, qua Doctores Iuris civilis Romani utuntur, naturalis est, & ex iuris naturalis principiis concipiendus. Ex quo patet, a iure canonico, quod in linea collateralis vnum solummodo latus, & quidem in linea aequali alterutrum, in inaequali vero remotius ad gradus consanguinitatis computandos sumit, ea simul, quae ex principiis naturalibus fluunt, esse mutata. §. 639.

§. 639.

Consanguinei connexi sunt, quatenus a communibus procreatoribus dependent (§. 634.). Nexus ergo eorum ex societate quadam connubiali concipitur (§. 566.), ideoque inde species familiae oritur, (§. 607.), quam *familiam consanguineam* post haec vocabimus.

Inde ori-
tur con-
sanguini-
nea fa-
milia.

COR. I. Familia ergo paterna etiam est consanguinea (§. 608, 634.).

COR. II. Simul inde patet, iura itaque obligationes consanguineorum partim ex societatis connubialis atque matrimonialis, partim ex societatis paternae, partim tandem ex familiae paternae conceptu, in superioribus satis evoluta, facili negotio posse deduci atque inferri. Quae vero restant, sequenti exponemus capite.

SCH. Dicatur in praelectionibus, qua ratione iura familiae consanguineae descendens etiam illegitimis, qua ratione legitimis salummodo competere, & qua ratione adoptivis eiusmodi iura inesse possint.

§. 640.

Coniuges sunt connexi (§. 30.), ergo & alterius coniugis consanguinei cum altero coniuge connexi sunt (§. 634.). Hic unius coniugis cum alterius consanguineis nexus *affinitatis* nomen accepit.


Quid af-
finitas
eiusque
compu-
tatio.

COR. I. Ratio ergo affinitatis in conjunctione personarum, mediante connubio constituta, quaerenda est (a).

COR. II. Quocumque itaque gradu quis est consanguinitate iunctus coniugi uni, eodem etiam est affinis alteri (b). Quoniam vero eiusmodi gradus non ex generatione concipiendi (Cor. 1.), a Deo quibus gradus improprii (c) vocati sunt.

COR. III. Nomina eorum, qui affinitatis gradu coniunguntur, ex Cor. Cor. §. 637. & 638. facili negotio determinari possunt.

COR. IV. Simul manifestum est, modum gradus affinitatis computandi sequens docere schema (§. 636.):



Est a ipſius c. mariti fratris filius, vel mariti ſororis filius, vel uxoris fratris filius ſeu filia, & ita porro, & diſtat e ab a tertio affinitatis gradu. (Cor. 2.)

SCH. Dicunt etiã Iuris Canonici Doctores de tribus affinitatis generibus, quoniam vero eorum fundamentum non naturale, ſed canonicum, eorumque uſus in terris proteſtantium nullus eſt, non habemus, cur ea hic exponamus. Velimus tamen, ut lector reſpiciat ad regulam iuris canonici: *Inter conſanguineos Vxoris & Viri nulla affinitas eſt* (d).

(a) C. 5. & 8. X. d. conſangu. & affin., it. L. 15. ff. de lit. Nupt.

(b) Conf. Ord. Sax. El. t. gen. von Ehe-Sachen, ſpeciali: *welchen Perſonen ſich in Ehe-Gelãbniß (mit einander einzulaffen) verboten.*

(c) L. 10. ff. d. grad.

(d) c. 5. X. d. conſangu. & affin.

§. 641.

Inde ori-
tur fami-
lia affi-
nis.

Patet ex affinitatis definitione, eam eſſe nexum perſonarum ex ſocietate quadam conubiali concipiendum, ideoque affinitatem ſpeciem familie, ab ante explicatis diuerſam, conſtituere (§. 607.); quam *familiam affinem* vocabimus.

SCH. Maniſteſtum itaque eſt, ex familia affini alia ſequi iura familiaria, quam quæ ex ceteris familie ſpeciebus deduximus. Quoniam vero ratio inſtituti non permittit, ut ad ſpecialiora hic tranſeamus, eiusmodi de iuribus, quorum quedam ſolum-

lummodo in sequenti capite indicabimus, alia quadam occasione plura dicturi sumus.

CAP. II.

DE

SUCCESSIONE AB INTESTATO SECVNDVM IVS NATVRAE.

§. 642.

Controuersam esse doctrinam de successione ab intestato, an nimirum sit iuris naturalis, in aprico est. Quoniam vero hic non est scopus scripti, vt de controuersiis constituatur, meam hac de re sententiam, qua eandem iuris naturalis esse affirmo, docebo modo atque corroborabo. Proxime tamen argumentis, quae in contrarium adducuntur, & praesertim iis, quibus doctissimus & intelligentissimus huius scientiae existimator Vir Per-Illustris de COCCENI in Additionibus ad Cap. VII. Lib. II. GROTII de I. B. & P. hancce doctrinam restringere voluit, responsurus sum. Ille quo obtineri possit scopus, necesse erit, vt *successionem ab intestato in hereditariam atque familiarem diuidamus*. Ratio enim, cur quis in bona alterius succedere possit, aut est in eo, quia eiusmodi bona in dominio defuncti fuerunt, aut solummodo in determinato quodam modo, quo eiusmodi bona defuncto ante concessa sunt. Si prius, successio, quae inde oritur, vocatur *hereditaria*, & si posterius, *familiaris*.

Succes-
sio ab in-
testato
alia est
heredita-
ria, alia
familia-
ris.

COR. Immediate inde sequitur, *primo*, vt successionem ab intestato familiarem obuiio in casu determinaturus, non vltimum possessorem, sed primum adquirentem, & vt successionem ab intestato hereditariam

Z. 4.

obuiio

obuio in casu determinaturus non primum adquirentem, sed vltimum possessorem spectare debeat, *deinde*, vt successionem ab intestato familiarem per eam rationem, qua primo adquirenti bona concessa sunt, determinari debeat, de obuuiis controuersis, quae eiusmodi successionem spectant, constituturus. Quare, cum eiusmodi rationes ita multae esse possint, vt de iisdem breuiter dicere nequeamus, de successione familiari generatim dicta hic sufficere debent. Successionem tamen hereditariam in sequentibus magis explicabimus, & quae de successione familiari spectatim dicenda, in iure feudali vniuersali, quantum fieri poterit, sumus euoluturi.

SCH. Quo vsus dictorum magis perspici possit, in praelectionibus sequentes ad quaestiones non respondebimus solum, sed & easdem magis euoluimus.

1.) *Vtrum, si de successione familiari quaestio est, soli primi adquirentis descendentes, an etiam eiusdem ascendentes & collaterales succedere possint?*

2.) *Vtrum, si de eiusmodi successione sermo est, soli masculi, an etiam faeminae succedere possint, si nimirum in delatione prima faeminarum nulla facta est mentio, & si earum mentio facta, an ante succedere possint, quam omnes masculi sunt extincti?*

3.) *An in eiusmodi successione secundum ius naturae primogenitus sit praefendus?*

4.) *Si prima in delatione faeminae ita sint comprehensae, vt succedant omnibus masculis extinctis, an vltimi possessoris filia succedere debeat?* Et quae sunt reliquae.

§. 643.

Regulam, cuius ope successio ab intestato hereditaria in foro naturali determinanda, hanc esse propositionem: *si nulla defuncti voluntatis declaratio satis probari potest, ille sit defuncti haeres, quem defunctus per naturam maxime amare debuit*, in Cor. 1. §. 503. satis probauimus a). Personas itaque, quae hac ratione ab intesta-

Illius
funda-
mentum
est obli-
gatio na-
turalis
ad maxi-
mum a-
morem,
quod

testato succedere debent, determinaturus, principia, quorum ope quantitatem amoris, quam natura praescribit, cognoscere possumus, ut eruatur, necesse erit. Haec ita accipe: Amoris character discretivus est conatus perficiendi (§. 301.), quo maior itaque sit conatus alios perficiendi, eo maior etiam amor erga alios esse debet. Quare, cum conatus sit eo maior, quo plures adsunt agendi rationes (§. 22.), sequitur, ut amor erga alios eo maior esse debeat, quo plura sunt motiva, quae nobis natura dat, ut aliorum perfectionem promoveamus (§. 36.). *Per naturam itaque obligati sumus, ut eos maxime amemus, ad quorum felicitatem promouendam natura nobis maxima dat motiva* (§. 84.).

magis
explicatur.

COR. Is ergo, si de successione hereditaria sermo est, ab intestato succedat, ad cuius felicitatem promouendam natura defuncto maxima dedit motiva.

a) Vide GROTIUM I. B. & P. Lib. II. Cap. VII. §. 3.

§. 644.

Parentes per naturam obligati sunt, ut filios filiasque maxime ament. Ipsa enim natura maxima parentibus dat motiva, ut procreatorum vitam conseruent, eorumque felicitatem promoveant (§. 571. seqq. & §. 166. Cor. 1.). Quare, cum vita nostra etiam ad nostram pertineat felicitatem (§. 264.); sequitur, ut parentes vi obligationis naturalis filios filiasque maxime ament (§. 643.).

Inde deducitur successio descenditium.

COR. I. Si itaque nulla defuncti parentis voluntatis declaratio satis probari potest, eiusdem filii filiaeque habent ius haereditarium (§. 500.). Fiunt itaque haeredes legitimi. (Cor. 1. §. cit. & 643. Cor.).

COR. II. Atque ideo in omnia iura obligationesque parentum ab intestato succedunt (Cor. 3. §. 495.). Ex quibus patet, iis etiam iura haereditaria parentum competere (Cor. 1.).



COR. III. Qua ex ratione dicitur, filios filiasque mortuum patrem mortuamque matrem repraesentare, ideoque iure repraesentationis in iura haereditaria mortui patris mortuaeque matris succedere (Cor. 2.). Plura consuetudinaria ex §. 494. seqq. facili negotio hic inferri possunt.

§. 645.


Quid successio in capita & in stirpes.

Omnes filii filiaeque eodem gaudent iure parentibus succedendi (Cor. 1. §. 644.); adita ergo haereditate eandem haereditatis portionem accipere debent. Qua ex ratione, eosdem *in capita succedere*, dicitur. Quamobrem, cum cuilibet tantummodo competat ius haereditarium quoad haereditatis portionem, pro filiorum filiarumque numero determinandam, qui iure repraesentationis succedant (Cor. 3. §. 644.); succedere tantummodo poterunt in portionem, in qua mortui parentes ius haereditarium habuerunt (Cor. 3. §. 495.). Et haec est successio, quam Icti *successionem in stirpes* vocarunt, vid. Nqu. CXVIII. Cap. I. v. *sic tamen*.

COR. His praemissis, ponamus Titium reliquisse duos filios, *primum, secundum* & ex tertio defuncto *tres nepotes*, consequens inde erit, ut *primus & secundus in capita, nepotes vero in stirpes* secundum ius naturale ab intestato succedant (Cor. 2. §. 637.).


SGH. I. Possent haec pro instituto sufficere. Dabimus tamen, illustrandae sententiae causa, & in Tyrone gratiam schemata, quae dicta explicant. Sit patet a, cuius bona 6000. thaler: & mater b, quae 4000. thaler: domina; sit tandem  signum personae demortuae, &  signum personae de cuius

cuius haereditatis acquisitione iam quaeritur. Sit
schema:



Ergo e succedit in capita, r s i o vero iure reprae-
sentationis in stirpes succedunt (§. 645.). Haere-
ditas ergo in tres partes aequales diuidi debet, de
quibus vnam e, alteram o, tertiam vero r s i ac-
quirunt. Et quoniam vltimi iterum aequali iure
succedunt, quilibet de tertia parte tertiae totius hae-
reditatis dominus secundum ius naturale fieri de-
bet.

SCH. II. Iisdem ex principiis successio liberorum
ex diuersis quidem matrimoniis, communi tamen
parente natorum determinari poterit. Quem ca-
sum, hoc schemate, in quo u maritum & x uxo-
rem significat, exhibere possum.



Mortua b succedunt in capita s & r, in stirpes vo-
ro i n & m. Ergo haereditas ipsius b in quatuor
diuidi debet partes aequales, de quibus vnam r,
alteram s, tertiam i & quartam n & m acquirunt.

SCH. III. Si vero de haereditate ipsius u fit quaes-
itio, facile patebit, e r n & m esse haeredes ab in-
testato seu legitimos.

§. 646.

Quid
vnio
prolium,
eiusque
funda-
mentum.

Ex ante euolutis abunde patet, liberos diuersi matrimonii, secundum praecepta iuris naturalis, non eadem ratione parentibus ab intestato succedere (Sch. 2. §. 645.). Si itaque eadem ratione succedant, necesse erit, vt eiusmodi succedendi ordo per pactum sit constitutus. Legibus naturalibus non repugnare, vt parentes eiusmodi succedendi ordinem mediante pacto constituent, manifestum est ex §. 494. Quare, cum eiusmodi pactum *vnio prolium, die Einkindschaft*, vocetur, consequens est, vt etiam vnio prolium legibus naturalibus sit conueniens.

COR. Ex quibus sequitur 1.) vt obiectum vnionis prolium sint solummodo bona, quae sunt in dominio pacifcentium. 2.) Vt vnio prolium solummodo determinet rationem succedendi parentibus, non vero rationem, qua sibi collaterales succedant.

§. 647.

Successio
adscen-
dentium.

Deficientibus descendantibus liberi per naturam obligati sunt, vt maxime ament parentes. Obligatio enim ad amorem erga alios sumitur vel ex motiuis generalibus, vel ex specialibus. Si prius, oritur amor erga omnes homines (§. 301.), ex quo ius succedendi ab intestato non deducendum (§. 642.). Necesse igitur est, vt hic de motiuis specialibus, quibus ad amorem erga alios tenemur, dicamus. Haec vero motiua sumuntur vel ex statu nostro sociali, vel ex nostris factis, vel ex factis eorum, quos amare debemus. Quoniam vero, quae ex factis fluunt, in doctrina de probabilitate iis, quae ex statu sequuntur, praeferenda sunt, manifestum

festum est, per naturam nos esse obligatos, vt motiua, quae ex factis fluunt, iis, quae ex statu sequuntur, praeferamus. Facta illa, vt ante diximus, sunt vel nostra, vel aliena. Si prius, oritur inde amor in descendentes (§. 644.), his igitur deficientibus motiua specialia ad amorem erga alios ex eorum factis sumenda sunt, ideoque ex eo, quod facta illorum fuerint media ad nostram felicitatem (§. 318.), huius itaque generis amor referri debet ad amorem erga benefactorem (§. 290. 318.). Quamobrem, cum parentes natura sint maximi liberorum benefactores (§. 290. & §. 571. seqq.); manifestum est, liberos, deficientibus descendibus, per naturam obligatos esse, vt maxime ament parentes (§. 643.).


COR. I. Deficientibus ergo descendibus, qui nec in capita, nec in stirpes succedere possunt, mortuo filio, parentes per naturam habent ius haereditarium (§. 500.), ideoque filio ab intestato succedunt (§. 642. & Cor. I. §. 500.).

COR. II. Parentes, quatenus sunt parentes, vntum suat (§. 565.). Ius igitur, quod parentibus, qua talibus, competit, indiuisibile est. Si itaque liberis ab intestato succedunt, succedunt iure indiuisibili (Cor. I.). Dicit ergo nequit, alteram haereditatis partem ad dominium patris, alteram vero ad dominium matris pertinere, sed tota haereditas inter ea referri debet, quae sunt in patris matrisque dominio (§. 495.). Minime itaque in capita succedunt (§. 645.).

COR. III. Ex quibus patet, in successione ascendentium propiorem semper excludere remotiores. vid. Nou. GXVIII. cap. 2.


SCH. I. Rem ita explanabimus. Sit schema insuitu:
Schol. I. §. 645:

Hic



Erit c ipſius d hæres (Cor. 3.). Dicatur hic in prælectionibus de iure accreſcendi.

§CH. II. Ponamus vero ſequentem quaſtionem




Dimidia pars hæreditatis ipſius f datur a & b, & dimidia ipſi e (Cor. 2.). Et inde concipimus characterem diſcretium ſucceſſionis, quam ſucceſſionem in lineas vocant.

§. 648.

Succeſſio
collate-
ralium.

Quæſtiõ de ſucceſſione ab inteſtato etiam hac ratione formari poterit:



Et ſecundum ius vniuerſale d ſuccedet in capita, f & e vero, in ſtirpes (Cor. 3. §. 644, & §. 645.). Ex quibus ſimul concipimus ſucceſſionem ab inteſtato collateralium (§. 638.).

COR.

COR. Patet inde, non semper proximos sanguine in iura defuncti secundum ius naturale ab intestato succedere (§. 634).

SCH. Particularia quidem iura per multa alia ratione, quam ante fecimus, decidunt, neque cuiquam fas esto, obsequium denegare. Nihil tamen omnibus maximae utilitatis esse, res ex iure uniuersali cognoscere, qui determinationum posituarum rationes quaerunt, facile concedent.

§. 649.


*Deficientibus adscendentibus deficientibus- Successio
que descendantibus ille fit defuncti haeres ab in- coniu-
testato, cum quo defunctus in proxima vixit so- gum.*
cietate. Socius ut socium iuuet repetitur (§. 530, Cor. §. 576. & §. 310.). Ex natura ergo societatis ea deducitur obligatio naturalis, qua socius socium amare debet (§. 301. 310.). Obligationem etiam naturalem requirere, ut amor hicce, deficientibus nimirum adscendentibus deficientibusque descendantibus, sit maximus, satis colligitur ex §. 643. & dem. §. 647. Ideoque patet, secundum ius naturale necessarium esse, ut, positis illis determinationibus, is defuncto ab intestato succedat, cum quo in proxima vixit societate.

COR. I. Proximam inter coniuges esse societatem Schol. 1. §. 563. abunde docet, deficientibus igitur adscendentibus descendantibus coniux ab intestato coniugi succedit.

COR. II. Duplici itaque ratione coniux coniugi ab intestato succedere potest, primam Cor. 2. §. 647., & alteram Cor. 1. hui. §phi explicat.

COR. III. Et ita etiam intelligimus rationem, qua secundum ius naturale affines defuncto ab intestato succedere possunt, rem ita accipe:

h ipsi



b ipsi a succedit in capita (§. 647. Cor. 3. & §. 644. Cor. 3. & §. 645.); & c & d. in stirpes (§. §. cit.).

SCH. I. Qua ratione fiscus defuncto ab intestato iuste succedere possit, infra in iure civili explicanda docebunt.

In p. princeps SCH. II. Dicatur in praeflectionibus de iure Albigii, In. b. d. p. q. t. d. p. quod in Gallia Rex exercet, nisi ius indigenatus im-
petrauerint peregrini seu extranei.
Si. l. c. q. p. §. 650. t. u. o. p. d. d. d. v. s. c. u. s.

Successio
 explicata
 non spe-
 ctat iura
 persona-
 lissima.

Iura, quae quis alteri, qua tali, concessit, *personalissima* dicuntur. Iura ergo *personalissima* non pertinent ad haereditatem (§. 495.). Qui igitur defuncto ab intestato succedunt, non statim iura defuncti *personalissima* vi successionis acquirunt (§. 503.).

COR. Iura itaque defuncti *personalissima* non pertinent ad 7^o suum haeredis (§. 495.). Quae ergo de acquisitione iurium defuncti hactenus dicta, valent tantummodo de iuribus non *personalissimis*.

SCH. De *legitima*, id est, ea haereditatis portione, quae iis, qui ab intestato succedant, per testamentum vero exclusi sunt, ex lege debetur, infra dicemus. Hactenus enim explicata principia nondum permittunt, ut eas determinemus rationes, quae efficiunt, ut obligatio ad legitimam constituendam sit perfecta.

CAP. III.
DE ANARCHIA.

§. 651.

Serui, quae tales, perfecte obligati sunt, ut aggressoribus domini eiusque societatis bellum faciant (§. 633.). Quo maior igitur est seruorum numerus, eo magis inimicus in externa laesione impeditur (§. 369. Cor. 1.). Quamobrem, cum quantitas securitatis in societate domestica ex multitudine seruorum colligi possit (§. 539.); capiti societatis domesticae competit obligatio, eo tendere, ut numerus seruorum semper magis magisque augeatur (§. 369. & 612. Cor. 1.).

Capue familiae tenetur numerum seruorum magis magisque au- gere.

§. 652.

Quoniam porro dominus perfecte obligatus est, ut seruos suos alat (§. 604. Cor. 1.), necesse etiam est, ut in dominio eius, qui multos habet seruos, magna facultatum externarum existat copia (§. 445.). Quare, cum eiusmodi bonorum acquisitio non semper sit in cuiuslibet potestate, studium securitatis capita familiae mouet, efficere, ut vnus societatis caput aliarum societatum auxilio sua possit gerere bella (§. 369. Cor. 1. §. 74. & §. 651.). Quoniam vero hoc commode fieri nequeat, nisi eiusmodi nexus mediante pacto sit constitutus (§. 393. seqq.), satis intelligimus, cur pactum iuri naturali conueniens per multas familias coniunxerit, ut unitis viribus (§. 599.) pericula communia auertant.

H. & efficere, ut permul- tae fami- liae vni- tis viri- bus peri- cula au- uertant.

COR. I. In paciscentium altero datur obligatio perfecta ad promissa seruanda, in altero vero ius promittentem cogendi, ut promissa praestet (§. 420.). Ergo & hoc in statu capiti familiae competit ius in aliud familiae caput, hoc scilicet cogendi, ut adhibeat vires ad pericula, quas imminet, auertenda.

Aa

COR.

COR. II. Eiusmodi itaque familiarum nexu est societas (§. 521.), cuius scopus, mutua scilicet defensio, ex iam dictis determinandus.

COR. III. Ex quo simul patet, eiusmodi societatem esse aequalem (§. 550.), ideoque in eadem non esse imperantem (§. 553.).

COR. IV. Ex quo intelligimus, fieri posse, ut existat societas, in qua quidem imperantes (§. 612.), quae tamen, si, qua tota, consideratur, sine imperante est. Alia itaque natura societatis totalis esse potest, quam quae est societatum partialium.

SCH. I. Si eiusmodi societates velis cum **GRIBNERO** (a) pagos atque vicos, quorum ultimi ampliore coetum exprimitur, quam primi, vocare, fieri non poterit, ut **HUNTERVS** (b) pagos sine civili imperio non existere posse affirmans defendatur.

SCH. II. Vis forsitan huius generis societatum exempla. Legas quae de Castris, populisque in monte Caucaeo insulisque quibusdam americanis habitantibus, ab historicis narrantur. Vide et, quae hac de re solidissime ab Ill. **HUNNECCIO** in saepe cit. **L. N. & G. Lib. II. Cap. VI. not. ad §. C. dicta.** Et conf. Ill. **BÖHMERYM** in *Introd. in Ius publ. vniuersale Part. spec. Lib. I. Cap. I.*

(a) In principis *Iurispr. nat. Lib. I. Cap. XI. §. 2.*
(b) de *Iure Civ. L. II. sect. 3. c. 5. n. 5.*

§. 653.

Inde ori-
tur anar-
chia.

Societas plurium familiarum aequalis dicitur Anarchia. Hac igitur in societate plures familiae sine vilo imperante viuunt (§. 553.). Ex quo patet, societatem §. 652. determinatam esse anarchiam.

COR. I. Nemini ergo hac in societate competunt iura imperans, qua tali, tribuenda & §. 618. seqq. exposita.

COR. II. Necessè tamen erit, ut imperio alterius subesse, & autoritatem alterius sequi, a se inuicem distinguamus.

SCH. Quoniam vero nemini hac in societate competit ius legis ferendi, actiones alterius dirigendi &c. (Cor. 1.), facile intelligimus, scopum, cuius ergo constituta est eiusmodi societas, feliciori obtineri posse successu, si eiusdem societatis membra imperio cuidam subessent. Mictamus itaque anarchiae explanationem, & transiamus ad euoluenda ea, quae statim civilem constituunt.



ELE

**ELEMENTA
IVRIS PVBLICI
VNIVERSALIS.**

SECTIO V.

QUAE

IVS PVBLICVM VNIVERSALE EX-
PLANAT.

CAP. I.

DE

CIVITATE ATQVE IVRE PVBLICO CI-
VILIQVE VNIVERSALI IN GENERE.

§. 654.

DE ciuitatum origine eiusque causa per-
multi varia disputant, mea vero ex fen- Scopus
capitis.
tentiâ, saepissime sine fundamento. Qui
enim cum Peripateticis ex naturali hominum
impetu ad statum socialem originem ciuita-
tum deducunt, forsân 70 viuet socialiter & 70
viuere in republica non satis a se inuicem di-
stinguunt: Illud etiam extra Rempublicam
fieri posse, principia Sectione III. & IV. ex-
posita, satis docent. Qui porro obligatio-
nem ad ciuitatem constituendam ex eo hauri-
unt, quoniam sit perfectissima societas, forsân
non considerant discrimen, quod inter perfe-
ctionem in se consideratam, & perfectionem
ob collisionem constituendam (§.92. seqq.) po-
nendum. *Priori* enim ratione dicta negan-
da, *posteriori* vero affirmanda esse, censemus.
Haec enim sententiâ ex ciuitatis definitio-
ne abunde deduci poterit. Quod manifestum
erit ex sequentibus ciuitatem philosophice ex-
plicaturis.

Aa 3

§. 655.

§. 655.

Quid
 + i. e. Si ^{ciuitas} sub
 imperio capitis
 familiae ^{sub}

Ciuitas est plurium hominum, sui iuris se-
 curitatis causa, cum admisso communi imperio,
 conjunctio. Qui hac ratione coniunguntur,
 communi nomine *ciutum* veniunt. *Homines*
 vero *sui iuris* sunt, qui non sunt sub imperio
 capitis familiae. vide GROTIUM Lib. I. Cap.
 I. §. XIV.

COR. I. Posito imperio ponitur etiam, cui competit
 ius dirigendi actiones alterius (§. 585.), ideoque &
 hic illius imperio subest (§. 552. 152.). Duplicis
 igitur sunt generis ciues, alii enim *imperantes*, alii
parentes, qui etiam dicuntur *subditi* seu *ciuitati sub-*
iecti.

COR. II. Ciuis qua talis nouum nanciscitur statum
 (§. 8. Pr. & §. 528.), qui *status ciuilis* stricte sumtus
 dicitur. Differt igitur status ciuilis a statu subiectio-
 nis (Cor. 1.).

COR. III. Qui est in statu ciuili, persona ciuilis dici-
 tur (§. 9. Pr. Sch. 2.). Qui igitur non est ciuis, non
 est persona ciuilis (Cor. 2.). *Homines* itaque, qui
 non sunt sui iuris, nec personae ciuiles dici meren-
 tur (§. 655.).

COR. IV. Serui, vt & liberi, qua tales, sunt sub im-
 perio capitis familiae (§. 612.), Ergo non sunt ci-
 ues, ideoque nec habent statum ciuilem (Cor. 2.).
 Ergo nec sunt personae ciuiles (Cor. 3.).

COR. V. Minime itaque, et in ciuitate esse, pro ci-
 uem esse, substitui potest.

SCH. *Mea ex sententia personae ciuitatem constituen-*
tes sunt personae sui iuris. Rationem tam ex usu lo-
quendi e. g. ex phrasi: Er hat sich das Bürger-Recht
gekauft, est ciuis academicus &c. quam ex DD.
controuersa, an sine familiis coalescere possit ciui-
tas? deducere poterit lector beneuolus; Sunt innumera,
dicis? Sed forsitan etiam sequentia tuas mutabunt cog-
itationes.

§. 656.

§. 656.

Finis ciuitatis est securitas (§. 655.). **Fi-** Quis ci-
uicatum
finis. nem alium esse *operis*, alium *operantis*, admo-
nuerunt eruditi, illum finem, propter quem,
vt existat, agamus, hunc propter quem, vt
existat, agitur, vocantes. Finis operis igitur
congnitionis philosophicae, operantis vero hi-
storicae est (§. 654.). Hic solummodo ne-
cesse esse, vt de fine ciuitatum operis loqua-
mur, facile intelligitur.

COR. I. Omnes ergo leges omnesque obligationes
ciuiles hoc ex fine deducendae sunt (§. 528.).

COR. II. Ideoque principium iuris socialis §. 530. ex-
positum, quo fiat principium iuris ciuilib, hac ratio-
ne enuntiandum est: *Dirige actiones tuas ad obten-
dam ciuitatis securitatem*, conf. §. 529.

COR. III. Securitas est status, in quo mala imminen-
tia praecuidere licet nulla (§. 539.). Est ergo prin-
cipium iuris ciuilib tam publici quam priuati: *Ita
dirige actiones tuas, vt in ciuitate mala imminencia
praecuidere liceat nulla.*

COR. IV. Qui ergo efficit, vt in ciuitate mala im-
mineant, ille ciuitatem laedit (§. 329.), idcirco ci-
uitati dat iustam causam belli (§. 362.) &c.

§. 657.

Si malum vt aduenturum cogitamus, ori- Ciuitates
ob me-
tum suae
ortae. tur metus (§. 81. Pl. emp.). Qui statum que-
dam non naturalem ad securitatem obten-
dam arripit, ille statum infecuritatis, vt aduen-
turum, ideoque mala vt aduentura cogitat
(§. 539. coll. III. Ph. pr.). Ergo & necesse
est, vt oriatur metus. Habemus igitur prin-
cipium **GVNDLINGII**: Qui securitatem quae-
runt, primo metuunt. Sequitur inde, vt *ra-
tio, cur ciuitates sint constitutae*, quatenus nimi-
rum

rum earum originem philosophice consideramus, sit in metu (§. 656.).

SCH. Eadem etiam est origo ciuitatum historica. Aliae enim ex hac, aliae ex alia metus specie orae sunt. Quod in praelectionibus permultis corroborabimus exemplis. vide Gen. IV. 17. & VI. 4. Conf. HOBBSIVM de ciuic. c. 1. & 5. Quo vero cogitationes tuae eo melius restringi possint, diuisionem imperii in *cogens* atque *dirigens*, qua vsi sunt Doctores, considerare debes. *est Summa inspectio*

§. 658.

Qua ratione ciuitates necessariae sunt, determinatur, *Pro praesenti rerum statu necesse est, ut ciuitates constituentur.* Quidam enim homines habent conatum & humanitatis & necessitatis leges violandi (per exp.). Fiunt igitur hostes vel latrones, nisi, vires aliorum insuperabiles esse, cognoscant (Cor. I. §. 369.). Ex quo patet, his sub determinationibus fieri non posse, ut homines in plena uiuant securitate, nisi aliorum auxilio vires suas insuperabiles efficiant. Quare, cum hoc nec societate domestica (§. 652.), nec anarchia (§. 653. Schol.) commode fieri possit, consequens est, ut dictis sub determinationibus leges naturales hominibus, ad ciuitates constituendas, suadeant (§. 655. 127.).

COR. I. His ex rationibus intelligimus, cur status integritatis status ciuiliis dici nequeat (c). Licet alii aliter sentiant (b).

COR. II. Quoniam porro leges naturales etiam sunt diuinae (§. 133.), & necessitas ciuitatum ex legibus colligitur, facile ad quaestionem respondere possumus; an ciuitas summaque in illa potestas a Deo dependeat?

(a) Conf. RIVINI Dissert. de libertate primaeva.

(b) vid. MULLERI Dissert. de imperio ciuili in

*sub imperium in n. potestate antequam sub status
 et sub subiecta, sui ius imperium in potestate, non
 de iure sunt quae dependent? Sed videtur quod
 videtur ut si. habere videtur, sui i. quodammodo. non
 videtur ut si. non est o. quodammodo. potestas sunt
 videtur ut si. non est o. quodammodo. potestas sunt
 videtur ut si. non est o. quodammodo. potestas sunt*

§. 659.

Simul inde patet, duo saltem notione di- Qualia
constitu-
tio ciui-
tatis re-
quirat
facta.
uersa facta ad constituendam ciuitatem requiri,
quorum alterum plures personas coniungit, al-
terum vero, commune imperium admittendum
esse, determinat (§. 655.). Facta vero illa
non semper esse pacta §. 520. satis docet. Si
sint pacta, primum *pactum unionis*, vltimum
subiectionis dici poterit.

SCH. *Et ita habemus fundamentum, ex quo ad ea re-
spondere possumus, de quibus disputatum est inter
Hobbesianos, Huberianos atque Pufendorffianos,
quorum primi unicum, secundi tria, vltimi duo pa-
cta & unicum decretum ad ciuitatem constituendam
requirunt. Sed de his pluribus in praelectionibus for-
sanque alio tempore publice. Vide interim Illustr.
BOEHMERI Introd. in Ius publ. vniuers. Part.
spec. L. I. Cap. II. §. 3. 13. & 17.*

§. 660.

Omnis ciuitas est societas. Coniunguntur Ciuitas
est socie-
tas.
enim plures cum admissio communi imperio
(§. 655.). Quoniam itaque in quacunque ci-
uitate est imperium; omnis ciuitas est status,
quo personae in personam competit ius per-
fectum atque affirmatiuum (§. 585.), ideoque
societas (§. 521.).

COR. I. Societatem hanc post haec ciuilem vocabi-
mus.

COR. II. Societas ciuilis non cogitur, nisi in rela-
tione ad imperium illud commune. Imperans ergo
est in societate ciuili cum ciuibus, & ciues in eadem
societate sunt cum imperante (en rationem, cur sta-
tum libertatis a naturali distinguere debeamus!). Ex
quo manifestum est, eiues subiectos, qua tales, non
esse in societate, cessante imperio illo communi.

COR. III. Si ergo, positis illis determinationibus, cui subiecto competat ius in alium ciuem subiectum, id non ex nexu ciuili, sed alia quadam ex ratione erit deducendum (§. 521.). e. g. ex societate domestica, herili &c.

§. 661.

Ex illo
conci-
pi-
tur ne-
xus in ci-
uitate
publicus
& priua-
tus &c.

Patet porro ex dictis, duplicem in statu ciuili spectari posse nexum, alter scilicet ciuibus subiectis cum Imperante; alter ciuibus sine respectu ad commune imperium intercedit (Cor. 2. §. 660.). Prior vocatur *publicus*, posterior vero *priuatus*. *Publicum* enim omne id in ciuitate dicitur, quod simul imperantem spectat, *priuatum* vero, vbi imperans, qua talis, non spectatur. Qua ex ratione etiam imperans *persona publica*, non imperantes vero in ciuitate *personae priuatae* vocantur.

COR. I. Caput igitur familiae, qua tale, licet in societate domestica sit imperans (§. 612. Cor. 1.), in relatione tamen ad ciuitatem erit persona priuata, & idem valet de domino in relatione ad seruos.

COR. II. Ex quo simul intelligitur, in ciuitate esse *bonum publicum*, quod totam ciuitatem, & *priuatum*, quod commodum tantummodo priuatorum spectat.

SCH. Aliud igitur est *publicum occultis*, aliud *publicum priuatis oppositum*. Ita priori ratione sponsalia dicuntur publica, porro liberum publici iuris facere, testamenta publicare &c.

§. 662.

Inde ori-
etur diffe-
rentia iu-
ris publi-
ci & pri-
uati.

Ius systematice sumtum est scientia de legibus, quibus negotia nostra attemperare obligamur (§. 359.). Legum ciuilium rationem vel in nexu publico, vel in nexu priuato esse, ex §. 661, abunde patet. Sequitur inde, vt Ius systematice sumtum in ciuitate sit vel publicum vel

vel priuatum, & quidem vniuersale, quatenus leges tantummodo ex definitione eruuntur.

COR. I. Hinc iustitiam eorum, quae in nexu ciuitatis publico suscipiuntur, ex iure priuato deducere, idem est, ac mensuram haeterogeneam applicare. *Consideremus controuersiam circa vicariatum imperii.*

COR. II. Et eadem ex ratione factorum gentium inter se iustitia nec ex iure publico nec ex iure priuato deduci potest. En magnam iuris publici atque gentium differentiam! Conser. THOMASII Iurisprudentia iudicialis. Vellem etiam vt legas acutissimum GLAFEY in der Vorbereitung zur vollstendigen Geschichte des Rechts der Vernunft.

§. 663.

Ius publicum exhibet leges, ex quibus ea, ^{Capita iuris publici.} quae in nexu ciuitatis publico facienda, deducuntur (§. 662.). Ius itaque publicum euoluturus *primo* iura imperantis, & *deinde* ciuium subiectorum obligationes explicare debet.

COR. I. In quolibet capite status publicus vel generatim vel speciatim concipi potest (§. 613. seqq.).

COR. II. Principia, ex quibus iura obligationesque, de quibus sphaus loquitur, deducenda, Cor. Cor. §. 656. exponunt.

§. 664.

Omnes eorum, qui in ciuitate viuunt, ^{Quid securitas ciuitatis interna & externa.} actiones eo dirigendae sunt, vt ciuitatis securitas obtineatur (§. 656.). Ciuitas est societas (§. 660.), ergo eo dirigendae sunt, vt societas quaedam sit secura, ideoque, vt viuat in statu, quo mala imminetia praevidere licet nulla (§. 539.). Omnis societas duplici ratione considerari potest in relatione nimirum ad societatis membra, vel in relatione ad alios a mem-

a membris diuersos. Si priori ratione societas secura est, securitas *interna*; & si posteriori, *externa* vocatur. Idem etiam valet de ea societatis specie, quae ciuitas dicitur.

COR. Principium igitur §. 656. genratim positum hac ratione magis determinari potest: *Dirige actiones tuas ad obtinendam ciuitatis securitatem tam internam, quam externam.*

§. 665.

Quomodo securitas haec obtineri potest.

Obligatio ad finem dat obligationem ad media, sine quibus finis ille existens fieri nequit (§. 94. Cor.). *Tenentur igitur ciues actiones suas eo dirigere, ut nec ciues nec extranei conatum efficacem, ciuitati eiusque membris mala inferendi, arripere possint (§. 644. § 39.). Extraneos ciuitatis vocamus, qui non sunt ciuitatis, qua talis, membra. Ergo nec ciues (§. 655.).*

SCH. Notare velis, aliud esse, ciuem esse, aliud in ciuitate esse.

§. 666.

Continuatio per specialiores determinationes.

Qui non arripit conatum efficacem, alteris mala inferendi, eum non arripit, vel quia non vult, vel quia non potest. Si *prius*, aut non habet rationes, aut rationes ad contrarium sunt fortiores (§. 34. Cor. & §. 40.). Si *prius*, commouetur metu (§. 40. 657.), si vero *posterius*, aut virtute, aut eo, quia nullum habet defectum (§. 16.). Si non potest ea efficere, quae vult, necesse est, ut alii maiori vi, quam qua ille agit, resistent, ideoque quia vires aliorum insuperabiles esse cognoscit (§. 369. Cor. 1.). Interna ciuitatis securitas obtinetur, si ciues non arri-

arripiunt conatum efficacem, sibi inuicem mala inferendi, externa vero, si etiam extranei eodem destituti sunt conatu (§. 664.). Quamobrem, cum ciues actiones suas eo dirigere debeant, vt tam interna quam externa ciuitatis securitas obtineatur (§. Cor. §. 664.); ex §. 665. sequentes fluunt propositiones:

I. In ciuitate omnia constituenda sunt media, quorum vsu ciues virtutibus dediti fieri possunt.

SCH. Quo ex principio permulta, quas ius principis circa sacra spectant, deducemus.

II. Nec minori ratione eo dirigenda sunt omnia, vt quilibet in ciuitate pro suo statu viuere possit felix.

COR. I. Felicitas certissimum est virtutis consequarium (§. 147.), primaria itaque ciuium obligatio est, qua ad vitia exuenda tenentur.

COR. II. Et simul inde intelligimus, cur in definitione de ciuitate non eum posuerimus characterem, quem fere omnes illi adiecerunt, ciuitatem nimirum maioris commoditatis causa esse constitutam. Sequitur enim ex securitatis studio, vt aut ciuitatis status docent.

III. Legitima etiam consequentia iisdem ex rationibus colligitur, bonum priuatum in ciuitate bono publico subordinandum esse (§. 554. & §. 667. Cor. 1.).

COR. I. Capita itaque societatum subordinatarum vnexus ciuilibus perfecte tenentur, vt omnes eorum, qui eiusmodi societatum membra sunt, actiones eo dirigant, ne ciuitatis securitati sint impedimento (Cor. 2. §. 530.).

COR. II. Nec serui nec liberi, qua tales, sunt personae ciuiles (Cor. 4. §. 655.), sunt vero membra societatis domesticae (§. 610.). Ideoque pater, ex principio in commate posito non-nulla deduci posse

se iura, quae vi nexus ciuilibus capiti societatis domesticae tribuenda. Simul inde manifestum est, fieri posse, vt etiam eiusmodi personae ad ciuitatis scopum actionibus suis promouendum, perfecte obligatae sint, quae ad numerum ciuium minime pertinent.

SCH. Quae igitur in superioribus de societate composita dicta (§. 554. seqq.), hic etiam applicari possunt.

IV. Omnia etiam in ciuitate adhibenda sunt media, quorum ope numerus eorum, qui, vt securitatem ciuitatis promoueant, perfecte obligati sunt, augeri possit.

SCH. I. Notare tamen velis, in officiorum collisione maius bonum minori esse praefendum (§. 95. Cor. 2.).

SCH. II. Haec de ciuitate in genere. Quae desunt, ex natura societatis in superioribus explicata deducere velis. Quae evoluta ad scopum scripti sufficiant.

CAP. H.

DE

IVRE PVBLICO VNIVERSALI GENERALITIM.

TIT. I.

DE MAIESTATE BVSQVE IVRIBVS.

§. 667.

Quid imperium ciuile.

Ius dirigendi actiones alterius imperium vocatur (§. 585. I. Cor. 1.). Ciuitas non datur sine imperio (§. 655.), quod ad ciuitatis securitatem spectat (§. 656.). Ius igitur dirigendi actiones aliorum ad obtinendam ciuitatis securitatem exhibet *imperii ciuilibus* characterem discretium.

§. 668.

§. 668.

Imperium civile dicitur *Maiestas* (a). Quic-
 quid ex maiestate concipitur, *maiestaticum* Quid
 Maiestas
 & iura
 maiesta-
 tic.
 vocatur. *Iura* igitur *maiestatica* sunt, quae
 ex iure dirigendi actiones aliorum ad ob-
 tinendam civitatis securitatem concipienda
 (§. 667.). Cui competit maiestas *civitatis*
Imperans salutatur.

COR. I. Ius igitur dirigendi actiones aliorum non est
 maiestaticum (§. 667.). Ex quo patet, ab imperio
 ad maiestatem non valere consequentiam. Quod
 applicari potest ad societatem domesticam. vid. §.
 610. seqq.

COR. II. Simul inde sequitur, ut nulla sit maiestas,
 nisi in civitate, & ut nulla civitas sine maiestate
 concipi possit.

SCH. (a) Ita enim *GRIBNERVS* in principiis iuris-
 prudentiae natlr. Lib. II. Cap. II. §. 1.: *Maiesta-*
 tis voce omnia iura ad moderamen civitatis ne-
 cessaria complectimur. Quae vero de maiestatis
 definitione ab eruditis disputantur, in praelectio-
 nibus exponamus. Vid. *GROTIUM* I. B. & P. Lib.
 I. Cap. III. §. 7. seqq.

§. 669.

Imperio alterius primario subsunt, quo Quid im-
 perio al-
 terius
 primario
 & secun-
 dario
 subsunt.
 rum subesse ex eo deducendum, quia sunt
 membra societatis, cuius alter ille est impe-
 rans. *Secundario vero subsunt*, quorum sub-
 esse tantummodo ex eo deducendum, quia
Imperans alias ius suum imperii exercere ne-
 quit.

COR. I. ~~Cives igitur maiestati primario subsunt.~~ Illi ea r. ca
 ratione est
 § impio quia
 est membrum
 civitatis
 vero, qui maiestati subsunt, licet non sint cives,
 huic subesse nequeunt, nisi secundario (§. 668. 655.).

COR. II. Et ita manifestum est, liberos atque seruos,
 a. enim n. ea ratione est § impio prop. qua
 quia n. sunt membra societatis ille non
 est sub impio primario; atq. liberi atq.
 servi non ea ratione pp. §.

qua tales, maiestati non posse subesse, nisi secundo (Cor. 4. §. 655.).

COR. III. Iura igitur maiestatica in relatione ad eos, qui secundo subsunt, non possunt exerceri, nisi hi impedimento sint exercitio iurium maiestaticorum in relatione ad eos, qui maiestati primario subsunt (§. 103.).

SCH. *Permittas, quaeso, lector benivole, ut hanc, licet inusitatum, adiecerimus distinctionem, cuius fundamentum est in principio: Ius ad finem dat ius ad media. Commodam atque necessitatem eiusdem ex eo, quia eadem neglecta plures mutuo considerationes immiscentur, concipies, & quidem maiori cum commotione ex iis, quae sequuntur, commatibus. Hic modo velim, ut spectes doctrinam de iure principis in illustrissimam familiam.*

§. 670.

Principis
ex quibus
iura maiestatica
deducenda
ponuntur.

Sequitur inde, necessarium esse, ut primo exponamus iura maiestatica in relatione ad eos, qui maiestati primario subsunt. Eiusmodi iura ex idea Imperantis per civitatis ideam magis determinata deducenda esse, abunde docet §. 668. Iura Imperanti, qua tali, competentia §. 618.-624. & §. 629.-632., scopum civitatis §. 664. & quae per scopum civitatis necessaria §. 666. exposuimus. Facili itaque negotio iura maiestatica determinari possunt.

§. 671.

Sunt itaque iura maiestatica

Et ex illis
iura maiestatica
colliguntur, &
quidem
1. Ius leges promulgandi.

I. Ius Leges promulgandi (§. 618.), & speciatim *leges civiles*, tam *naturales*, quam *positivae* (§. 670.). Civiles enim leges positivae vocantur, quae in determinationibus civitatis individualibus rationem habent. vid. §. 616. seqq. Leges vero

ro ciuiles, quarum ratio est in determinationibus ciuitatis specificis, *leges ciuiles naturales* summa cum ratione dicuntur.

COR. I. Licet ius naturae leges ciuitatis, qua talis determinat, nihilo tamen minus leges huius vel illius ciuitatis indeterminatas relinquit (§. 616.). Ex quo intelligimus, qua ratione ius naturale in determinata quadam ciuitate sit insufficiens, & qua ratione leges positivae in eadem necessariae.

COR. II. Quoniam vero determinationes rei indiuiduales cum genericis atque specificis conuenire debent, si res sit perfecta (§. 13. & 613. seqq.), sequitur, ut ciuitatem sine iuris naturalis cognitione dirigere, idem sit, ac machinam sine modo compositionis construere. Intelligimus inde legum naturalium in ciuitate necessitatem.

SCH. Hinc Ulpianus L. 6. ff. de iust. & iur.: *Ius ciuile est, quod neque in totum a naturali vel gentium recedit* (Leges enim naturales homini ut animali & ut homini competentes immutabiles sunt (§. 136.)), *nec per omnia ei seruit: itaque cum aliquid addimus* (dum scilicet generalia magis determinantur, & quae in casibus singularibus infinite variari possunt, determinate praescribuntur, inde formulae atque solennitates e. g. in pactis originem ducunt), *vel detrahimus iuri communi* (dum scilicet, non adhibitis hisce solennitatibus atque formulis, pactum nullum esse declaratur e. g. in matrimonio *ἱερολογία* sacerdotalis) *ius proprium i. e. ciuile efficimus.*

§. 672.

II. Ius positua legum consecretaria per determinationes ciuitatis indiuiduales (§. 670.) determinandi (§. 620. cum Cor.), iisque, qui leges promulgatas violarunt, mala illa consecretaria irrogandi (§. 621.).

2. Consecretaria
positua
determinandi.

COR. I. Et ita concipimus rationem, cur ad leges ciuiles perfectas duas requirant partes Doctores, *praecipuum*

B b

ceptum scilicet atque sanctionem poenalem. Quae vero contra CUMBERLANDVM, promissionem etiam ad legis integritatem referentem, proponunt, in praelectionibus exponemus. Reflectamus ad Exod. XX. 6.

COR. II. Simul ex dictis patet, in ciuitate, qua tali, ius puniendi (§. 622. Cor. 1.), potestatem legislatariam (§. 622.), ius vitae & necis (§. 622. Cor. 2.) inter iura maiestatica esse referenda (§. 668.).

COR. III. Facile etiam inde colligi poterit veritas principii: *Si is, cui maiestas competit, punit, (quatenus scilicet iure suo vitur), beneficit, si minus, non est beneficus (§. 315. & 556. Cor.).*

SCH. *Dicamus in praelectionibus de controuersis, quas de iure vitae atque necis principi competente agitarunt eruditi.*

§. 673.

3. Ius dispensandi atque LL. ciu. posit. abrogandi.

III. Ius dispensandi atque abrogandi léges ciuiles positius earumque consecutaria positius, legesque naturales per naturam ciuitatis indiuidualem magis determinandi (§. 623. & 670.).

COR. Ex quo concipitur ius, maiestaticum scilicet, aggratiandi, poenasque ciuiles positius mutandi (§. 623. Cor. 2.).

SCH. Notetur quaestio: an a iure vitae & necis ad ius aggratiandi valeat consequentia?

§. 674.

4. Ius efficiendi ne societates partiales fini ciuitatis sint impedimento.

IV. Ius efficiendi, ne societates, quae sunt in ciuitate, fini vtilitatisque ciuitatis sint impedimento (§. 629. 670.).

COR. Ius ad finem dat ius ad media ad finem obtinendum necessaria (§. 152. & 94. Cor.). Satis itaque patet, ex iure maiestatico etiam sequi ius priuatas societates, quae in ciuitate sunt, inspiciendi (§. 661.), ne earum scopus modusque, quo existentes euadunt, ciuitati sit contrarius.

§. 675.

§. 675.

Quicquid iuri perfecto alterius convenit, iustum est (§. 155.), iura socialia inter perfecta referri debent (§. 529. cum cor. cor.), iustum itaque in ciuitate est, quod iuri maiestatico convenit (§. 668.). Societas ergo priuata, quae in ciuitate est, est iusta, si eius scopus modusque, quo existens euadat, ciuitatis fini non contrarius (§. cit.). Simul inde facile intelligi potest, qua ex ratione societatem priuatam, quae in ciuitate est, iniustum vocare debemus.

Quando societas partialis in ciuitate fit iusta, quando iniusta.

COR. Iustum igitur in ciuitate est, quod fini ciuitatis non repugnat, quicquid vero ciuitatis fini repugnat, in eadem iniustum est.

SCH. In statu itaque naturali societas iusta esse potest, quae in statu ciuitatis iniusta. Quod etiam corroborari potest doctrina de societate connubiali & matrimoniali

§. 676.

Pater ex explicatis, inter iura maiestatica etiam referendum esse

V. Ius efficiendi, vt societates priuatae, quae in ciuitate sunt, euadant iustae (§. 674. Cor.). Ergo & maiestaticum est, ius societates iniustas, quae in ciuitate sunt, extinguendi.

5. Ius efficiendi vt societates partiales sint iustae.

§. 677.

Confirmare in genere idem est, ac nouas addere rationes. *Aliquem igitur in aliquo negotio confirmare* idem est, ac illi novas dare rationes ad hoc in se suscipiendum. Quae, si ex scopo ciuitatis sumuntur, porrigunt characterem.

Quid aliquem in negotio aliquo confirmare.

racterem de *lō confirmare in aliquo negotio, quod ciuitatem spectat.*

COR. I. Quidquid in ciuitate confirmatum est, id ciuitatis scopo conuenit. Ergo est iustum (Cor. §. 675.). Aliquem itaque in aliquo negotio, quod ciuitatem spectat, confirmare, idem est, ac declarare, ciuilitate iustum esse, vt ille hocce negotium in se suscipiat.

COR. II. Duplici igitur ratione in ciuitate, quis in negotio aliquo confirmari potest, tacite nimirum & expresse (§. 401.).

§. 678.

Summa ergo cum ratione ad iura maiestatica etiam adscribimus

6. Ius confirmandi.

VI. Ius ciues in negotiis suis confirmandi (§. 674. 67, Cor. & §. 677.).

COR. I. In ciuitate itaque iniustae sunt societates partiales, ab eo, cui competit maiestas, nec tacite nec expresse confirmatae (§. 675.).

COR. II. Societas partialis in ciuitate, si aequalis, vocatur *collegium*. Vt ergo & collegia in ciuitate ab eo, cui maiestas competit, confirmantur, necesse est.

SCH. Et ita habemus fundamentum, ex quo iura principis circa societates atque collegia deduci possunt. Sed specialia alio forsitan tempore exponemus. Conf. §. 666. Prop. III.

§. 679.

7. Ius promouendi ciuitatis securitatem.

VII. Ius dirigendi actiones eorum, qui sunt in ciuitate, ad obtinendam ciuitatis securitatem (§. 630. 670.).

COR. In securitate viuimus, si mala immigrentia prauidere licet nulla (§. 539.), ideoque si nulla adeest laesio, nec iam facta, nec imminens (§. 322. 344.), inter iura igitur maiestatica ius, actiones eorum, qui sunt in ciuitate, eo dirigendi, ne ciues laedantur, referre debemus.

§. 680.

§. 680.

Complexus regionum, eum in finem constitutus, vt ciues in iisdem habitent, earumque vsu finis ciuitatis commode obtineri possit, *ciuitatis territorium* vocatur.

Quid territorium.

COR. I. Nulla ergo in territorio mala cogitari possunt, quae non afficiunt ciues.

COR. II. Qui itaque in ciuitatis territorio contra leges perfectas agit, vel conatum efficacem contra leges perfectas agendi ostendit, ciues laedit (§. 322. 344.).

§. 681.

Ex idea igitur maiestatis etiam concipitur VIII. Ius efficiendi, ne ii, qui sunt in ciuitatis territorio, contra leges perfectas agant (§. 679. Cor.). Quod vocatur *ius territoriale*.

Inde concipitur. 8. Ius maiestaticum territoriale.

COR. I. Intelligimus Inde, qua ratione etiam subiecto, cui maiestas in ciuitate competit, ius leges ferendi, ius puniendi, ius vitae atque necis, & reliqua in relatione ad eos, qui non sunt ciues, in territorio tamen ciuitatis viuunt, inesse possint. Hac ex ratione dicitur, *non admittendum esse statum in statu*.

COR. II. Iisdem ex rationibus manifesta est veritas propositionum: *locus delicti est locus poenae; actor sequitur forum rei, & quae sunt reliqua*.

SCH. Ex iure territoriali facili etiam negotio deduci potest ius fortalitorum; ius extruendi vrbes; ius alios excludendi ab accessu atque transitu; ius vias publicas constituendi, & quae sunt reliqua. *no aliquo facti contra reipubl. iudicat perwise. &c.*

§. 682.

Porro inter iura maiestatica referri debet

IX. Ius bella modumque, quo bella gerident, determinandi (§. 631. 670.), i. e. *ius armorum* (§. 632.).

9. Ius armorum.

Bb 3

SCH.

SCH. Hoc ex principio permulta, quae ius militare spectant, explicari possunt.

§. 683.

10. Ius prohibendi, quae dant malae actionis occasionem.

X. Ius prohibendi ea, quae occasionem ad malas actiones porrigunt (§. 666.).

SCH. Quo ex principio rationes eorum, quae de gradibus prohibitis in iure diuino dicantur, deducendae.

§. 684.

11. Et praecipendi quae dant occasionem actionum bonarum.

XI. Ius praecipendi, quae dant occasionem bona agendi (§. 666.).

SCH. Hoc ex principio permulta in iure ecclesiastico vniuersali explicari possunt.

§. 685.

12. Ius commo- dum ciuium promo- uendi.

XII. Ius omnia eo dirigendi, vt ciues commode viuere possint (§. 666. Propos. II.).

COR. I. Quo ex principio concipitur ius extruendi orphanotrophia, ius determinandi numerum opificiorum, atque mercatorum, ius determinandi rerum pretia, & reliqua.

COR. II. Porro inde sequitur ius maiestaticum praescribendi leges, quae limitant usum bonorum, inde *die Kleider- und Mahlzeiten-Ordnungen*: modum alienandi, huc pertinent solennitates non-nullae pactorum & testamentorum externae; modum possessionis, quo dominii quiritarii species apud romanos referuntur.

§. 686.

13. Ius prohibendi quae propagationem sobolis destruant.

XIII. Ius prohibendi, quae propagationem sobolis destruant (§. 666. Prop. IV.).

SCH. I. Hoc ex principio iustitia legum ciuilium scortationem adulteriumque prohibentium colligitur.

SCH. II. Explicatis haecenus iuribus, quae maiestatis in homines, qui in territorio ciuitatis sunt, competunt.

tunt, in ea etiam inquiramus, quae ciuitatis Imperans in bona, quae eadem in ciuitate existunt, necessaria habet. Hoc vero breuissimis modo fiat, quoniam specialia ex principiis in superioribus euolutis facile negotio deduci possunt.

§. 687.

Ciuitatis scopus sine expensis obtineri nequit. Expensae requirunt bona. Ergo & necesse est, vt in ciuitatis territorio bona existant, quorum vsu scopus ciuitatis obtineri possit. Bona, quae sunt in ciuitatis territorio, vel sunt in dominio totius ciuitatis, vel in dominio ciuium (§. 680.). Priori ratione dicuntur *bona publica*, posteriori vero *priuata* (§. 661.). Si bonorum publicorum vsus ad singulos pertinet, *bona publica in specie* talia dicuntur. Si vero eorum vsus vniuersos non singulos spectat, *bona publica in patrimonio reipublicae existentia* vocantur.

Quid bona publica & priuata

COR. Ciues sunt vel imperans vel subditi (§. 655. Cor. r.). Bona ergo priuata sunt vel imperantis, sed non iure imperii, alias enim sunt publica, & dicuntur *bona patrimonialia*, vel subditorum. Tam illorum quam horum natura ex iis explicari potest, quae in superioribus §. 443. seqq. de iure domini euoluta sunt.

SCH. Ad bona publica in specie sic dicta hodie referuntur *portus, flumina &c.* ex quibus *ius traiectus, die Fahr-Gerechtigkeit; ius transmittendi per fluum ligna, das Floss-Recht &c.* ad bona publica vero in patrimonio ciuitatis seu reipublicae existentia referri possunt *die Krown-und Cammer-Güter.*

§. 688.

Bona publica sunt in totius ciuitatis dominio (§. 687.). Nemo itaque in eiusmodi

In publica transmittenda bona do Im.

Bb. 4

peranti
compe-
tit ius.

bona ius habere potest, nisi a ciuitate sit concessum (§. 448. seqq.). Ex quo patet, ius de bonis publicis disponendi inter iura maiestatica referendum esse, (§. 687. 667. seq.), ideoque soli ciuitatis Imperanti competere (§. 668.).

COR Bona ergo, in quae imperans ciuitatis ius habet, sunt vel publica vel priuata (§. 687.). Iura, quae habet in priuata, §. 445. seqq. determinant, in iura vero, quae illi in publica tribuenda, in sequentibus vt inquiramus nosse erit.

§. 689.

Quod
ex ratio-
ne, cur
bona in
dominio
ciuitatis
ponan-
tur, de
termin-
andum.

Iura Imperanti ciuitatis in bona publica competentia determinanda sunt ex scopo, cur bona in totius ciuitatis dominio sint posita. Omne ius oritur ex obligatione (§. 152.), quaelibet obligatio dat legem (§. 98.), sed extensio legis cognoscenda est ex legis ratione (Cor. §. 103.), ergo & ratio, cur bona in totius ciuitatis dominio posita sint, determinare debet iura Imperanti ciuitatis in bona publica competentia.

COR. Scopus ille est, vt eiusmodi bonorum vsu finis ciuitatis obtineri possit (§. 687.). Iura igitur, de quibus hic dicendum, hoc ex scopo deducenda sunt.

§. 690.

Ex qua
horum
iurium
principi-
um fun-
damen-
tale de-
ducitur.

Finis ciuitatis obtinetur, si ii, qui sunt in ciuitate, viuunt in securitate (§. 656.). Iurium ergo Imperanti ciuitatis in bona publica competentium fundamentum haec est propositio: *bona publica eorumque consecraria ad obtinendam ciuitatis securitatem dirigenda sunt.*

COR. Ius ad finem dat ius ad media (§. 152. & 94.), ciuitatis igitur imperanti competit ius bona publica eorum-

eorumque consecutaria dirigendi ad conseruandam vitam dignitatemque propriam (§. 264.).

§. 691.

Et ita patet, bona publica duplicis esse generis, *fisci* nimirum atque *aerarii*. Ad illa pertinent, quae ad conseruandam vitam dignitatemque Imperantis in ciuitate dirigenda; ad haec vero, quae directe ad conseruandam ciuitatis securitatem tendunt. Ex priori concipitur *ius fisci*, ex posteriori vero *ius aerarii*.

Bona publica sunt vel fisci vel aerarii.

§. 692.

Dispensatio bonorum in alterius gratiam vocatur *administratio*.

Quid administratio?

COR. Differt ergo bonorum administratio ab eorum vsu. Vi huius enim bonorum effectus ad proprium ducuntur commodum (§. 446.); vi illius vero ad commodum aliorum.

§. 693.

Omne *ius Imperanti ciuitatis in bona aerarii competens ex iure administrandi deducendum est*. Bona enim aerarii ad conseruandam ciuitatis securitatem directe tendunt (§. 691.). Alia igitur iura, quae imperanti in eiusmodi bona competant, cogitari nequeunt, quam *ius illa in gratiam ciuitatis disponendi* (§. 689.). Neceffe itaque est, ut iura illa ex iure administrandi deducantur (§. 692.).

Ius Imperanti in bona publica aerarii ex iure administrandi deducendum est.

COR. A iure administrandi ad dominium non valet consequentia (§. 692. 445.). Si quis itaque est, cui ius certa quaedam bona administrandi concessum, inde inferri nequit, illi etiam ius, de eiusmodi bonis suo pro arbitrio disponendi, concessum esse (§. 444. seq.).

Bb §

§. 694.

§. 694.

Ius vero
in bona
fisci ex
iure v-
tendi
concipi-
endum
est.

Iura imperanti civitatis in bona fisci competentia ex iure utendi deducenda sunt. Bona enim fisci ad conservandam vitam dignitatemque imperantis tendunt (§. 691.). Alia igitur iura imperantis in bona fisci cogitari nequeunt, quam ius eiusmodi bona ad conservandam vitam dignitatemque propriam dirigendi (§. 689.). Atque idcirco manifestum est, eiusmodi iura ex iure utendi deducenda esse (§. 446.).

COR. I. Patet inde, fieri non posse, ut quis eiusmodi iurium extensiones determinet, nisi qui ea, quae ad dignitatem conservandam necessaria, perspicit.

COR. II. Inter bona nostra etiam iura nostra referri possunt (§. 278.); ergo & iura, quae imperanti in bona fisci competunt, bonis fisci adscribenda sunt. Quae etiam est ratio, cur iura fisci vocentur (§. 691.). Facili igitur negotio hoc ex principio responderi poterit ad quaestionem: *an Imperans civitatis iura fisci possit alienare?* (§. 451. Cor. 3.).

COR. III. Si igitur sint alienata, civitati competit ius vindicandi (§. 450. Cor. 2. & 687.).

SCH. Notetur hic quaestio: *an facta antecessoris successorem obligent?* & notentur, quae de consensu statuum imperii disputantur.

COR. IV. Eadem etiam de iuribus aëranii dici possunt (§. 693. Cor.).

SCH. Posita eadem legis ratione ponitur eadem legis dispositio (§. 103. Cor.). Principia igitur antea demonstrata applicari etiam possunt ad iura magistratui subalternato in bona universitatis competentia.

§. 695.

Fundamentum
iuris ma-
iestatici.

Fructus bonorum publicorum vel sufficienter ad obtinendum scopum, cuius gratia in dominio civitatis posita sunt, ad conservandam

dam nimirum vitam atque dignitatem Imperantis securitatemque ciuitatis, vel ad eiusmodi scopum obtinendum non sufficiunt (§. 691.). *Si prius*, nullam habemus rationem, cur, Imperanti ciuitatis ius in bona priuata competere, affirmemus (§. 668. 687.). Si vero *posterius*, necesse est, vt etiam Imperanti ciuitatis ius aliquod in bona priuata competat (§. 152. & 94. Cor.), quod in sequentibus determinandum est.

COR. In bonis distinguimus substantiam a consecrariis (§. 446. Cor. 1.). Duplex igitur est, quod in sequentibus determinandum, ius scilicet maiestaticum in substantiam, & ius maiestaticum in consecraria bonorum priuatorum.

SCH. Ex principiis in comate positis in praefectionibus explicetur ratio, cur inter iura maiestatica etiam iura in rebus, quae in ciuitate iacent, ideoque ius venandi aliaque referenda.

§. 696.

Competit ergo ciuitatis Imperanti ius ex bonorum priuatorum consecrariis bonorum publicorum fructus supplendi (§. 695.). Hocce vero ius non omnia sed certam tantummodo illorum consecratorum quantitatem spectare §. 313. seqq. satis docet. Necesse ergo est, vt adsit ratio, cur hoc & non alio modo bonorum priuatorum consecraria ad vsum publicum adhibenda ab Imperante determinentur. Et ita pro diuersitate huius rationis ius illud Imperanti competens varia etiam accepit nomina.

§. 697.

Si eiusmodi determinationis ratio ex eo sumitur, quia bonorum priuatorum vfu domini

in bona
priuata.

1.) Quo-
ad fru-
ctus.

Inde ori-
tur ius
exigendi

Veſtigal-
ia. mini ſimul vtuntur bonis publicis, *characte-*
rem habemus *veſtigalium*. Bona publica ſunt
in dominio totius ciuitatis (§. 687.). *Veſti-*
galia (*die Zælle*) igitur ſunt conſectaria bo-
norum priuatorum in bona publica ob eorum
uſum transferenda.

COR. I. A bonis igitur publicis *veſtigalia* exigi ne-
queunt. Qua ex ratione *ſicſum* atque *aerarium* a *ve-*
ſtigalibus immunita eſſe dicitur (§. 691.).

COR. II. Simul ex notione *veſtigalis* liquet, diuerſas
eiudem ſpecies tam a diuerſitate bonorum publico-
rum, quibus dicta ratione uſi ſunt priuati, quam a di-
uerſa ratione, qua iisdem uſi ſunt, deriuandas eſſe.
Danda enim ſunt *veſtigalia* vel pro uſu viae, pontis,
fluminis, fori &c. & quidem vel a perſona, quae pe-
dibus tranſit, qua ex determinatione habemus *Peda-*
gia; vel in itinere ſoluuntur pro equis, curribus &c.
viae fluminis pontisue tranſitu, qua ratione *portoria*
vocantur, quorum ſpecies ſunt *Markt-Zælle*, *Waf-*
ſer-Zælle, *Brücken-Zælle*, &c. vel danda ſunt pro fa-
cultate vendendi in foro publico, & ita habemus
characterem *vom Stand-Geld* &c. Permulti etiam ad
veſtigalium numerum *guidagiam* *das geleib*, quod
nimirum pro ſecuro territorii tranſitu ſoluitur, ad-
ſcribunt, ſed concedo quidem, fieri poſſe, vt *veſti-*
gal ſit *guidagia*, dubito vero, an omnis *guidagia*
veſtigal vocari poſſit.

COR. III. Qua tandem ratione ciuitatis Imperanti ius
veſtigalia exigendi tribui poſſit, §. 695. ſeq. ſatis
docent.

§. 698.

Et tribu-
ta immo
& accis.

Si vero eiſmodi determinationis ratio ex
eo ſumitur, quia rerum priuatarum domini
illarum conſectariis ſecure vti atque frui poſ-
ſunt, habemus, quatenus res ſunt immobiles,
tributi ſeu *ſteurae*, quatenus vero mobiles
ſunt, *accis* ſeu *licent* characterem diſcretium.
Sunt igitur *tributa* ſeu *ſteurae* & *accis* ſeu
licent

licent confectaria bonorum priuatorum ob
vsum in bona publica transferenda.

COR. I. Identitatem itaque atque diuersitatem vesti-
galium tributorumque §. 697. & h. §. abunde do-
cent. Ex quibus simul intelligimus, fieri posse, vt
de eadem re tam tributa quam vectigalia dentur.

COR. II. Ius tam tributa quam accis exigendi Impe-
ranti ciuitatis competens determinat §. 695. seq.

COR. III. Porro inde intelligi potest, cur dicatur,
vsiusfructus producere effectus onerosos, qui vero
fructus quantitate non debent excedere.

§. 699.

A iure vtendi atque fruendi ad domini-
um seu ius in rei substantia non valet conse-
quentia (Cor. Cor. §. 452.). Licet igitur ci-
uitatis Imperanti competat ius bonis ciuium
priuatis vtendi atque fruendi, pro ratione,
quam §. 695. seqq. determinant (Cor. 3. §.
697. Cor. 2. §. 698.), inde tamen non concipi-
tur ratio sufficiens, vt illi dominium in
bona ciuium priuata tribuamus.

(2.) Quo-
ad sub-
stantiam
remoti-
ue.

SCH. Placuit quidem nonnullis viris doctissimis iura
Imperanti ciuitatis in bona publica atque ciuium
priuata competentia hucusque exposita ex dominio
eminenti ordinario, quod Imperanti tribuunt, de-
ducere, sed definitio de dominio §. 445. data
non permittit, vt ad hanc illorum sententiam acce-
dam.

§. 700.

In statu necessitatis absolutae atque summae, Positivae.
qui in ciuitate cogitari potest, Imperanti ciuita-
tis competit ius, tam bona priuata ciuitatis de-
struendi, quam in vsus publicos adhibendi. Sum-
mus, qui in ciuitate cogitari potest, neces-
sitatis status officiorum, quae ciues speciatim
de-

debent, cum securitate totius ciuitatis collifione constituitur (§. 266. 655.), quae, si vera est, statum necessitatis absolutae exhibet (§. 266.). In eiusmodi igitur statu securitas ciuitatis semper praeferenda est (§. 655. & 93. Cor. i.). Officia Imperantis ciuitatis requirunt tam, vt conferuet bona ciuium priuata (§. 685. 151. & 148.), quam vt promoueat securitatem totius ciuitatis (§. 668. 151. & 148.), si ergo hoc cum illo est in vera collifione, Imperanti competit ius, tam bona ciuium priuata destruendi, quam in vsus publicos adhibendi (§. 152. 661.).

CDR. Eiusmodi ius in rei substantia est proprium domini (§. 447.). Hac ergo ratione Imperanti dominium in bona ciuium priuata competere, manifestum est. Et hoc est dominium, quod eminentem vocari potest, & quod ea ratione, qua explicatum est, inter iura maiestatica referendum (§. 668.).

SCH. Dicitur quidem a nonnullis *dominium eminentem extraordinarium*, quo ab eo, de quo in Schol. ad §. 699. dictum, potest distingui. Ex quo patet, si hanc domini eminentis speciem velimus concedere necesse esse, vt *dominium eminentem* in genere interpretemur ius Imperanti ciuitatis in bona ciuium priuata competens. Sed l. c. alteram huius domini speciem non admittet. Vid. GRIBNERVM l. c. Lib. II. Cap. IV. §. I. Explicentur in praefectionibus, quae ab HORNIO atque LYSERO de dominio eminente disputata sunt.

§. 701.

Triplici igitur ex ratione, iura Imperanti ciuitatis in bona ciuium priuata competentia deducere possumus. *Primam* §. 685. *alteram* §. 696-698., *ultimam* §. 700. expoluimus.

§. 702.

Funda-
menta
ex qui-
bus Iura
maiestatica in
bona
priuata
deducen-
da.

§. 702.

Imperanti civitatis varia competunt iura tam in ciues, quam bona eorum priuata, quae inter iura socialia referri debent (§. 521.). Ex quo patet, eiusmodi imperantem, si plura sibi arrogat iura, quam ex idea maiestatis deducenda, civitatem laedere (§. 527.). A laesione vero ciuis ad laesionem civitatis non valere consequentiam, docet §. 557..

COR. Simul inde manifestum est, fieri non posse, ut quis de eiusmodi laesione iudicet, nisi qui naturam civitatis eiusque status satis perspectos habet (§. 613. seqq.).

§. 703.

Si civitatis Imperans abusu iurium maiestaticorum vniuersam civitatem opprimere conatur, hocce ex conatu nominatur *Tyrannus*. Et eiusmodi conatus dicitur *Tyrannis*.

COR. I. Tyrannus igitur non est, nisi qui defectu rectitudinis quoad voluntatem (§. 529. 33.), ideoque dolose agit (§. 195.).

COR. II. Ex quo apparet, nec a laesione ciuis, nec a laesione civitatis ab Imperante facta ad tyrannidem valere consequentiam (§. 702., 188. seqq.).

SCH. I. Summa igitur cum ratione dicitur, definitionem tyrannorum difficilem esse. Exempla quidem passim memorantur, sed pleraque dubia sunt & incerta. Neque enim qui in vnum vel alterum ciuem crudelis extitit, statim tyrannus dici potest. Sunt verba GRIBNRI I. c. Lib. II. Cap. XIII. §. IV. not. c.

SCH. II. Dictum modo est de Tyranno exercitio tali, de tyranno, quoad titulum tali, infra, vbi principia permittent, dicturi sumus.

§. 704.

Status; in quo quis, ut certa quaedam negotia

Quid munus & officialis?

gotia expediat atque conficiat, perfecte obligatus est, dicitur *munus*. Quoniam ab obligatione ad officium valet consequentia (§. 148.), eiusmodi etiam status *officii* accepit nomen. Et qui hac ratione obligatus est, *officialis* vocatur.

§. 705.

Munus
publi-
cum &
priua-
tum.

Negotia in ciuitate conficienda sunt vel priuata vel publica (§. 661.). Ergo & in ciuitate munera duplicis sunt generis, priuata scilicet & publica. *Illa* sunt status, in quibus, vt negotia priuata, *haec* vero, in quibus, vt negotia publica expediant atque conficiant, perfecte obligati sunt officiales. Qui posteriori ratione, quoniam negotia publica ciuitatem, qua talem, spectant, *officiales ciuitatis* vocantur.

§. 706.

Ius iniungendi
munera
publica
est ius
maiestaticum.

Inter iura maiestatica etiam ius, munera publica aliis iniungendi, referritur debet. In munere enim publico expediuntur atque conficiuntur negotia publica (§. 705.), ideoque quae totam spectant ciuitatem (§. 661.), manifestum itaque est, inter iura maiestatica etiam ius, munera publica aliis iniungendi, referendum esse (§. 670. 668.).

COR. I. Eiusmodi itaque ius imperanti ciuitatis, quae tali, competit (§. 668.).

COR. II. Quicquid ergo officiales ciuitatis potestatis habent, ab Imperante illis datum est (§. 705.). Si itaque plura sibi arrogent iura, quam ab Imperante concessa sunt, iura maiestatica violant, i. e. Imperantem laedunt (§. 324.), ideoque illi dant ius belli (§. 362.), quod ius vitae atque necis fieri potest (§. 547.).

COR.

COR. III. Ex quo patet, officialem ciuitatis, licet in se spectatus sit persona publica, in relatione ad imperantem esse personam priuatam (§. 661.).

COR. IV. Imperantem etiam inuitos, si modo idonei sint, ad munera publica suscipienda cogere ex §. 529. Cor. 2., & non idoneis eiusmodi numerata abdicare posse, ex §. 676. conspicitur. Velim simul, ut spectes ad §. 702.

§. 707.

Inus ad finem dat ius ad media (§. 94.). Ergo & imperanti ciuitatis competit ius ciui subdito faciendi spem muneris publici conferendi. Hanc facit vel nuda promissione, vel promissione efficaciter acceptata. Si prius, ius, quod ciui subdito ad munus illud ab imperante promissum competit, est imperfectum & dicitur *expectatiuum*; si vero posterius, ius illud ciui subdito competens est perfectum, & vocatur *ius succedendi*. Ex quibus manifestum est, tam ius expectatiuum quam ius succedendi ab imperante ciuitatis dependere (§. 706.).

Et ab hoc dependet tam ius expectatiuum quam succedendi.

SCH. Si ius succedendi competit officialis propinquo, Galli illud vocant *la survivence*. Et inter iura succedendi etiam *ius subsistendi* referri poterit.

§. 708.

Iuris expectatiui fundamentum est promissio nuda ab imperante facta (§. 707.). Quare, cum eiusmodi promissio sine omni laesione ab eo, a quo facta, reuocari possit (§. 405.), imperans contra ius expectatiuum ciuis subditi agens neminem laedit. vid. §. 337.

Contra ius expectatiuum imperans agere potest sine laesione.

§. 709.

Iuris succedendi fundamentum est promissio

Cc

Non vero con-

tra ius
succe-
dendi.

sio ab imperante facta & a ciue subdito effica-
citer acceptata (§. 707.), ideoque pactum
(§. 415.). Eiusmodi itaque promissionem
imperans sine ciuis subditi laesione reuocare
nequit (§. 421. Cor.). A laesione vero ciuis
ad laesionem ciuitatis non valere consequen-
tiam, notare velis (§. 702.).

§. 709. a

Priui-
legia ex-
plican-
tur.

Addamus quaedam de priuilegiis. Ex iis,
quae de ciuitate hactenus explicauimus, ma-
nifestum est, ciues subditos, qua tales, esse in
statu aequalitatis, bonum vero ciuitatis publi-
cum saepissime requirere, vt ab eiusmodi ae-
qualitate recedatur, ideoque vt quorundam
ciuium libertas restringatur, quorundam vero
laxetur. Eiusmodi constitutiones vocantur
priuilegia, & quidem priori ratione *odiosa*,
posteriori vero *favorabilia*.

§. 709. b

Ius dan-
di priui-
legia
determi-
natur
positiue.

Sequitur inde, vt priuilegia dare nequeat,
nisi qui habet ius in ciues, qua tales; quam-
obrem, cum eiusmodi ius sit maiestaticum (§.
655. coll. §. 668.), soli etiam ciuitatis imperanti
competit ius dandi priuilegia. Quod etiam ex
potestate legislatoria sequitur.

§. 709. c

Nega-
tiue.

Ergo nec magistratus subalternus priuile-
gia dare potest, nisi eiusmodi ius ab imperan-
te magistratui concessum.

§. 709. d

Mutabi-
lia esse
priuile-

Ratio priuilegiorum est in ciuitatis statu
(§. a.). Ex quo sequitur, vt etiam priuilegia
sint

sunt mutabilia (§. 615. fqq.). Soli vero ciuitatis imperanti competere ius priuilegia mutandi, manifestum est ex §. b. vide Per-III. BOEHMERVM in Iure publ. Vniuers. Part. II. Lib. II. Cap. III. §. 55. seq.

gia do-
cetur.

TIT. II.

DE IVRE ATQVE OBLIGATIONE EORVM
QVI SVNT IN CIVITATIS TERRITORIO
NON-IMPERANS.

§. 710.

Omnes, qui sunt in ciuitatis territorio, sunt vel imperans, vel imperio ciuitatis subiecti (§. 681. Cor. 1.). Iuribus imperantis abunde haecenus explicatis, ea breuiter, satis tamē pro scripti scopo euoluamus, quae de subiectis dicenda, qui, ut imperio ciuili i. e. iuribus maiestaticis (§. 668.) conuenienter uiuant, perfecte obligati sunt (§. 652. 629. Cor. 2.).

Ciuitati subiecti perfecte obligati sunt, imperio ciuili conuenienter uiuere.

COR. I. Imperio ciuitatis subiecti perfecte obligati sunt, ut iuribus maiestaticis conuenienter uiuant, quatenus sunt subiecti. Si itaque diuersa ratione sint sub imperio, consequens erit, ut etiam diuersa ratione obligati sint. Quare, cum alia ratione sub imperio civili sint, qui primario, alia vero, qui secundario subsunt (§. 669. Cor. Cor.), quorum illi sunt ciues subiecti (Cor. 1. §. cit.), hos vero breuitatis gratia *subiectos non-ciues* vocabimus (conf. III. BOEHMERI Intr. in Ius pub. vniu. P. sp. Lib. III. Capit. 1. §. 23.), alia etiam ratione ciues subiecti, alia vero subiecti non-ciues perfecte obligati sunt, ut iuribus maiestaticis conuenienter uiuant. Et quidem hi, quoniam ciuitati subiecti sunt, quatenus sunt in ciuitatis territorio (§. 680.), tamdiu perfecte obligati sunt, ut iuribus maiestaticis conuenienter uiuant, quamdiu sunt in ciuitatis territorio; illi vero, quoniam sunt subiecti, quatenus sunt ciues non-imperantes (§. 655. Cor. 1.), dicta ratione obligati sunt, quamdiu sunt ciues non imperantes.

Cc 2

COR.

COR. II. Patet inde, officialem ciuitatis duplicem obligationem ex nexu ciuili concipiendam habere, quarum *altera* ex idea ciuis subiecti, *altera* ex idea officialis sumenda est (§. 705. seqq.).

SCH. Hoc ex principio ea concipi potest quantitas, quae in ciuitatibus honori tribuitur.

§. 711.

Obligatio ciuitati subiectorum est vel publica vel priuata.

Obligatio, qua, qui sunt in ciuitate non-imperantes i. e. qui sunt in ciuitate personae priuatae (§. 661.) seu ciuitati subiecti tenentur, vt iuribus maiestaticis conuenienter uiuant, ex nexu, qui imperio ciuili constituitur, debet deduci (§. 710. 667.). Dici itaque potest obligatio publica (§. 661.). Et ita luculenter patet, obligationem ciuitati subiectorum in *publicam* atque *priuata*m esse diuidendam.

COR. I. Inde quoque elucet, publicam ciuitati subiectorum obligationem non posse determinari, nisi ab eo, qui cognoscit rationem, qua eiusmodi subiecti cum imperio ciuitatis sunt connexi.

COR. II. *Alia* igitur spectat haec obligatio, quatenus ex iure territoriali, *alia* vero, quatenus ex statu ciuili deducenda (§. 655. Cor. Cor. & §. 680.). Posteriori ratione illam obligationem posthaec *κατ' ἐξοχην publicam ciuilem*, priore vero *non-ciuilem* vocabimus.

§. 712.

Obligatio haec publica est perfecta.

Obligatio ciuitati subiectorum publica est perfecta. Concipitur enim ex nexu imperii ciuilis (§. 711.), ideoque ex constitutione societatis (§. 553.), qua ex ratione inter perfectas referri debet obligationes (§. 529. Cor. 2.).

COR. I. Sequitur inde, ciuitati subiectum externe cogi posse, vt obligationi suae publicae conuenienter uiuat (§. 153.).

COR. II. Ciuitati igitur subiectus, contra obligationem suam

suam publicam agens, alios laedit (§. 322.), ideoque aliis dat iustam causam belli (§. 362.).

§. 713.

Obligatio publica non-ciuilis tantummodo est negatiua, ciuilis vero potest etiam esse positiva. Qui enim in ciuitate obligatione publica non-ciuili solummodo tenentur, sunt ciuitati subiecti non-ciuēs (Cor. 2. §. 711.). Eiusmodi itaque sunt subiecti, qui ad bonum ciuitatis commune producendum alia ratione obligari nequeunt, quam vt non contra ciuitatis bonum agant (§. 681. Cor. 1.). Eiusmodi itaque obligationis publicae obiectum non sunt nisi actiones omissivae (§. 54.). Ideoque inter obligationes negatiuas referri debet (§. 87.).

si non-ciuilis, tantummodo est negatiua, si vero ciuilis etiam positio est.

Q. e. p.

Ponamus porro obligationem publicam ciuilem; haec ex statu ciuili deducitur (Cor. 2. §. 711.), ideoque ciues, qui tales, eadem tenentur (§. 655. Cor. 3.). Quamobrem, cum ciues perfecte obligati sint, vt actionibus etiam commissiuis bonum ciuitatis commune producant (§. 666., & 656. Cor. 2.); manifestum est, eiusmodi obligationem publicam esse positiuam (§. 87.). Q. e. a.

COR. Intelligitur inde, ius, quo imperans ciues subiectos ad munera publica in se suscipienda cogere potest (§. 706. Cor. 4.), imperanti in relatione ad subiectos non-ciuēs non competere (§. 704.), ex capite scilicet subiectionis, licet idem ius imperanti concedi possit ex iure territoriali. vid. §. 681.

§. 714.

Obligatio imperio ciuitatis subiectorum qua talium, ex iure imperantis debet deduci

Ad §. 713. sign. F.

CC 3

(§. 552.)

Obligationum negatiuarum

Griseo per hanc et alio consuetudine uerborum. Obligatio ciuilitatis subiectorum est perfecta, sed obligatio perfecta naturaliter et spontanea est solummodo negatiua, et subiecti in ciues naturaliter solummodo ad se ut prout spectari possunt, et in eorum obligatio est solummodo negatiua.

in ciuitate
principium ge-
nerale.

(§. 552.). Caput igitur antecedens exhibet principia, ex quibus tam obligationes ciuitati subiectorum negatiuae quam positiuae, de quibus §. 713., concipiendae. Abunde itaque ex §. 710. & 668. sequitur, hoc esse obligationum negatiuarum fundamentum: *iuribus maiestaticis ita conuenienter viuas, ut non agas contra ciuitatis, in qua viuis, securitatem.*

COR. I. Deducitur haec obligatio ex nexu imperii ciuilis, ergo est publica (§. 711.), idcirco perfecta (§. 712.).

COR. II. Imperio itaque ciuitatis subiecti contra ciuitatis securitatem agentes ciuitatem laedunt (§. 522.), atque ideo ciuitati, seu ciuitatis imperanti dant iustam causam belli (§. 682. 362.), cuius quantitas ex quantitate laesionis deducenda (§. 341. seqq.). Conf. quae in superioribus Par. Gen. Cap. IV. de quantitate moralitatis edifferuimus.

§. 719.

Quid re-
bellis &
rebellio.

Si quis ciuitati subiectorum aduersus summam ciuitatis potestatem aliquid molitur, eum *crimen laesae maiestatis commississe* dicimus. Speciatim vero vocatur *rebellis*, si directe animoque doloso ciuitatem laedit, ideoque in statum ciuitatis eiusdemque securitatem aliquid molitur. Ex quibus patet, cur status, quo ciuitati subiecti gaudent conatu efficaci ciuitatem dicta ratione laedendi, *rebellio* & actus, quo eiusmodi conatus erumpit, *crimen perduellionis* vocetur.

COR. I. Rebellio itaque est species belli (§. 358.). Quae ergo §. cit. seqq. de bello dicta, ad rebellionem etiam accommodari possunt. Rationem vero, cur iure Gentium non dicatur bellum, infra exponamus. Conf. III. GLAFEY in saepissime citato I. N. Lib. VI. p. 86. seqq. Edit. secundae.

COR. II. Rebellis est ciuitatis subiectus contra obli-
gatio-

gationem suam publicam agens (§. 522. 711.), agit ergo rebellis contra ciuitatis securitatem (§. 714.), ideoque contra bonum ciuitatis publicum (§. 656.). Ex quo sequitur, rebellem iura maiestatica violare (§. 670.).

COR. III. Qui igitur iura maiestatica dicta ratione non violat, ideoque contra ciuitatis securitatem non agit (§. 668.), rebellis dici non potest. Si igitur imperio ciuitatis subiecti ad eum, cui maiestas competit, iusta ex causa, ea, qua par est, deuotione, de re quadam, minus, vt putant, conuenienter peracta, referrent, fieri non poterit, ut rebelles vocentur. Hac etiam ex ratione a Gallis *mecontens* dicti sunt.

COR. IV. Quantitatem rebellionis per ea, quae de quantitate laelionis in superioribus explicauimus, esse determinandam, ex dictis manifestum est. *Explicabimus in praelectionibus doctrinam de vi publica & priuata, de qua dicitur in Pandectis.* Conf. **MENCKENIVM** l. c. his in titulis.

§. 716.

Si quis imperio ciuitatis subiectorum legem ab imperante, qua tali, (quatenus scilicet ciuitatis securitas rationem legis tenet) latam moraliter violat, rebellis dici meretur. His enim sub determinationibus moraliter violat iura maiestatica (§. 710, 671.), ideoque moraliter agit contra ciuitatis securitatem (§. 668.), qua ex ratione rebellis vocari potest (Cor. 2. §. 715.).

Quomodo quis fieri possit rebellis.

COR. I. Patet inde, ciuitati subiectos qui obligationem publicam negatiuam habent, rebelles esse, si leges prohibitorias ab imperante, qua tali, latas moraliter violant (§. 87. 99.); Ciuitati vero subiectos qui positue obligantur, inter rebelles referendos esse, quatenus contra praecepta ab imperante, qua tali, lata dolose agunt (§. §. cit. cit.).

COR. II. Rebellis contra obligationem suam publicam agit (Cor. 2. §. 715.). Quamobrem, cum ci-

uitati subiectus, vt obligationi suae publicae conuenienter viuat, perfecte obligatus sit (§. 712.), haec sequuntur leges, quibus ciuitati subiecti conuenienter viuere debent.

Non agas contra leges prohibitorias ab imperante, qua tali, *latae*.

Præceptis ab imperante, qua tali, constitutis conuenienter viuas (Cor. 1. & §. 98.). Conf. §. 713.

§. 717.

Rebellionis
extensio
determinatur.

Si quis ciuitati subiectorum A sit causa moralis, cur alter B leges ab imperante, qua tali, *latae* moraliter violauerit, non B solum erit rebellis (§. 716.), sed etiam ipsi A rebellio imputari poterit (§. 178.).

COR. I. Sequitur inde, ut illi, qui alteri dat motiua leges determinatas violandi, rebellio sit imputanda (§. 178.).

COR. II. Qui contra imperantis honorem agit, facillime alteri motiua violandi leges ab imperante, qua tali, *latae* dare potest (§. 239. 36.), fieri igitur potest, vt deinde sit rebellionis causa moralis (§. 178., 716.), ideoque oritur lex:

Non agas contra honorem imperantis (Cor. 1. §. 715. Cor. 2. §. 714.).

COR. III. Imperio itaque ciuitatis subiecti etiam perfecte obligati sunt, ita agere, ut alii ex illorum actionibus, illos imperanti imperfectiones tribuere, colligere nequeant (§. 239. 712.).

COR. IV. Qua ratione actus, quibus de factis imperantis male iudicatur, inter perduellionis crimina referendi, manifestum erit ex §. 715. Et simul inde intelligimus, qua ratione verum sit hocce politices principium: *de Principa tuo nil nisi bene*. Conf. §. 93. Cor. 2.

§. 718.

Ex qua
crimen
laesae

Actus, quo imperio ciuitatis subiectus contra imperantis dignitatem agit, *criminosae*

laesae maiestatis in specie sic dictae accepit nomen. maiestatis deducitur.

COR. I. Contra honorem imperantis agunt, qui actionibus suis imperanti imperfectiones tribuunt (§. 239.). Ex quo patet, violationem statuarum imperanti consecratarum, imaginis, insignium imperii, securitatum imperantis, quas *Salvas Guardes* hodie vocant &c. pro crimine laesae maiestatis in specie sic dictae habendam esse. Conf: ZIEGLERVS *de Iuribus Maiestatis* Lib. I. Cap. II. & MENCKENIVS in *Pandectis* hoc. tit. §. XII.

COR. II. Hoc ergo ex principio generali: *non committas crimen laesae maiestatis* (§. 717. Cor. 2.), per multas conclusiones speciales deduci possunt, si per species imperfectionum, quas imperanti actionibus nostris tribuere possumus, magis determinatur.

SCH. *Quae de crimine perduellionis atque laesae maiestatis hucusque generatim dicta ad statum civitatis divinae accommodaturi non-nulla deprehendent, quae forsitan non inutilia. Quoniam vero eiusmodi principiorum applicatio ab instituto nostro hic aliena, velim ut legas, quae in meditationibus de civitate Dei de violatione iuris divini explicavimus. vide etiam §. 616. seqq.*

§. 719.

Obligationes civitati subiectorum negativae generatim haecenus expositae, per iura maiestatica in superioribus satis evoluta magis determinari possunt. Cum enim imperio civitatis subiecti hac ratione perfecte obligati sint, ut non agant contra iura maiestatica (§. 710.), facili negotio haec erui possunt principia

Principium generale ad casus speciales applicatur.

I. Non facias cum aliis societatem ab imperante non confirmatam (§. 77.). Utrum vero confirmatio tacita, an debeat esse expressa, leges ab imperante latae determinabunt.

H. Non resistas imperanti actiones subiecto-
rum ad ciuitatis securitatem dirigenti (§.
679.).

SCH. Hoc ex principio non-nulla deduci possunt, con-
ductionem militum spectantia &c.

II. Ciuitati subiectus, cui ab altero eiusdem
ordinis damnum illatum, perfecte obliga-
tur, vt non propria vi, sed auctoritate
imperantis, damni reparationem postu-
let (§. 682.).

COR. I. Vindicta itaque priuata in ciuitate iniusta
est (§. 361. 675.). Conf. FINGERI *Dissert. de bello
ac duello*. Dicamus in praelectionibus de iure ma-
nuario *das Faust-Recht*, quod olim Germaniae subie-
cti habuerunt, a Maximiliano I. vero, quoniam ciui-
tatem perturbauit, abrogatum est.

COR. II. Obligatio haec ex eo sequitur, quia laesus
est imperio ciuitatis subiectus, Cessante obligatio-
nis fundamento cessat etiam obligatio (§. 103.). Ma-
nifestum itaque est, modum postulandi reparationem
damni ex principiis in statu naturali expositis dedu-
cendum esse, si laesus vt ciuitati subiectus spectari
nequit. vid. §. 332. seqq.

COR. III. Si igitur imperans non vult efficere, vt
damaum illud illatum reparetur, adhibitis prius
omnibus aliis subsidiis, laesus vt in statu naturali vi-
uens spectari debet (§. 685. 103.). Ne vero iniu-
sta fiat cogitatio, legas §. 93. Cor. 2. Notare velis,
hoc ab casu iustitium esse distinguendum.

SCH. Ardua & summa politicarum haec est doctrina.
Necesse ergo est, vt magis distinxerit atque perspicuus
explicetur. Quem in finem doctrinam de iudicio sub-
alternato breuissimis ante exponemus, quam plures in
leges ex principiis ante positis deducendas, & quibus
ciuitati subiecti conuenienter vivere debeat, inquisituro
sumus.

§. 720.

Legibus naturalibus (extra collisionem scilicet vide §. 93. Cor. 2.) conueniens esse nequit, vt quis in statu quodam hypothetico iura naturalia absoluta amittat. Leges enim naturales immutabiles sunt (§. 136.), fieri itaque non potest, vt quis in statu quodam hypothetico legibus naturalibus conuenienter viuat, nisi qui suae naturae conuenienter viuit (§. 134.). Quamobrem, cum posita natura etiam iura naturalia absoluta ponenda sint (§. 63.), consequens est, vt legibus naturalibus conueniens esse nequeat, vt quis in statu quodam hypothetico eiusmodi iura naturalia amittat.

Iura naturalia absoluta non possunt amitti.

COR. Ergo nec imperio ciuitatis subiecti extra collisionem amittere possunt iura, quae iura naturalia absoluta dicuntur (§. 15 Pr.): Iura naturalia, quorum fundamentum non est factum, absoluta sunt (§. cit.). Manifestum itaque est, imperio ciuitatis subiectis competere ius postulandi damni illati reparationem (§. 334.).

SCH. Hoc est fundamentum, cuius ope quaedam machiauellistarum principia possunt destrui. Non vero omnia, quoniam machiauellistae subditis non iura solum naturalia sed et civilia denegant. De ultimo machiauellismi capite infra plura dicemus. Et in praelectionibus machiauellismi originem enarrabimus.

§. 721.

Modum ius suum exercendi non ipsa rerum natura sed circumstantiae determinant (§. 349.)

COR. I. Quae ergo §. 720: de iure naturali dicta ad modum iura sua exercendi, accommodari nequeunt.

Modus exercendi ius suum non ad natura.

COR. II. Ex quo sequitur, vt status civilis iura naturalia non in actu primo limitet (§. 720.), sed tantummodo quatenus eiusmodi iura in actu secundo spectantur (§. 719. Prop. III.).

lia referri potest.

§. 722.

§. 722.

Imperans
de subdi-
torum
factis
iudicare
tenetur.

Imperans ciuitatis, vt de subditorum factis iudicet, perfecte obligatus est. Laesis enim subditis competit ius postulandi damni illati reparationem (§. 720. Cor.), sed obligantur, vt reparationem damni non propria vi, sed auctoritate imperantis postulent (§. 719. Prop. III.). Imperans itaque de subditorum factis non iudicans agit contra ius perfectum subditorum (§. 239. 334.), ideoque, de subditorum factis vt iudicet, perfecte tenetur (§. 153.).

COR. I. Obligatio haec perfecta inde deducta est, quoniam subditi imperantis auctoritate damni reparationem postulare debent (per dem.). Ideoque patet, illud imperantis iudicium de subditorum factis imputationem iuris esse (§. 218.).

COR. II. Quae itaque de imputatione iuris §. 220. seqq. euoluta sunt, hoc etiam ad iudicium applicari possunt.

§. 723.

Quid iudicium reale, potestas iudicialis & iurisdictio.

Et ita incidimus in non-nullas definitiones huc pertinentes, concipimus enim actum imperantis, quo subditis leges violantibus fert sententiam (Cor. 2. §. 722. §. 237.), ius ferendi sententiam (§. 672. & 236.), & ius poenas determinatas iis, qui leges violarunt, irrogandi (§. 672.). Primum dat *iudicii realis*; secundum *potestatis iudicialiae*; & vltimum *iurisditionum* characterem discretium.

COR. I. Patet inde, a iudicio reali & a potestate iudiciali ad iurisditionem non valere consequentiam.

COR. II. Potestatem iudicialiam & iurisditionem inter iura maiestatica referendam esse, facili negotio ex §. §. cit. cit. colligitur. Ergo & iudicialia potestas atque iurisdictio iuste exerceri nequit, nisi ab eo, qui habet imperium (§. 668.).

§. 724.

§. 724.

Ciuitatis imperans perfecte obligatus est, vt tam ciuitatis quam ciuitati subiectorum felicitatem promoueat (§. 685.). Fieri itaque potest, ut circumstantiae efficiant, vt imperans tam potestatem iudiciariam quam iurisdictionem non possit non subordinatis quibusdam committere (§. 722.). Quo facto oriuntur collegia, quibus ab imperante vel potestas iudiciaria; vel iurisdictione; vel potestas iudiciaria & iurisdictione simul commissa. Primi generis collegia breuitatis ergo post haec vocabimus *collegia iudiciaria subordinata*, secundi *iudicia personalia subordinata*, & tertii *magistratus subordinatos*.

Quid collegium iudiciaria, & iudicia personalia subordinata, vt & magistratus subordinati?

SCH. Sic etiam hodie aliis committitur sententiae latio, cum acta ad colligia iuridica transmittuntur; aliis vero sententiae latae executio seu iurisdictione, vbi per circulos in summis tribunalibus latarum sententiarum executio expeditur.

§. 725.

Collegia illa potestate ab imperante delata agere debent. Si igitur propria auctoritate agunt, iura maiestatica violant (§. 527. 670.), ideoque contra obligationem perfectam agunt (§. 328.). Ex quibus patet, collegia illa, si dicta ratione agunt, imperanti dare iustam causam belli (§. 362.), seu ius puniendi (§. 358. & 621. Cor. I.).

Quando collegia determinata imperanti dant ius puniendi.

COR. I. Est ergo horum collegiorum regula: *Quicquid agis, agas ex potestate ab imperante tibi delata.* Alias enim contra perfectionem agitur (§. 15.), quod primo iuris naturalis principio repugnat (§. 143.).

COR. II. Simul inde liquet i.) collegia determinata ultra limites non posse iudicare. Ex quo con-

con-

concipimus *exceptionis fori incompetentis iustitiam* 2.)
 suas vices alteri non posse delegare.

COR. III. Quoniam porro forum dicitur, vbi sententia fertur (§. 244.), & sententia fertur secundum leges (§. cit.), hac ex limitatione facile deduci possunt notiones *fori ecclesiastici, criminalis, salinarii, mercatorii, cambialis, metallici, studiosorum, militaris &c.* Explicetur etiam inpraecedentibus criminalium atque ciuilium differentia.

§. 726.

Dum collegia determinata de meritis iudicant facile errare possunt.

Qui fert sententiam, ille declarat, auctorem facti hanc poenam vel hoc praemium mereri (§. 236.). Collegia iudiciaria subordinata atque magistratus subordinati habent ius ferendi sententiam (§. 723. 724.). Ergo & iis competit ius declarandi, auctorem facti determinatam poenam, vel determinatum praemium mereri. Quo facto efficiunt imputationem iuris (§. 218.). Quamobrem, cum homines possint errare & imputatio iuris etiam erronea esse queat (§. 221.); facile etiam fieri potest, vt collegia illa, dum de merito facti auctori tribuendo iudicant, errent.

SCH. I. Ex quibus patet, quae de iudice §. 222. seqq. explicauimus, hic etiam posse adcommodari.

COR. II. Imputatio iuris est vel positua vel priuatiua (§. 234.). Error igitur collegiorum determinantum, de quo §. dictum, vel imputationem iuris posituam vel priuatiuam spectat. De imputatione priuatiua in foro ciuili maxime dicendum esse, ipsa ciuitatis notio confirmat. Necessse ergo solummodo erit, vt de hac in sequentibus dicamus.

§. 727.

Determinatur quomodo errare possint.

Qui imputationem iuris priuatiuam efficit, ille iudicat de poenis mali facti auctori tribuendis (§. 234.). Poenae sunt mali facti con-

confectaria (§. 119.). Confectaria facti facto proportionata esse debent (§. 228.). *Quatenus igitur imputationis iuris priuatiuæ habetur ratio, collegia determinata errant, dum mali facti auctori poenas facto non proportionatas tribuendas esse iudicant.*

COR. I. Errant igitur vel in excessu vel in defectu.

COR. II. Iurisdictio sine praeuia imputatione iuris priuatiua exerceri non potest (§. 723. 727.), eiusdem itaque fundamentum est vel imputatio iuris priuatiua recta vel erronea (§. 221.). Huiusque species Cor. 1. docet.

§. 728.

Iurisditionis exercitium, cuius fundamentum est imputatio iuris priuatiua erronea, sine laesione concipi nequit. Ponamus enim huius exercitii fundamentum esse imputationem iuris priuatiuam, qua in excessu erratur, quo facto maiora reo irrogata sunt mala, quam ex actionibus ipsius sequuntur (§. 727. 723.), irrogata igitur sunt mala sine iure (§. 341. 151.), atque ideo reus laesus est (§. 342.). *Q. e. p.*

Exercitium Iuris si pro fundamento habet imputationem erroneam, sine laesione concipi nequit.

Ponamus porro, huius exercitii fundamentum esse imputationem iuris priuatiuam, qua in defectu erratur, quo facto minora reo irrogata sunt mala, quam ex ipsius actionibus concipienda (§. 727. 723.). Ergo & is, cui a reo mala illata sunt, imputatione illa est laesus (§. 333. 341. 322.). *Q. e. a.*

COR. I. Quamobrem, cum principium: nemo est laedendus, ad ius perfectum pertineat (§. 325. Cor. 2.), iniustum est eiusmodi iurisditionis exercitium, cuius fundamentum imputatio iuris priuatiua erronea (§. 155.).

COR. II. Qua ratione eiusmodi imputatione reus, qua vero ratione actor laesus sit, ex demonstratione, quae

quae principium in commate corroborat, manifestum est.

COR. III. Laeso competit ius belli in laedentem (§. 562.). Ergo & reus & actor, qui dicta ratione laesi sunt, eiusmodi ius vt habeant, necesse est. Quoniam vero modus iura sua exercendi in statu ciuili limitatur (§. 721.), quatenus scilicet ius illum determinandi inter maiestatica referendum (§. 719. Pr. III.), sequitur, vt imperans perfecte obligatus sit, efficere, ne imperio ciuitatis subiectus iniusto iurisdictionis exercitio iura sua naturalia absoluta scilicet amittat (§. 529.).

SCH. Dicatur in praelectionibus de *crimine syndicus*.

§. 729.

Argo ciuitati subiectis competit ius appellandi.

Imputatio iuris priuatiua erronea est iniusti iurisdictionis exercitii fundamentum (§. 728.). Abunde itaque patet, ciuitatis imperantem perfecte obligatum esse, vt imputationem iuris a collegiis subordinatis factam examinet (Cor. 3. §. 728.). Si quis perfecte obligatus est, vt alteri aliquid praestet, hic habet ius idem ab illo petendi (§. 153.). Competit ergo ciuitati subiectis ius sententiam a collegiis subordinatis latam examini imperantis subiiciendi. Quare, cum eiusmodi actio *appellatio* vocetur, manifestum est, *ciuitati subiectis ius appellandi competere*.

COR. I. Ex appellatione igitur argumentum pro superioritate sumere possumus.

COR. II. Ne vero subditi hocce iure abutantur, necesse est, vt ab imperante limitetur.

COR. III. Simul ex dictis facili negotio deduci potest, qua ratione *ius de non-appellando* collegiis subordinatis possit concedi.

SCH. I. *Et ita habemus ius, quod subditi ex nexu ciuili concedendum, quod contra spachiauellistas notare debemus vid. Schol. ad §. 721.*

SCH.

SCH. II. Hanc ad appellationis explicationem tam appellatio iudicialis quam extraiudicialis, de quibus Icti loquuntur, referri potest.

§. 730.

A potestate iudiciaria ad iurisdictionem non valet consequentia (§. 723. Cor. 1.). Fieri itaque potest, vt imperans certis collegiis concedat ius imputationem iuris ab alio quodam factam examinandi, quibus iurisdictione non est concessa. (Imperantem, vt eiusmodi collegia constituat, obligatum esse, docet §. 724.). Et ita concipimus iudicia personalia (§. 724.), quorum examini imperio ciuitatis subiecti sententiam ab alio quodam collegio latam possunt subiicere. Eiusmodi *facultas* vocatur *ius prouocandi*. Subditi ergo ius prouocandi habere possunt.

Et ius
prouocandi.

COR. I. Ius appellandi est iuris prouocandi species (§. 729.).

COR. II. Quamobrem, cum a specie ad genus non valeat consequentia, quae de iure appellandi dicta, non sine omni restrictione de iure prouocandi dicere possimus.

SCH. Explicari hic potest quaestio veterum, vtrum iurisdictione *cumulatiue* an *priuatue* sit concessa?

§. 731

Ad quem prouocamus, is non semper est superior. Prouocare enim possumus ad collegia iudiciaria (§. 730.). Sed eiusmodi collegia habent tantummodo ius ferendi sententiam sine iurisdictione (§. 724.). Ideoque, si quae talia spectantur, non habent ius irrogandi poenas (§. 723.); prouocare itaque possumus ad

Ex prouocatio-
ne non
statim
sequitur
superio-
ritas.

Dd

col-

collegia, quae non habent imperium seu superioritatem (§. 621.).

COR. Patet inde, ex prouocatione argumentum pro superioritate non esse sumendum. Si quis hanc prouocationem appellationem velit nominare, satis cuiusmodi erit principium: *Non statim is, qui appellatur, maior est eo, a quo appellatur.* Quod exemplis ex antiquo Reipublicae Romanae statu probat **AERODIVS Lib. II. ver. iudicat, tit. 9. c. 14.**

SCH. Intelligimus iade simul, cur III. BÖHMERS (a) affirmauerit, eiusmodi appellationem fieri posse 1.) *ex mero compromisso*, qua ratione Poloni prouocarunt Magdeburgum. Plura exempla autor *dabior. cameral. verbo appellatio & consultatio proposuit.* 2.) *ex ratione status antiqui reipublicae*, Quod prouocationibus a statuum imperii tribunalibus ad tribunal imperatoris illustrari potest.

(a) in Iur publ. vniuers. Lib. II. Cap. VII. §. XIX.

§. 732.

Quomodo in ciuitate ius per iudicia persequendum, determinatur.

Si per haecenus explicata, ea, quae §. 743. posuimus, magis determinentur, satis intelligemus rationem, qua in ciuitate ius nostrum per magistratum persequi possumus.

- 1.) Foro scilicet competenti factum proponendum est.
- 2.) Specie facti satis probata, quod factum, si reus nullam facti exceptionem cum ratione facere potest, collegium determinatum sententiam ferre debet.
- 3.) Qua lata reo, si cum ratione exceptionem iuris facere potest, ius appellandi vel prouocandi concedendum est (§. 729.).
- 4.) Tandem sententiam ab omni exceptione

ne

ne liberam exsequutio i. e. iurisdictionis exercitium debet excipere (§. 723.).

S. C. H. Diximus, necesse esse, ut tam exceptio facti quam iuris cum ratione fiat, si eos, qui intenduntur, producat effectus. Ratio huius etiam inde intelligi potest, quoniam exceptiones sine ratione factae cum lesione alterius sunt coniunctae (§. 333. 322.). Ex dictis simul colligi poterit, duplicarum, triplicarum, quadruplicarum, quintuplicarum, exceptionum atque quaestionum statum litis non proxime attingentium, tergiuersationum atque exceptionum dilatoriarum iustitiam non statim esse iuris naturalis.

§. 733.

Qui in ciuitate ius suum per magistratum non potest persequi, adhibitis prius omnibus aliis subsidiis, in statum naturalem redit. Aliquem impedire, quo minus ius suum persequi possit, idem est ac contra Ius Naturae perfectum agere (§. 329.). Quamobrem, cum quilibet perfecte obligatus sit, ut iuri naturali perfecto satisfaciatur (§. 325. Cor. 2.), & ius naturae immutabile sit (§. 136.); quilibet etiam in ciuitate permittere debet, ut alter ius suum persequi possit. Si quis igitur in ciuitate ius suum per magistratum non potest persequi, ut illud propria auctoritate persequatur, permittere debemus (§. 94. Cor.). His itaque sub determinationibus ille in statum naturalem redit (§. 14. & 9. Pr.).

Reditus
ciuitati
subiecto-
rum in
statum
natura-
lem de-
termina-
tur.

COR. Simul inde patet, eam cessare rationem, qua ciues ut subditi spectari debent, si a ciuitatis imperante nulla ratione defendi possunt. Conf. III. GLAFOX loc. saepissime ciuitato Libr. VI. Cap. IV. §. 94.

Dd 2

§. 734.

S. 734.

Quid iustitium eiusque species.

Status, quo in ciuitate nec sententia ferri, nec iurisdictio exerceri potest, vocatur *iustitium* (a). Est vero ille status vel in tota ciuitate, vel in vna alteraque solummodo ciuitatis parte, si prius, iustitium dicitur *uniuersale*, & si posterius, *particulare*. Quoniam porro eiusmodi status ratio vel in turbato ciuitatis statu, vel in imperantis voluntate esse potest, iustitium etiam priori ratione *necessarii* (b), posteriori vero *voluntarii* (c) accepit nomen.

COR. I. Iustitia voluntaria dependet a voluntate imperantis. Si itaque periculum sit in mora, imperans permittere poterit, ut tam sententia feratur, quam iurisdictio exerceatur (§. 45.), ad quod permittendum perfecte etiam obligatus est (§. 722.). Iusta itaque est sententia Romanorum, qua docent, iustitia voluntaria quoad eas tantummodo obtinere causas, quae differri possent.

COR. II. In iustitio particulari imperio ciuitatis subiecti ius suum per magistratum persequi possunt.

SCH. (a) Ita enim GELLIVS Lib. XX. N. A. Cap. 1.: *Iustitium est iuris quasi interstitio quaedam & cessatio, ut nihil bis diebus agi possit.*

SCH. (b) Hanc turbatum ciuitatis statum efficit vel bellum, conf. CONRING de iudic. reipubl. Germ. tb. 5. vel pestis. vid. LIVIVM Lib. IV. cap. 31., vel fames extrema.

SCH. (c) Huius causa est vel luctus publicus vid. LIVIVM Lib. X. c. 4. vel publica laetitia. vid. HORATIVM Lib. IV. Od. 2.

S. 735.

In iustitio uni-
uersali

Posito iustitio uniuersali imperio ciuitatis subiecti, si periculum in mora est, in statum naturam

naturalem redeunt. (a). His enim sub determinationibus fieri non potest, ut ius suum per magistratum persequantur (§. 734.), ideoque in statum naturalem redeunt (§. 733.).

subditi
redeunt
in statum
natura-
lem.

COR. Cessante ratione cessat etiam id, cuius est ratio. Nulla itaque est ratio, ut imperio ciuitatis subiectos in iustitio necessario particulari & iustitio voluntario in statum naturalem redire concedamus (§. 734. Cor. 1. 2.), nisi voluntarium, licet periculum sit in mora, imperans non velit limitare. Idem etiam ex obligatione, de qua Gor. 1. §. 734. dictum, deduci poterit. Est enim obligatio ex nexu ciuitatis concipienda, ideoque perfecta (§. 660, 529. Cor. 2.).

SCH. I. (a) Idem est, quod longissimum interregnum in Germania demonstrat, ubi secundum *Chronic. Hirs.* omnia per tumultum, sine lege, sine ordine, pro lubitu fiebant. Eiusmodi igitur in iustitio ciuitates in anarchiam recidere videntur (§. 653.). Quae itaque de anarchia §. 651. seqq. explicata sunt, eiusmodi ad status etiam accommodari possunt.

SCH. II. Satis haecenus exposuimus quae de modo ius suum in ciuitate persequendi dicenda. Satis enim ex explicatis intelligi possunt, quae §. 719. Pr. III. dicta. His ergo missis, obligationes ciuitati subiectorum negatiuas per iura maiestatica magis determinabimus, & deinde eorum obligationes positiuas euolaturi sumus.

§. 736.

Obligationum negatiuarum, de quibus hic dicitur, fundamentum est: *imperio ciuitatis subiecti perfecte obligati sunt, ut non agant contra iura maiestatica (§. 719.).* Hoc ex principio porro concludimus.

principia
specialia
obliga-
tionem
negati-
uam in
ciuitate
specian-
tia.

IV. Imperio ciuitatis subiecti perfecte obligati sunt, ut alteris huic ciuitati subiectis non dent occasionem mala agendi (§. 683.).

SCH. *Per multa hoc ex principio deduci possunt iura e. g. ius relegandi &c. sed de his in praefectionibus.*

V. Actionibus suis imperio ciuitatis subiecti, quo minus alteri commode viuere possint, non impediunt (§. 685.).

COR. I. *Ex quo sequitur, imperanti competere ius etiam ab iis, qui negatiue tantummodo obligati sunt exigendi vectigalia, tributa, stercus &c. (§. 697. seqq.).*

COR. II: *Hinc etiam patescit, quid ratione criminis amonae defraudatae, ratione criminis residui & ratione iuris albinagii sit iuris naturalis.*

SCH. *Quoniam hactenus solas obligationes ciuitati subiectorum negatiuas attendimus, placet in sequentibus solas obligationes positiuas contemplari. Possimas tum denum utrasque mutuo coniungere. Quoniam vero hoc facili fieri poterit negotio, eiusmodi coniunctiones meditationibus lectoris concessuri sumus.*

§. 737.

Obligati-
onum ci-
uium po-
sitiuam
funda-
mentum.

Ciuitati subiecti positiue obligati sunt, non quatenus sunt subiecti, sed quatenus sunt ciues (§. 713. & Cor. 2. §. 711.). Quamobrem, cum obligationes positiuae spectent actiones commissiuas (§. 87.), & ciues, quatenus sunt ciues, obligati sint, vt iuribus maiestaticis conuenienter viuant (§. 710.); obligationum ciuium subiectorum positiuarum, quae sunt perfectae (§. 712.), fundamentum haec est propositio: *Iuribus maiestaticis ita conuenienter viuas, vt actionibus tuis securitatem ciuitatis non conserues solum (hoc enim etiam per obligationes negatiuas fieri debet), sed & eandem augeas (§. 668. 54.).*

§. 738.

§. 738.

Ex quo immediate sequitur, ciues subiectos perfecte obligatos esse

Ciuium obligationes positivae magis determinantur.

I. vt actionibus suis alteris exhibeant occasionem bona agendi (§. 684.).

II. Vt facultates externas in ciuitate suis actionibus amplificent (§. 685.).

COR. Ergo & ex nexu ciuitatis concipitur obligatio, qua ciues tenentur, vt laborent (§. 271.). Hanc vero obligationem praecipue eos labores, quibus ciuitatis commodum maxime augeri possit, spectare, ex dictis collato §. 272. Cor. 2. facile colligi poterit.

§. 739.

Emigrat. ex ciuitate, qui se in aliud territorium eo animo confert, ne ciuitati, in qua ante fuit, maneat subiectus.

Quid emigratio ex ciuitate.

COR. Imperio igitur ciuitatis subiectus, quatenus emigrat, ab ea vult liberari obligatione, qua per ciuitatis nexum ante obstrictus fuit (§. 710. Cor. 1.).

§. 740.

Fieri non potest, vt ciuis subiectus sine consensu imperantis iuste emigret. Qui enim perfecte obligatus est, vt omnibus suis actionibus felicitatem alterius augeat, ille hac ab obligatione non potest liberari sine consensu eius, cui obligatus est (§. 328. Pr. VII. 356. 397.). Quamobrem, cum ciuis subiectus perfecte obligatus sit, vt omnibus suis actionibus felicitatem ciuitatis, cui subiectus, augeat (§. 737.) fieri etiam non poterit, vt hac ab obligatione ciuili sine imperantis consensu liberetur (§. 719.). Ergo nec sine imperantis consensu iuste emigrare poterit (§. 739.).

Ciuitati subiectus ciuis sine imperantis consensu emigrare nequit.

Dd 4.

COR.

COR. I. Sequitur inde propositio III. quae obligationem civium subiectorum positivam eamque perfectam magis determinat; *Eiusmodi nimirum civis perfecte obligati sunt, ut, si ex ciuitate velint emigrare, imperantis consensum petant.*

COR. II. Qui agit contra obligationem perfectam, ille alterum laedit (§. 325. Cor. 2.), ideoque huic iustam dat belli causam (§. 362.). Civis ergo subiectus sine imperantis consensu ex ciuitate emigrans imperantem laedit, atque ideo imperanti iustam dat belli causam, seu ius puniendi.

COR. III. Qui impedit, quo minus alter ius suum exercere possit, alterum laedit (§. 329.). Abunde itaque ex dictis intelligi potest, Gentes perfecte obligatas esse, ut civis sine imperantis consensu emigrantes restituant.

COR. IV. Quicquid haecenus de civibus subiectis in genere demonstratum est, de officialibus etiam ciuitatis, quoniam eadem adest ratio, dicere debemus (§. 705.). Porro iisdem ex principiis colligi potest, *ciuitatis officiales sine imperantis consensu se munere suo non posse abdicare.*

SCH. I. *Summa igitur cum ratione BODINVS (a) distinguit inter domicilii commutationem & patriae repudiationem, & illam permissam, non aequae hanc licitam censet.*

SCH. II. Dicatur in praelectionibus de iure postulandi censum emigrationis (*Abzugs-Geld.*).

(a) de republica Lib. I. cap. VI.

§. 741.

Cives defendere debent ciuitatem.

IV. *Cives subiecti perfecte obligati sunt, ut iussu imperantis ciuitatem, cui subiecti, ab aggressoribus defendant.* Sunt enim perfecte obligati, iuribus maiestaticis ita conuenienter viuere, ut ciuitatis securitatem suis actionibus possint augere (§. 737.). Ciuitatis aggressores ha-

habent conatum securitatem ciuitatis violandi (§. 344. §. 656. Cor. 4. §. 539.). Ergo & ciues subiecti perfecte obligati sunt, vt iussu imperantis (§. 668. 710.) ciuitatem ab aggressoribus defendant (§. 435.).

COR. Ergo & ad arma capienda obligati possunt (§. 94. 358. 682.).

§. 742.

V. Ciues subiecti perfecte porro obligati sunt, vt munera publica ab imperante sibi demandata in se suscipiant. In munere enim publico publica expediuntur negotia (§. 705.), ideoque quae securitatem ciuitatis augent (§. 661. Cor. 2. 655.). Quamobrem, cum inter iura maiestatica etiam ius munera publica distribuendi referri debeat (§. 706.), ciues subiectos, vt munera publica ab imperante sibi demandata in se suscipiant, perfecte obligatos esse, sequitur, (§. 737.).

Et munera publica sibi demandata ab imperante in se suscipere.

COR. I. Quoniam haec obligatio ex obligatione, qua ciues subiecti perfecte tenentur, vt ciuitatis securitatem actionibus suis augeant, deducta est, simul inde manifestum est, eiusmodi ciues perfecte obligatos esse, vt munera sibi demandata in gratiam ciuitatis administrent (§. 103. Cor.).

COR. II. Iniuste igitur munus publicum administrat ciuis subiectus, si negotia non ita expedit, vt ciuitatis securitas inde possit obtineri (§. 692. 155.).

SCH. Quae ergo de crimine repetundarum, de crimine peculatus, de crimine ambitus in iure naturali dicenda, ex dictis facili negotio possunt deduci.

§. 743.

VI. Ciues subiecti perfecte obligati sunt, vt in se suscipiant tutelam. Perfecete enim obligati

Et tutelam in se suscipere.

Dd 5

gati sunt, vt omnia adhibeant media, quorum vsu ciuitati subiecti fieri possunt virtutibus dediti (§. 738. conf. §. 684. & 666. Prop. I.). Quare, cum in simplici anima vestigia perceptionum maneant per phantasiae regulam data occasione renouanda (§. 7.), efficere etiam debent, vt impuberes bene educantur (§. 572. 574. 94.). Ex quo immediate sequitur, ciues subiectos perfecte obligatos esse, vt tutelam in se suscipiant (§. 587.).

COR. I. Hac ex ratione tutela potest munus publicum vocari (§. 666. 661. 705.).

COR. II. Potest ergo & tutela ab imperante ciuibus demandari (§. 706.). Et ita habemus tutelae speciem, quam *ICri datiuam* nominant.

COR. III. Si igitur huic vel illi ciui ab imperante demandata sit tutela, vt eam in se suscipiat, perfecte erit obligatus, (§. 742.).

COR. IV. Et quoniam obligatio ad tutelam in se suscipiendam est positua (§. 87.), neminem nisi ciuem ad tutelam in se suscipiendam cogi posse, manifestum est (§. 713.).

§. 741.

Vt & curam.

Munus, quo quis bona eorum, qui propria vi illa non possunt administrare, administrare tenetur, vocatur *cura*, & qui curam gerit, *curatoris* accepit nomen. Ciues subiectos perfecte obligatos esse, vt etiam curam in se suscipiant, eadem ratione demonstrari poterit, qua propositio §. 743. corroborata, collato §. 685. & §. 666. Prop. II. Cor. 3.

COR. I. Quae ergo in Cor. Cor. §. 743. de tutela diximus, ea etiam, quae de cura dicenda, explicabunt, si mutata sint, quae natura obiecti mutari iubet.

COR.

COR. II. Cetera ex iis, quae de iure administrandi §. 692. explicata, facili negotio possunt inferri.

§. 745.

Excusatio est allegatio rationis, cur ea non possimus praestare, quae ut praestemus, in se obligati sumus. Excusationem ergo in *physicam & moralem* (§. 150.), in sufficientem & insufficientem dividere possumus. Quid excusatio.

COR. I. Posita ratione sufficiente etiam id poni debet, cuius est ratio sufficiens. Abunde itaque sequitur, necesse esse, ut excusatione ab obligatione liberemur, si ratio, quas excusationem constituit, sit sufficiens.

COR. II. Ad impossibile tam physice quam moraliter tale nulla datur obligatio (§. 91.), si igitur vel physice vel moraliter impossibile sit, ut quis munus publicum in se suscipiat, fieri etiam poterit, ut excusatione ab eiusmodi obligatione liberetur. Conf. in Pand. doctrina de iure immunitatis.

§. 746.

Quicquid moraliter impossibile est, id legibus repugnat (§. 150.); fieri itaque non potest, ut, obligationi nostrae convenienter vivere, legibus repugnet, nisi posita obligationum collisione (§. 98. 92.). Quamobrem, cum etiam leges modum in obligationum collisione excipiendi determinent (§. 93. Cor. 2.), sequitur, ciues ab obligatione ad munus publicum in se suscipiendum posse liberari, si obligationum collisionem adesse, & munus publicum in se suscipiendo exceptionem contra leges esse faciendam (§. 745. Cor. 2.) ostendere possint. Quae magis determinatur.

COR. Quae hic generatim evoluta, ad tutelam, curam aliaque munera publica adcommo- dari possunt.

SCH.

SCH. Sed proposita sufficient, specialia historiae ope
ex explicatis facili negotio deduci possunt. Restat
igitur, ut ius publicum speciatim brevissimis perse-
quamur, ad alias deinde disciplinas transituri.

CAP. III.

DE

IVRE PVBLICO VNIVERSALI SPE-
CIATIM.

TIT. I.

DE

DIVERSIS CIVITATVM FORMIS.

§. 747.

Quid
forma ci-
uitatis
regularis
& irregu-
laris.

IN ciuitatis idea hactenus explicata non de-
terminatum est subiectum, quod imperium
ciuile gerit. Ex huius igitur diuersitate varia
ciuitatum genera concipi possunt, quae ciuita-
tum *formae* vocantur, & quidem *simplices* seu
regulares, quatenus vnica determinatio illa-
rum exhibet charactrem; *mixtae* vero seu *ir-
regulares*, quatenus non nisi ex pluribus deter-
minationibus cognosci possunt.

§. 748.

Formae
regulares
ciuitatis
species
expo-
nuntur.

Subiectum, quod imperium ciuile gerit,
concretum est aut ex *omnibus ciuibus*, pro
definitione §. 655. data, aut *non*; si hoc, vel
concretum est ex *quibusdam ciuibus collectivae
sumtis*, vel subiectum illud est *unicum indivi-
duum*. *Prima* determinatio dat *democratiae*,
altera aristocratiae & *ultima monarchiae* cha-
ractrem discretiuum.

COR. I. Sunt igitur democratia, aristocratia & mo-
narchia

narchia, omnes ciuitatum formae simplices seu regulares (§. 747.) (a)

COR. II. Imperium ciuile est maiestas (§. 668.). Maiestas itaque in democratia est in toto populo (qui terminus significat numerum ciuium), in aristocratia in toto numero quorundam, & in monarchia in vni-
co indiuiduo (§. 748.).

COR. III. Proxime ergo democratiz ad anarchiam (§. 653.) & ad libertatem naturalem accedit.

SCH. (a) Sed fortasse dixerit quispiam, fieri etiam posse, vt maiestas sit in ciuitati subiectis non ciuibus. Quoniam vero maiestas sine obligatione positua ex nexu ciuili determinata cogitari nequit (§. 668. sqq.), manifestum est coll. 715. eiusmodi ciuitatis formam esse impossibilem. Principia ergo in superioribus generatim posita per datas ciuitatum formas magis determinare sufficiet.

§. 749.

Quod democratiam attinet, maiestas est in toto populo (*COR. 2.* §. 748.), ciues igitur sigillatim considerati maiestate non gaudent. Quatenus itaque separatim considerantur, imperio ciuitatis sunt subiecti (§. 681. *COR. 1.*). Quando populus imperans quando subiectus, determinatur.

COR. I. Posita maiestate omnia etiam iura maiestatica ponenda sunt (§. 668.). Iura igitur maiestatica, *Tit. II. Cap. II.* Iuris publici vniuersalis exposita, in democratia populo vt sociato competunt.

COR. II. Posita imperio ciuitatis subiecti idea, omnes etiam obligationes ex illa concipiendas ponere debemus. Obligationes igitur *Tit. II. L. c.* explicatae sunt etiam obligationes, quibus in democratia ciues separatim considerati conuenienter viuere debent.

COR. III. Patet ex primo, ciuem, qui in democratia sibi sigillatim considerato ius maiestaticum arrogat, esse rebellem (§. 715.). Quae itaque de rebellionem §. cit.

§. cit. seqq. dicta, huius principii ope ad ciuitatem democraticam applicari possunt. (4).

§ C. H. I. *Ratio ergo in democratia habenda est aequalitatis, ne exercitium iurium maiestaticorum ad paucos perueniat. Ratio itaque status requirit, ut nec duces nec indices perpetui constituantur. Conf. HOBBSIVM de ciue cap. X. §. 10. seqq.*

§ C. H. II. (a) *Hac ex ratione dicitur, in democratia maiestatis crimen committi, si quis monetam propria auctoritate cudere velit. Conf. ZIEGLERVM in Tract. de Iuribus maiestaticis p. 41.*

§. 750.

Quid
comitia.

Conuentus populi, qua imperantis, ad negotia publica constituenda tendens, *comitiorum* nomine insignitur.

COR. I. *Qua ex notione patet, ius comitiorum esse ius in conuentu totius populi, qua imperantis, iudicium de negotiis publicis determinandis faciendi.*

COR. II. *Qui igitur non est ciuis, nec in democratia habet ius comitiorum (§. 748. Cor. 2.)*

§. 751.

Necessitas
comitiorum
in democra-
tia.

Necesse est, ut in democratia comitia habeantur. In democratia enim populus ut sociatus est imperans (Cor. I. §. 749.). Hac itaque in ciuitatis forma iura maiestatica non possunt exerceri, nisi in conuentu populi. Quamobrem, cum in ciuitate negotia publica determinari nequeant, nisi iurium maiestaticorum vsu, & necesse sit, ut in ciuitate negotia publica determinentur (§. 668. 664. Cor.); manifeste sequitur, necessarium esse, ut in democratia comitia habeantur (§. 750.).

COR.

COR. I. Hac ex demonstratione simul apparet, quemlibet civem in democratia habere ius comitiorum (§. 749. Cor. I. §. 750. & §. 94.).

COR. II. Porro inde sequitur, ex comitiis formam civitatis democraticam nos non posse inferre.

SCH. I. Quoniam in iurisprudencia ius ab usu iuris distinguere debemus (§. 711. Cor. 2.), necesse etiam erit, ut in explicatione iuris comitiorum eandem divisionem spectemus, quod efficiet, ut, quae **HUBERVS** de democratia laxa atque restricta posuit, possimus explicare. De quibus, quia a conventionione populi dependent, plura in praelectionibus.

SCH. II. Et eadem ex ratione etiam ea, quae de regiminibus censualibus seu Timocratiis aliisque democratiae determinationibus, non ex huius civitatis formae natura sed populi conventionione concipiendis, dicenda, in praelectionibus ea ratione, qua documentorum historicorum ope fieri poterit, exponemus.

§. 752.

Populus ut sociatus in democratia perfecte obligatus est efficere, ut omnia in ordinem adducantur. Competit enim imperanti civitatis ius efficiendi, ut in civitate omnia in ordinem adducantur (§. 629. Cor. I. 660.). Ergo & hocce ius in democratia populo ut sociato tribuendum est (§. 749.). Quamobrem, cum ius ex obligatione oriatur (§. 152.), & obligatio ex civitatis nexu concipienda sit perfecta (§. 712.), in democratia etiam populus ut sociatus perfecte obligatus est, efficere, ut omnia in ordinem adducantur.

Ordinē in democratia quam maxime ratio habenda est.

§. 753.

Civitas, in qua omnia sine ordine aguntur, dicitur ochlocratica.

Ne fiat civitas ochlocratica.

COR.

COR. Omnia igitur in democratia euitanda sunt, quae ciuitatem ochlocraticam efficere possunt (§. 752.).

§. 754.

E. & quibusdam
ius conuocandi
populum, &
proponendi
quaestionem
concedendum est.

Sequitur ex Cor. I. §. 629. coll. §. 749. 751. 752. in democratia necesse esse, vt ciues quibusdam concedant *ius conuocandi populum, & ius in comitiis quaestionem negotia publica spectantem proponendi.*

COR. Si quis in democratia populum conuocat, vel in comitiis quaestionem proponit, cui a populo eiusmodi ius non concessum, ille sibi ius in populum arrogat. Quare, cum hoc ciuitatis formae repugnet, (Cor. 3. §. 749.), manifestum est, neminem in democratia eiusmodi iuribus posse pollere, nisi cui a populo concessa.

§. 755.

Quid suffragium.

Voluntas vel noluntas socii societati declarata de quaestione, quae de negotiis societatem spectantibus proposita, dicitur *suffragium vel votum.* Est igitur suffragium vel *affirmatiuum* vel *negatiuum*. Et quoniam voluntas declarari potest tam pure quam sub conditione, suffragia etiam in *pura & conditionata* diuidere possumus.

COR. I. In democratia igitur omnibus ciuibus *ius voti* competit (§. 749.).

COR. II. In comitiis omnia ita constituenda esse, vt suffragia ordine ferri possint, docet §. 753.

§. 756.

Negotia publica determinanda sunt a

Negotia publica in democratia iniuste aguntur, quae non omnium ciuium suffragiis constituta. Negotia enim publica in ciuitate iuste agi nequeunt, nisi imperantis voluntate sint con-

constituta (§. 706. Cor. 2.), imperans in de-
mocratia est totus populus (§. 749.). Ergo &
fieri nequit, vt hac in ciuitatis forma negotia
publica iuste agantur, nisi quae omnium ciui-
um suffragiis sint constituta (§. 755.).

votis to-
tius po-
puli.

§. 757.

Ciues in democratia perfecte obligati sunt, vt in comitiis ad maioris partis sententiam accedant. Omnes enim ciues, vt commodum ciuitatis actionibus suis conseruent atque augeant, perfecte obligati sunt (§. 738. Cor.). Quare, cum in forma democratica ea, quae ad ciuitatis commodum spectant, in comitiis per ciuium suffragia determinari debeant, (§. 755. 751.); hac in ciuitatis forma omnes ciues perfecte obligati sunt ad suffragia in comitiis ferenda (§. 94. Cor.). Ergo vel ad maioris partis sententiam accedunt, vel non. Si posterius, nihil potest decerni (§. 756.). Quoniam vero hoc commodo ciuitatis repugnat (§. 750. 661. Cor. 2. & 176.), dilucide apparet, hac in ciuitatis forma ciues perfecte obligatos esse, vt in comitiis ad maioris partis sententiam accedant.

Ciues in
democra-
tia perfe-
cte te-
nentur,
vt in co-
mitiis
maioris
partis
vota ad
prohent.

COR. I. Qui contra obligationem suam perfectam agit, ille alteri dat ius cogendi (§. 153.). Ergo & in democratia maiori parti competit ius reliquos cogendi, vt ad maioris partis sententiam in comitiis accedant.

COR. II. Hac ex ratione dicitur, in democratia maiorem partem concludere, ideoque, si vota paria sunt, nil agi. Ingeniosam huius principii demonstrationem vid. in B. KOEHLERI *Iur Social. & Gentium* §. 1407. seqq. Conf. HÖRNIVS *de paribus iudicium sententiis*.

COR. IIIA Simul inde patet, quia ratione vera sit sen-
Et sententia

sentia Doctorum, qua affirmatur, in comitiis ciues, qui praesentes sunt, omnes repraesentare.

§. 758.

Quid aestimare & numerare votorum.

Votorum moralitas eorum *qualitatem* constituit. Votorum *qualitatem* determinare, idem est ac *vota aestimare*, & multitudinem votorum determinare, idem est ac *vota numerare*.

§. 759.

Vltimum valet de votis civium.

In democratia vota civium non aestimari sed numerari debent. Ponamus enim, quaedam ut maligna esse reiecta, consequens erit, ut negotia publica omnium civium votis non determinata in democratia iuste agi possint. Quamobrem, cum hoc §. 756. repugnet, vota civium in democratia numeranda esse, ex §. 757. & 758. sequitur.

§. 760.

Quando maiora vota commode exquiri possint determinatur.

Maior suffragiorum seu votorum numerus in democratia valere debet (§. 757. 759.), necessarium igitur est, ut quaeramus modum, quo maiora vota commode exquiri possint: votum est voluntatis declaratio (§. 755.), sed potest quis suam voluntatem vel ipse vel per alium declarare (§. 178.); duplex ergo in democratia prostat modus, quo maior votorum numerus potest exquiri, alter requirit, ut omnes ciues vicinim audiantur, alter, ut populus in curias aut centurias distribuatur. Vltimum modum iuri naturae magis consentaneum esse, docet §. 752. collato §. 93. Cor. 2.

SCH. Prioris modi exemplum exhibet CORNEL. NEP. in CIRONIS vita Cap. V. §. 1. &c. & de posteriori, DIONYSIUM HALIC. Lib. 8. legere possumus.

mus. Conf. HUBERVS de Iure ciuit. Lib. I. Sect. VIII. Cap. IV. n. 49. seqq.

§. 761.

Quae maiori suffragiorum numero in comitiis decreta, in democratia inter leges referri debent. Quae enim populus in democratia maiori suffragiorum numero in comitiis decreuit, in ciuitate ab imperante decreta sunt (§. 750.), imperantis igitur, vt illa agantur, voluntas est (§. 176.). Quamobrem, cum omnes, qui in ciuitatis territorio viuunt, vt voluntati imperantis conuenienter viuant, perfecte obligati sint (§. 710.), & propositio obligatoria lex vocetur (§. 98.), in democratia etiam leges sunt, quae maiori suffragiorum numero in comitiis decreta.

Quae in comitiis maiori votorum numero decreta, leges sunt.

COR. I. Huius itaque ciuitatis ciues positivae, & huic ciuitati subiecti non-ciues negativae & perfecte obligati sunt, vt eiusmodi decretis conuenienter viuant (§. 713. & §. 711. Cor. 2.).

COR. II. Ex quibus simul patet, maiorem hac in ciuitate ciuium partem habere ius ceteros cogendi, vt imperata illa faciant (§. 153. 712. 552.).

COR. III. Vtrum vero ceteros istos cogere possit ob causam subiectionis, an ob rationem iuris, quod laeso competit in laedentem, facile ex principiis ante a me abunde explicatis intelligi poterit.

§. 762.

Haecenus principia, statum ciuitatis democraticum spectantia, explicauimus, illaque eiusmodi demonstrationibus corroborauimus, quae simul principia, quae in omnibus collegiis, pro definitione §. 678. Cor. 2. data, va-

Ex consuetudinibus inferuntur leges collegii.

Ee 2

lent,

lent, accurate, mutatis iis, quae natura obiecti mutari iubet, determinant. Docent nimirum:

I. Assessores collegii nihil posse constituere nisi in conuentu (§. 751.).

II. Assessores collegii perfecte obligatos esse, ut cuidam concedant ius conuocandi atque proponendi quaestionem (§. 754.).

III. Maiorem suffragiorum numerum decernere (§. 757. Cor. 2. & §. 749.).

IV. Praesentes omnes repraesentare (Cor. 3. §. 757.). Et quae sunt reliqua.

§. 763.

Hactenus
dicta applicantur
ad aristocraticam.

In aristocratiâ maiestas est in toto quorundam ciuium numero (§. 748. Cor. 2.), qui *optimates* s. *primores* s. *proceres* vocantur. Quae ergo de democratia demonstrata sunt, de aristocratiâ etiam dicere debemus, optimatibus in locum ciuium, numero optimatum in locum populi, & conuentu optimatum, qui *senatus aristocraticus* dicitur, in locum comitiarum substitutis. Sequentes itaque manifestae sunt propositiones:

I. In aristocratiâ optimates collectivè sumti sunt ciuitatis imperans, sigillatim vero considerati imperio ciuitatis subiecti (§. 749.). Conf. III. BOEHMERVM l. c. p. 212. lit. h.

II. Senatus aristocraticus in aristocratiâ necessarius est (§. 751.), & optimates hac in ciuitatis forma negotia publica non possunt constituere, nisi quae in senatu maiori suffragiorum numero decreta (§. 756. seqq.).

III.

III. Maiori optimatum parti competit ius ceteros, qui in senatu sunt, cogendi, vt ad maioris partis sententiam accedant (§. 757. Cor. 1.).

COR. Optimates igitur, qua tales, viuunt in societate (§. 521.), & quidem aequali (§. 550. & Prop. I.). ideoque eorum societas inter collegia referri debet (Cor. 2. §. 678.). Ergo & ea hic valent, quae §. 762. indicata.

IV. Quae in senatu aristocratico maiori suffragiorum numero decreta, hac in ciuitate sunt leges (§. 761.).

COR. Quia ex ratione etiam eiusmodi decreta senatus consulta seu magistratuum edicta dicuntur.

V. Collegio optimatum competit ius ciuitati subiectos cogendi, vt senatus consultis conuenienter viuant (§. 761. Cor. 2.). Et quae sunt reliqua.

SCH. De origine imperii aristocratici & imperio Dyarchico, de quo lege BOECLERVM ad Grotium p. 255. & GRIBNERVM in Iur. Nat. p. 195., dicemus in praefectionibus.

§. 764.

In collegio vni praecipua quaedam prae ceteris iura competere possunt salua societatis aequalitate (§. 550.). Ergo & idem valet de collegio optimatum (§. 763. Prop. III. Cor.). Et ita aristocratiae speciem, quae *principatus* accepit nomen, concipimus.

SCH. Ceteras aristocratiae species verbis Cel. FLEISCHERI exponere sufficiat, ita enim ille (a) variae etiam huius, aristocratiae scilicet, dantur formae. Nam deprehenditur aristocratia electiua atque successiua (de qua in ultimo huius sectionis titulo.).

tulo.) Interdum optimum numerus est definitus. Apud nonnullos imperium optimum perpetuum, apud alios temporarium est. Saepe omnes admittuntur ad hanc dignitatem, alibi certae saltem familiae. Hic optimates elegit populus, illic autem optimates ipsi.

(a) in Institut. I. N. & G. Lib. III. Cap. XVII. §. 24. Conf. HUBER de iur. ciuit. Lib. 1. sect. 8. Cap. 1. & 3.

§. 765.

Quid
Monar-
cha.

Quatenus monarchiae habetur ratio, maiestas in vno indiuiduo residet (§. 748. Cor. 2.), quod *monarchae* accepit nomen. *Monarcha* igitur est ciuis, qui habet imperium ciuile summum (§. 668. 655. cum Cor. Cor.).

COR. I. Quae ergo de imperio ciuili summo i. e. iuribus maiestaticis §. 670. seqq. dicta, omnia ad monarchiam applicari possunt. Non igitur habemus, cur de hoc plura hic dicamus. Quaedam tamen, quae illa magis determinant, adponamus.

COR. II. Monarcha habet iura maiestatica. Cauendum igitur est, ne monarchiam ex solo *regis, imperatoris & caesaris* titulo diiudicemus. Nam multi gauisi sunt atque gaudent potestate monarchica sine regio titulo, & e contra plures titulo *regis* gaudentes potestate monarchica destituti sunt. Exemplo sint *reguli Laconum & Carthaginensium &c.* vid. Aristot. Pol. Lib. III. cap. 9. conf. GROTIUS de Iure B. & P. Lib. I. cap. III. §. 10.

SCH. Dicatur de quaestione: num, qui a populo suo regium titulum nactus, eundem ab aliis etiam populis stricto iure postulare possit? vid. §. 273. 325. seqq. conf. de LVDVIG. de Iure appellandi Reges.

COR. III. Simul ex Cor. 2. & §. 525. colligitur, a monarchia ad imperium despoticum non valere consequentiam. Notemus in praelectionibus ea, quae ab

ab HVBERO de Iur. Ciu. Lib. I. Sect. VII. cap. III. B. 17. monarchæ tribuuntur, quo machiauellistarum praecepta magis explicare possimus.

SCH. I. Explicatorum ope, diuisionem maiestatis in patrimonialem & usufructuariam, de qua vide GROTIUM l. c. §. 12. seqq. & Lib. II. Cap. VI. cum THOMASIO in notis ad Huberum de iur. ciu. Lib. I. Sect. III. cap. II. not. la. reicere possumus.

SCH. II. De quaestione, quam GROTIUS L. I. Cap. III. §. 11. mouet, vtrum scilicet dari possit monarcha temporarius? in praelectionibus dicturi sumus, legas. interim PUFFENDORFIUM in I. N. & G. Lib. VII. cap. VI. §. 15. & BODINUM de Republica L. I. Cap. VIII.

§. 766.

Principijs haecenus explicatis funditus si mul euertitur monarchomachorum systema, quod sequentibus propositionibus exhibet GRIBNERVS l. c. Lib. II. Cap. VII. §. II. n. 2. :
 1.) *summu[m] imperium semper est penes populum*, quae contra §. 748. Dicatur tamen de maiestatis diuisione in personalem & realem. 2.) *Princeps male imperans a populo in ordinem redigi potest*, quae contra §. 710. 668. 718. cum Cor. Cor. 3.) *Populus vniuersus principe est maior*, quae contra §. 655. Cor. I. 668. 681. Cor. I. 4.) *Quilibet principi potest resistere, si iniusta petit*, quae contra §. 715. seqq. 5.) *Magistratus inferiores regi se possunt opponere*, quae contra §. 725. Cor. Cor. 6.) *Absolutus monarcha est tyrannus*, quae contra Cor. 3. §. 765. & §. 703. cum Cor. Legas, LVNDORP. VM Tom. II: act. publ. p. 276. seq.

Systema
monar-
choma-
chorum
euerti-
tur.

§. 767.

De forma
ciuitatis
mixta.

Formas ciuitatum simplices satis haecenus explicauimus, iam etiam de mixtis. Manifestum est ex §. 747. formam ciuitatis, quae non mere monarchica, nec mere aristocratica, nec mere democratica, esse formam ciuitatis mixtam (§. 748.).

COR. Quamobrem, cum haec compositio varia ratione fieri possit, quouiam interdum omnes tres formae, interdum duae coniunguntur, earumque coniunctio iterum variis diuersissimisque rationibus fieri possit, generatim explicare non possumus, quid circa eiusmodi formas sit iustum atque iniustum. In ea tamen sumus persuasione, facili fieri posse negotio, ut principiorum de formis simplicibus explicatorum ope obuias ad quaestiones de forma ciuitatum mixta respondeatur.

SCH. HOBBSIVS quidem in *Tr. de ciue* cap. VII. §. 4. eiusmodi formas negauit, ratione vero minime sufficiente. Nec habuit, cur ex harum formarum denominatione, qua irregulares vocantur (§. 747.), eas monstrosas esse, affirmauerit. vid. BAYLIJ meditatio dans les pensees diuerses de felicitate regni germanici.

§. 768.

De ciuitatum
systema
tc.

Plures familiae pacto iuri naturali conueniente sine communi imperio coniungi possunt, ut vnitis viribus pericula communia auertant (§. 652. cum Cor. Cor.). In locum familiarum substituamus ciuitates, quo facto intelligemus, quid *systema ciuitatum*.

COR. I. Systema igitur ciuitatum non est ciuitas (§. 655.).

COR. II. Et quae §. 652. seqq. de anarchia dicta, ad ciuitatum etiam systema applicari possunt.

§. 769.

§. 769.

Sequentes inde fluunt propositiones:

Cuius
principia
indican-
tur.

I. Systematis ciuitatum nullus est imperans, licet ciuitatibus, quibus eiusmodi systema constituitur, imperantes praesint (§. 652. Cor. 2. & 3.).

II. Systemate ciuitatum constituto illarum formae non sunt mutatae (Cor. 3. §. cit.).

COR. Iura igitur maiestatica singulis ciuitatibus salua manent. Ergo & ius belli. vid. BORHMERVM in Iur. publ. vniu. Lib. II. Cap. I. §. XIV.

III. Systema ciuitatum est societas (Cor. 2. §. cit.), cui ciuitates subordinatae (§. 554. & Cor. 1. §. 652.).

IV. Maior itaque est obligatio, qua vnus ciuitatis subditi commodum systematis, qua talis, quam qua commodum ciuitatis, cui sunt subiecti, promouere debent (§. 556.). Et quae sunt reliqua.

SCH. Plura, quae hoc de systemate dicenda, ex natura pacti deduci possunt, v. g. responsio ad quaestionem: *utrum singulis ciuitatibus liceat se a systemate separare? Et reliqua.*

§. 770.

Plura, quatenus connexa sunt, vnum con-
stituunt. Ergo & fieri potest, vt plures ciui-
tates ea ex ratione vnum constituent, quoni-
am eorum maiestates communi subiecto con-
cessae (§. 655. Cor. 1.). Efficere, vt plures
fiant vnum, idem est ac *vnire*. Satis itaque in-
de intelligimus, quid sit *regnorum seu ciuita-
tum vnio*.

Quid re-
gnorum
vnio.

Et §

COR.

COR. Hinc palam fit, ciuitatum systema a plurium ciuitatum seu regnorum vnione distinguendum esse (§. 768.).

§. 771.

Quid vnio regnorum incorporatiua & non in corporatiua.

Vnitur autem ciuitas cum altera quadam ciuitate vel ita, vt huius ciuitatis partem constituat, vel ita, vt hac cum ciuitate nouam quandam producat ciuitatem. Priori ratione vnio illa regnorum seu ciuitatum vocatur *incorporatiua*, posteriori vero *non-incorporatiua*, vid. TREVIERI NOT. ad §. 15. cap. VIII. Lib. II. PVFEND. de offic. hominis & ciu.

COR. Quae de familiarum vnione in superioribus §. 607. seqq. dicta, ad ciuitatum vnionem accommodari posse, ex dictis manifestum est.

§. 772.

Earum effectus explicatur.

Posita incorporatiua ciuitatum vnione, ciuitas, quae cum altera vnita, non iura solum maiestatica amisit, sed & huius ciuitatis formam assumpsit. Posita vero ciuitatum vnione non incorporatiua, eiusmodi mutationem fieri, dici nequit. Ciuitas enim, quae cum altera incorporatiue vnita, partem huius ciuitatis constituit (§. 771.). Quamobrem, cum iura maiestatica tantummodo in tota sint ciuitate (§. 770.), consequens est, vt ciuitas, quae cum altera incorporatiue vnita, iura sua maiestatica amiserit. *Q. e. p.*

Porro, ciuitas, quae cum altera quadam ciuitate vnita, subiecto, quod gaudet imperio ciuitatis, cum qua vnita, imperium civile concedere debet (§. 770.). Ideoque huius ciuitatis formam assumit (§. 747.). *Q. e. a.*

Quo-

Quoniam vero vnio ciuitatum non-incorporatiua efficit, vt noua inde oriatur ciuitas, in qua altera vnitarum non vt pars alterius spectari potest (§. 771.), non habemus, vt facta hac ciuitatum vnione vniam alterius formam assumisse, aut iura sua maiestatica amisisse, affirmemus. Q. e. t.

COR. I. Mutatio itaque, quae ex vnione ciuitatum non-incorporatiua oritur, in iurisprudencia vniuersali definiri nequit.

COR. II. Simul ex dictis patet, nos non posse affirmare sententiam GROTIJ, qua, in vnione ciuitatum vnum populum semper ius suum amittere, existimauit. vid. I. B. & P. Lib. II. Cap. IX. §. 9.

COR. III. Porro manifestum est, hocce vniendi ius, inter iura maiestatica referendum esse (§. 666. prop. IV. coll. §. 658.).

§. 773.

Possit in huius tractationis limite moueri quaestio: *Quaenam ciuitatum forma alteri sit praeferenda?* sed responsio erit periculosa. Conclusio huius doctrinae. Doctores saepissime ex adfectu quaestionem decidunt. Sufficit vniamquamque sua commoda & incommoda habere. Metuimus illum campum, manum itaque de tabula.

TIT. II.

DE MAIESTATIS ACQUISITIONE SPECIATIM IN MONARCHIA.

§. 774.

Maiestas est imperium ciuile (§. 668.). Modi acquiritendi maiestatis eadem generaliter imperium est ius perfectum atque affirmatiuum in personas (§. 667.). Ergo & maiestas eadem ratio-

determinantur.

ratione acquiritur, qua ius perfectum atque affirmatiuum in personas acquiri potest. Quamobrem, cum hic tantummodo de creaturis dicatur, maiestas non acquiritur nisi deriuatiue (Cor. 3. §. 520.), ideoque vel praeuio pacto vel immediate ex lege (Cor. 1. §. cit.).

§. 775.

Inquit huius ciuitates sunt vel necessariae vel voluntariae.

Maiestas sine ciuitate, & ciuitas sine maiestate concipi nequit (§. 668.). Ciuitas est societas (§. 660.), ergo & ciuitas est vel necessaria vel voluntaria (§. 549. & 774.). *Necessaria*, in qua maiestas immediate ex lege, *voluntaria* vero est, in qua maiestas praeuio pacto acquiritur.

§. 776.

In hac subiectum quod maiestatem gerit dependet a ciuium electione.

In ciuitate voluntaria ciues subiectum, quod imperium ciuile gerit, eligunt. Hac enim in ciuitate subiectum illud maiestatem habet mediante pacto (§. 775.), ideoque mediante consensu ciuium (§. 415.). A voluntate itaque ciuium dependet, vt maiestatem habeat (§. 397.), ideoque ab illorum electione (§. 50.).

COR Ergo & huius ciuitatis forma originarie ab electione ciuium dependet (§. 747.).

§. 777

Ergo ciuitas est vel electiua vel successiua.

Eligunt vero ciues subiectum illud vel qua tale, vel in relatione ad omnes eiusdem descendentes. Priori ratione ciuitas voluntaria *electiuae*, posteriori vero *successiuae* accepit nomen. Concipi etiam potest *ciuitas voluntaria mixta*, quae partim successiua partim electiua

ctiua est, si scilicet successio semper praecedente electione confirmanda.

COR. I. In ciuitate electiua ius eligendi omnibus competit ciuibus (per dem. ad §. 776.). Quilibet ius suum; quod non ex pacto habes, in alios transferre potest (§. 451. 278.). A voluntate ergo ciuium dependet, vtrum omnes velint eligere, an ius eligendi quibusdam concedere. Et ita habemus characterem eorum, qui καὶ ἑκὼν *Electores* vocantur **CONF. HVÆRVVS** l. c. Lib. I. Sect. VII. cap. 5. n. 3. seqq.

COR. II. Si ciuitas est successiua, imperantis descendentes ius succedendi non ab imperante illo sed a populo habent. Quo ex principio responderi potest ad quaestionem: *an quis in regno successiuo pro se & liberis suis iuri succedendi renuntiare queat?*

COR. III. Fisi adoptati non sunt descendentes (§. 576. **COF.** I. & 637.). Ergo nec in ciuitate successiua ius succedendi eiusmodi filiis competere potest. vid. **BOEHMERVM** l. c. Lib. III. Cap. IV. §. 23. n. d.

SCH. Potest ex dictis intelligi, cur ciuitates voluntariae in dubio pro electiuis habendae, quoniam nimirum successiuae esse nequeunt, nisi praesui speciali quodam facto. vid. **BOEHMERVM** l. c. Lib. I. Cap. III. §. 32.

§. 778.

Qui imperantem eligunt, hac ratione collegium aliquod constituunt (§. 678. **COR. 2.**), iuri itaque naturali conueniens est, vt maior suffragiorum numerus decernat electum (§. 762. **Prop. III.**).

In electiua maioris partis sententia praeva- lis.

SCH. Vtrum vero maior illa pars ratione eligentium, an in relatione ad eligendum determinanda, me quidem iudice ex iure naturali inferri nequit.

§. 779.

§. 779.

Quid in-
terre-
gum.

Status ciuitatis eo tempore, quod inter decessum defuncti imperantis, & electionem noui ponitur, *interregni* nomen accepit.

COR. Interregni igitur non, nisi in ciuitate electiua, ratio haberi potest (§. 777.).

§. 780.

Quo ma-
iestas
competit
iis, qui
habent
ius eli-
gendi im-
peran-
tem.

Tempore interregni maiestas, ordine in iis, quibus competit ius imperantem eligendi, residet. Non datur enim ciuitas sine subiecto, quod imperium ciuile gerit (§. 747. 667.). Ergo etiam in interregno maiestas in subiecto quodam residere debet. Quamobrem, cum ii, qui iure eligendi imperantem gaudent, alteri dent maiestatem (§. 777. Cor.), necesse est, vt, tempore interregni eosdem maiestatem habere, affirmemus.

COR. Si igitur eiusmodi in ciuitate electores sint constituti, tempore interregni ciuitas aristocratiæ temporariæ (§. 748.), si vero eligens sit populus, democratiæ habitum induet (§. cit.).

SCH. Potest hinc ex principiis deduci, quid iustum sit in vicariatu in absentia captiuitateque imperantis, & quae sunt reliqua. &c.

§. 781.

De ciui-
tatibus
successi-
uis nil
uerbe in
I. N. de
terminari
potest.

In ciuitate voluntaria successiua mortuo imperante maiestas residet in ipsius descendenti-
bus (§. 777.). Sed quaeritur in quibus? Quoniam hoc succedendi ius originarie a consensu populi dependet (§. 775. seqq.), necesse est, vt pacti primi habeatur ratio. Facta itaque dant principia, ex quibus responsio illam ad quaestionem deducenda, ideoque in iurisprudencia vniuersali determinari nequit.

SCH.

SCH. I. Qui ex eo, quod ciuitatum diuifio ciuitatis felicitati repugnet (§. 666. Prop. IV.), ius primogeniturae deducere volunt, conclufionem illam ratione cam fufficiente illatam effe, vix affirmare poterunt. Vellem tamen, vt legas LYDOLPHVM de iure primogeniturae.

SCH. II. Quae de fuffeiffione fexus fequioris, & in hac de fuffeiffione Caftiliana & Francica dici poffunt, in praelectiombus ex. hiftoria exponemus.

§. 782.

In ciuitate neceffaria maieftas immediate ex lege acquiritur (§. 775.). Haec inter leges etiam eas, quae de occupatione bellica praecipiant, referendas effe, ex Cor. 2. §. 520. fatis patebit. Manifefturn itaque eff, fieri poffe, vt quis iure belli fiat ciuitatis imperans. Qua ratione regna vocantur *hereditaria*, ab aliis etiam *patrimonialia*.

De impetibus hereditariis.

COR. Eiusmodi itaque in ciuitate imperans maieftatem non habet a populo. Ergo & fine populi confenfu fuffeiffionem determinare potest (§. 494. seqq.) vid. BOEHMERVM l. c. Lib. III. Cap. IV. §. 21. & HUBERVM l. c. Lib. I. Sect. VII. Cap. VII.

§. 783.

Qui iure belli maieftatem fibi vult acquirere, aut iuftam belli cauffam habet, aut non. Posteriori ratione vocatur *inuafor regni* feu *tyrannus titulo-tenus*. Hic aut eff ciuis aut extraneus. Si prius, eff rebellis (§. 715.), fi vero pofterius, *hollis* feu *regni inuaforis in fpecie fic dicti* nomen accepit.

Quid tyrannus titulo-tenus.

COR. Inuafor igitur regni ciuitatem laedit (§. cit.), ergo & ciuitati dat iuftam cauffam belli (§. 362.). Ex quibus fimul patet, qua ratione quis iure belli iufte

iufte

iuste sibi acquirere possit maiestatem. Conf. HVBERVM l. c. Lib. I. Sect. IV. n. 3. seqq.

§. 784.

Quae circa maiestatis amissionem iusta sunt, deduci possunt ex §. 560. & 561.

TIT. III.

DE

LIMITIBVS MAIESTATIS SPECIATIM IN MONARCHIA.

§. 785.

Quid li.
mcs ma-
iestatis.

Quicquid rei certam dat mensuram, id eandem limitat (§. 2. Pr.). In rei locum substituas iura maiestatica & manifestum erit, imperium civile summum id limitare, quod iuribus maiestaticis in subiecto quodam existentibus certam dat mensuram, (§. 668.). Limes igitur maiestatis seu imperii civilis summi est, ultra quod nihil amplius in eadem cogitare licet.

§. 786.

Natura-
lis & pa-
cticius.

Limes ille maiestatis vel dependet ab essentia maiestatis, vel a civium consensu, priori ratione eiusmodi limes dicitur *naturalis*, posteriori vero *pacticius*.

COR. Quicquid ex rei essentia fluit, id ex eiusdem rei definitione concipi potest. Ideoque patet, limites maiestatis naturales hacc determinari propositione: *Non licet cogitare ius in maiestate, quod ultra civitatis scopum extendatur (§. 668.).*

§. 787.

Omnis
maiestas

Quatenus sibi imperans iura maiestatica, ex civitatis scopo non deducenda, arrogat, civi-

ciuitatem laedit (§. 527. 660.), ergo agit contra obligationem perfectam (§. 325. Cor. 2.): iniustum igitur est, maiestatem sine limite naturali cogitare (§. 155.).

naturaliter limitata est.

COR. Quae ergo §. 670. seqq. de iuribus maiestaticis dicta, limites maiestatis naturales determinant.

SCH. Explicentur in praefectionibus, quae I. Sam. VIII. dicta.

§. 788.

In ciuitate necessaria maiestas naturaliter limitata est, & alia quadam ratione limites maiestatis in eadem cogitari nequeunt. In ciuitate enim necessaria subiectum, in quo maiestas residet, eam non habet a consensu populi, sed iure belli (§. 782. 775.), hac itaque in ciuitate maiestas per pacta limitari nequit (§. 786.). Fieri itaque non potest, vt eiusmodi in ciuitate maiestas limitetur, nisi naturaliter (§. cit.). Hac vero ratione maiestatem in eadem limitatam esse, manifestum est ex §. 787.

Limites maiestatis in ciuitate necessaria determinantur.

SCH. Hoc ex principio responderi potest ad HOBBSII sententiam, qua in Tr. de Ciue. Cap. VI. §. 18. affirmat, potestatem imperantium non posse limitari, quia nullum in terra agnoscant superiorem. Limitatur enim a iure naturali, ideoque a iure diuino.

§. 789.

In ciuitate voluntaria imperans habet maiestatem a consensu populi (§. 775. seq.). Sed consensus est vel purus, vel conditionatus (§. 424.). Ergo & manifestum est, fieri posse, vt in eiusmodi ciuitate limites maiestatis pactis constituentur (§. 786.).

In ciuitate voluntaria maiestas per pacta limitari potest.

SCH. Conf. PERILLVSTREM DN. de MVNCHHAY-
STEN in Diff. de Capitulatione perpetua Cap. I.

§. 790.

Quid
monar-
chia ab-
soluta.

Monarchia, in qua maiestas per pacta non
limitata est, vocatur *absoluta*.

COR. Quoniam monarchae, licet absolutus sit, limi-
tes maiestatis naturales inesse debent (§. 787.), ab-
unde sequitur, vt a monarcha absoluta ad tyrannum
non possimus concludere.

§. 791.

Quid
leges
funda-
mentales
& capi-
tulationes.

Si, qui imperantem eligunt, proposi-
tiones quasdam constituunt, quibus imperans
modum exercendi iura maiestatica attempe-
rare debet, propositiones illae in ciuitate suc-
cessiuae *leges fundamentales* & in ciuitate ele-
ctiuae *capitulationes* vocantur.

COR. I. Imperans igitur, qui agit contra leges fun-
damentales vel capitulationes, non ea agit, quae vi
iuris maiestatici agere potest.

COR. II. Leges fundamentales & capitulationes effi-
ciunt, vt iura maiestatica per pacta sint limitata (§.
785.). Ergo & saluis legibus naturalibus fieri pos-
est, vt eiusmodi leges in ciuitate voluntaria consti-
tuantur (§. 789.).

COR. III. Simul patet, imperantem, constitutis eius-
modi legibus, perfecte obligatum esse, vt iisdem
conuenienter viuat (§. 420.). Quod notetur con-
tra HOBBSIVM l. c. Cap. VII. §. 17.

SCH. Leges fundamentales vel capitulationes dant
maiestati limites pactitios (Cor. 2.), ideoque ex-
ercitium iurium maiestaticorum restringunt (§.
785. seq.). Si ergo princeps vel nuda vel iura-
mento promiserit, se non velle naturales maiesta-
tis limites violare, vt e. g. antiqui Francorum re-
ges referente RODINO de republica Lib. I. cap. 8.
debe-

debeant iurare: *iuro ego per Deum omnipotentem ac promitto, me iuste regnaturum, iudicium aequitatem ac misericordiam facturum*, inde non poterit inferri, *leges fundamentales vel capitulationes esse constitutas ideoque monarchiam esse limitatam.*

§. 792.

Pactum imperantis cum ciuibus, quo imperans ea conditione maiestatem accipit, vt violatis legibus fundamentalibus vel capitulationibus se imperio velit abdicare, vocatur *commissorium* seu *lex commissoria*.

COR. Quoniam modus paciscendi ab arbitrio paciscen-
tium dependet (§. 415. Cor. 5.), & in ciuitate vo-
luntaria ciues leges fundamentales vel capitulationes
per pactum possunt constituere (Cor. 2. §. 791.), ma-
nifestum est, saluis legibus naturalibus fieri posse, vt
pactum commissorium sit iustum (§. 419. Cor. 3.).
vide HERNIGES ad GROTIUM Lib. I. cap. III.
§. 16.

§. 793.

Imperans non statim maiestatem, violatis legibus fundamentalibus siue capitulationibus, amittit, nisi pacta commissoria id sit constitutum.

Legibus enim fundamentalibus atque capitulationibus exercitium iurium maiestaticorum solummodo restringitur (Cor. 2. §. 791.). Ex eiusmodi itaque legum violatione inferri solummodo potest, imperantem plura sibi arrogasse iura, quam per pactum illi sint concessa (§. 791.). Quamobrem, cum ex eo, quod quis plura sibi arrogauerit iura, quam quae concessa sunt, colligi nequeat, illum hoc facto ea etiam iura, quae habuit, amisisse (§. 426.), manifestum est, a violatione legum fundamentalium

talium vel capitulationum ad maiestatis amissionem non valere consequentiam. Q. e. p.

Altera propositionis pars ex §. 427. ab-
unde sequitur.

§. 794.

Quid
imperii
ordines.

Porro ex dictis patet, necesse esse, ut in civitatibus per pacta limitatis viri, qui leges fundamentales vel capitulationes a violatione custodiant, constituentur (§. 792. 94.). Eiusmodi viri dicuntur *ordines imperii*. Ergo & iuri naturali convenienter ordines imperii in civitate per pacta limitata constitui possunt.

COR. Ex his colligimus, ordines imperii, qua tales, quoniam, qua tales, non alia habeat iura, quam quibus leges fundamentales & capitulationes a violatione custodire possunt, non esse coimperantes (§. 791. 721. 668.), ergo nos efficere posse, ut imperium desinat esse mere monarchicum, ac aristocraticum esse incipiat (§. 748.).

SCH. Notare velis, alia esse iura, quae ordines imperii habeat, alia, quae, qua tales, habent.

F I N I S.
IVRIS PVBLICI VNIVERSALIS.



ELE-

ELEMENTA
IVRIS CIVILIS
VNIVERSALIS.

ALFRED
CLIVIO BIANCHI
MILANO

SECTIO VI.

QVAB

IUS CIVILE VNIVERSALE
PORRIGIT.

CAP. I.

DE

IURIS CIVILIS VNIVERSALIS NA-
TVRA.

§. 795.

Iurisprudencia, quae statum civitatis publi- Iuris ci-
villis vni-
versalis
definitio.
cum spectat, pro instituti ratione satis
explicata, ordo postulat, ut ad status pri-
vati iurisprudenciam progrediamur. Quid
sit status in civitate privatus, diximus §. 661.
Ius privatum definivimus §. 662. Ius priva-
tum pro iure civili, & ius civile pro iure pri-
vato substitui potest (§. 38. Pr.). Est ergo
ius civile scientia de legibus, ex quibus ea,
quae in nexu civitatis privato iuste faciendae,
deducuntur (§. 662.). Ius illud civile voca-
tur *universale*, quatenus tantummodo eorum,
quae ex eiusmodi nexu privati definitione
fluunt, ratio habetur.

COR. In nexu civitatis privato imperio civitatis sub-
iectorum habetur ratio (§. 661.). Duo igitur in iure
civili privato constituenda sunt capita, quorum *pri-
mum* leges, quibus imperio civitatis subiecti, dum
erga se invicem agunt, convenienter vivere debent,
& *alterum* modum, quo iura sua violata per magi-
stratum persequi possunt, explicat (§. 719.). *Pri-
mum* dat scientiae iuris civilis, *alterum* prudentiae ci-
vilis characterem.

Ef 4

§. 796.

§. 796.

Funda-
mentum
scientiæ
iuris ci-
uilib.

Imperio ciuitatis subiecti duplici ratione considerari possunt. Sunt enim tam homines, quam ciuitatis subiecti. Facile inde inferri potest, scientiæ iuris ciuilibus vniuersali fundamentum hanc esse propositionem: *tam legibus naturalibus perfectis* (§. 660. §29. Cor. 2.) *quam legibus ciuilibus conuenienter viuas* (§. 671. 710.). vide tamen §. 181.

COR. Leges ciuiles in determinationibus ciuitatis indiuidualibus rationem habent (§. 671.). Leges naturales erga alios tam extra societatem, quam in societate obseruandas satis in superioribus exposuimus. Principiorum itaque ante explicatorum ope fundamentum illud facili negotio magis determinari potest.

§. 797.

Quid ci-
uilitate
iustum &
iniustum.

Leges ciuiles sunt leges perfectæ (§. 671. 660. §29. Cor. 2.). Quicquid legibus perfectis conueniens, id iustum est (§. 159. 155.), & quicquid contra leges perfectas agitur, pro iniusto haberi debet (§. cit.). Legibus igitur ciuilibus conueniens *ciuilitate iustum*, & legibus ciuilibus repugnans *ciuilitate iniustum* vocari meretur.

§. 798.

A natu-
raliter
iusto ad
ciuilitate
iustum
non va-
let conse-
quentia.

Quicquid naturaliter iustum est, non statim est ciuilitate iustum. Naturaliter iustum conuenit cum legibus naturalibus perfectis (§. 159. 155.), & ciuilitate iustum est quod legibus ciuilibus conueniens (§. 797.). Leges naturales ex ipsa rei definitione, ciuiles vero ex determinationibus ciuitatis indiuidualibus concipiuntur (§. 28. Pr. & §. 671.). **Quamobrem,**
cum

cum determinationes individuales ex rei definitione non sint deducendae (§. 623. seqq.): manifestum est, a naturaliter iusto ad civiliter iustum non valere consequentiam.

COR. I. Quicquid igitur civiliter iniustum est, naturaliter iustum esse potest.

COR. II. Fieri itaque potest, ut naturaliter valeat, quod civiliter inualidum. Ut vero, quod civiliter valet, etiam naturaliter valere debeat, ex §. 136. necessario sequitur.

COR. III. Actio legibus non repugnans moraliter est possibilis (§. 150.). Quicquid igitur in foro naturali moraliter possibile est, non statim moraliter possibile est in foro civili.

SCH. Concipimus inde differentiam inter ius civile vniuersale & positium, hoc sine illo non posse intelligi, concedimus vi Cor. 2., vi vero Cor. 1. negamus, positium ex naturali posse deducti. Porro inde patet, necesse esse, ut ius civile positium explicaturus intelligat 1.) Ius Naturae 2.) Determinationes ciuitatis individuales i. e. legum posituarum historiam. Notare tamen velis, aliud esse leges explicare, aliud easdem demonstrare. Demonstrare leges civiles positivas idem est, ac demonstrationis termino abuti. Sed de his forsitan alio tempore pluribus.

§. 799.

Posita lege ponitur obligatio (§. 98.). obligatio ex ciuitatis nexu concipienda civilis vocatur. *Qui igitur obligationi naturali conuenienter vivit, non statim conuenienter vivit obligationi civili (§. 798.).*

Quicquid obligationi naturali conueniens, non statim conuenit cum obligatione civili.

COR. Quo ex principio facili negotio inferri potest

- 1.) Fieri posse, ut in foro civili obligationibus naturalibus plura ad officii satisfaciendum addantur motiua (§. 74.), ideoque ut obligatio civilis maior euadat obligatione naturali (§. 82.).

Ff §

2.) Obli-

2.) Obligationem in foro naturali imperfectam in foro ciuili fieri posse perfectam (§. 419. seqq.).

3.) In foro ciuili actionem iustam saepissime magis compositam esse, quam in foro naturali (§. 174.). Quod illustrari potest solennitatibus, quas in agendo, qui ciuilitate iuste vult agere, non debet omittere. vid. §. 506.

S. C. H. Cur vero motiuum, obligationem ciuilem constituens, plerumque sit poena, ex eo facile deduci poterit, quoniam teste experientia, homines magis praesentibus, quam sensus afficiant, percelluntur, quam futuris, sola ratione assequendis.

§. 800

Funda-
mentum
partium
in I. C.
scientia
ponitur.

Omnis obligatio ciuilis est perfecta (§. 660. §. 29. Cor. 2.). Posita perfecta obligatione in altero poni debet ius (§. 153.). Quatenus ergo scientiam iuris ciuilis spectamus, iurium tantummodo atque obligationum, quibus imperio ciuitatis subiecti inter se connexi sunt, rationem habere possumus (Cor. §. 795. & §. 30.).

§. 801.

Partes
scientiae
iuris ex
illo de
ducuntur.

Si quis perfecte obligatus est, vt alteri aliquid praestet, hac ratione obligatus est, vel quia cum altero est in societate quadam (§. 517. seqq.), vel non. Et si hoc, aut obligatus est, vt alteri aliquid praestet, quod nondum fuit alterius (§. 322. seqq.), aut vt alteri praestet, quod illius est (§. 443. seqq.).

§. 802.

De spe-
cialiter
definiuntur.

Tria igitur in iuris ciuilis scientia habemus capita, quorum *primum* explicat leges, quibus ciuitati subiecti actiones suas erga se inuicem, quatenus in eadem societate ciuitati subordi-

ordinata sunt focii, attemperare debent; *alterum* exponit leges, quibus ciuitati subiecti conuenienter alteri ea praestare debent, quae non fuerunt alterius; & *ultimum* explanat leges, quibus ciuitati subiecti conuenienter alteri ea praestare debent, quae sunt illius. Leges civiles sunt leges perfectae (§. 800.), ex legibus perfectis oritur ius perfectum (§. 153.). Iura, quae ex primo capite oriuntur *iura personarum*; quae in altero capite fundata sunt, *iura ad rem*; & quae ex ultimo capite fluunt, *iura in re* vocantur. Et ita abunde patet, in scientia iuris civilis explicandum esse.

1.) Ius personarum.

2.) Ius ad rem, quod etiam ius personae dicitur.

3.) Ius in re, quod etiam iuris realis nomen accipit.

COR. Si velis societatem ciuitati subordinatam statum vocare, vid §. 9. Pr. recte dices, ius personarum esse, quod oritur ex statu.

SCH. Notare velis, ius in re & ius ad rem vno nomine *ius rerum* vocari.

§. 803.

Ius personarum competit ciuitati subiecto, quatenus est societatis cuiusdam ciuitati subordinatae focus (§. 802.). Pro diuersitate igitur societatum, de quibus hic dicitur, differunt etiam iura personarum. Societates illae sunt vel eiusmodi, vt ad eas detur obligatio civilis, vel non. Prioris generis societates *civiliter necessariae*; posterioris vero *civiliter voluntariae* nominari possunt (§. 549.). Iura igitur

Partes personarum considerantur & quidem 1.) ius personarum.

igitur personarum ex societatis civitati subordinatis & civiliter voluntarius, & necessarius sunt deducenda.

§. 804.

2.) Ius
in re.

Ius in re concipitur ex obligatione, qua quis alteri id praestare debet, quod huius est (§. 802.). Res omne id dicitur, quod ad *lō* nostrum pertinere potest. Quicquid ad *lō* nostrum pertinet, aut quoad substantiam ad *lō* nostrum pertinet, aut non. Si posterius, ad *lō* nostrum pertinet aut quoad usum, aut non. Si hoc, vel ea solum ratione ad *lō* nostrum pertinet, ut nobis securitatem crediti praestare possit, vel ea ratione, ut illius substantiam deinde ita possimus acquirere, ut ab altero quodam fine nostra laesione acquiri nequeat. *Primum* dat characterem dominii (§. 445.), *secundum* servitutis (§. 453.), *tertium* pignoris, (§. 486. Cor. Cor.) & *quartum* iuris in re iacente (§. 459. seqq.). Hocce igitur iuris civilis caput explicaturus, doctrinam de dominio, de servitute, de pignore & de iure in re iacente evolueri debet.

§. 805.

2.) Ius
ad rem.

Ius tandem ad rem concipitur ex perfecta obligatione, qua quis alteri id praestare debet, quod non alterius fuit (§. 802.). Quare, cum eiusmodi obligatio aut ex pacto, aut ex turbatione, aut immediate ex lege oriri debeat (§. 520. seqq.), hocce iuris civilis caput evoluturus eas determinare debet rationes, quibus ex pacto, ex turbatione & immediate ex lege acquirere possumus ius ab altero postulan-

stulandi, ut nobis praestet, quod nondum fuit nostrum.

§. 806.

Qui iura alterius violat, hoc facto alterum laedit (§. 328. Pr. VII.). Ergo & ciuitati subiectus, qui alterius ius personarum, aut ius in re; aut ius ad rem violat, alterum laedit (§. 802. seqq.). Triplicem igitur ratione alter ab altero in nexu ciuitatis priuato laedi potest.

Quomodo ciuitati subiectus aliterum laedere potest.

COR. Omnis laesus habet ius violatum ius vindicandi, & a laedente postulandi, ut damnum praestet (§. 324. 333.). Ergo & necesse est, ut eiusmodi ius ciuitati subiecto ab altero laeso competat. conf. §. 333. seqq.

§. 807.

Ut ius suum per magistratum exercent, omnes ciuitati subiecti perfecte tenentur (§. 719. Pr. III.). Ergo & in ciuitate necesse est, ut illis remedia persequendi iuris in foro concedantur (Cor. §. 806.). Remedium iuris persequendi in ciuitate vocatur *actio*. Ideoque in apriico est, in altera iuris civilis parte, quam iuris civilis prudentiam vocauimus §. 795. Cor., ea, quae circa actiones iusta sunt, esse euoluenda.

Quae in I.C. prudentia exponenda indicantur.

SCH. Haec sunt, quae generatim de iure civili uniuersali dicere constituimus, necesse ergo erit, ut ea, quae indicauimus, eorum ope, quae in superioribus explicata sunt, magis determinemus atque non prolixè quidem, pro scopo tamen scripti satis explanemus, quod forsitan ita fieri poterit, ut huius compendii ope iuris studiosi ad solidam iuris civilis scientiam haud difficulter peruenire queant.

CAP. II.

DE

IVRE PERSONARVM.

TIT. I.

DE

SOCIETATIBVS CIVILITER VOLVNTARIIS.

§. 808.

Societas
herilis
civiliter
volunta-
ria & ci-
uitati
subordi-
dinata
est.

Societas herilis est societas civiliter voluntaria, & ciuitati subordinata. Serui enim sunt sub imperio capitis familiae (§. 612. Cor. 2.), ideoque inter ciues non possunt referri (§. 655.), ex quo sequitur, vt in foro civili positue obligari nequeant (§. 713.). Quare, cum societas herilis sine seruis (§. 591.), & eiusmodi serui, qua tales, sine obligatione positua concipi nequeant, (§. 589. 87.): consequens est, vt societas herilis sit societas civiliter voluntaria (§. 803.). Q e p.

Societas herilis pro ciuitate non potest substitui (§. 655.). Si ergo eiusmodi societas sit in ciuitate, necesse erit, vt inter societates partiales referatur. Quamobrem, cum imperanti competat ius efficiendi, ne societates in ciuitate partiales fini vtilitatisque ciuitatis sint impedimento (§. 674.), & cum civiliter iniustum sit, quod iuri maiestatico repugnat (§. 797. 671.), necesse est, ut societas illa herilis sit societas ciuitati subordinata, (§. 554.). Q e a.

COR. Manifestum inde est, ex eiusmodi societate herill iura personarum posse deduci (§. 803.).

§. 809.

§. 809.

Homines vocantur liberi, quatenus a feruitate sunt immunes. Ergo & libertati seruitus perfecta repugnat. Homines a seruitute perfecta immunes sunt, vel quia sine seruitute perfecta nati, vel quia manumissi (§. 602.), priori ratione vocantur ingenui, posteriori vero libertini. Opposita ex ratione patet, seruos esse vel factos, vel procreatos. Hi nimirum ex seruis, illi vero ex liberis nascuntur (§. 598.).

Hominum differentia
seruitutis
libertatis
exponitur.

COR. I. Domini igitur in societate herili, quae tales, sunt homines liberi (§. 589.).

COR. II. Ex quo immediate sequitur, ut filios filiasque familias, qui in societate domestica viuunt, inter ingenuos referre debeamus (§. 610. 609.).

§. 810.

Iura dominorum atque seruatorum sect. III. Cap. III., & iura filiorum filiarumque familias, quatenus in societate domestica viuunt, §. 609. sqq. exposuimus. Ergo & in locis citatis explicata iura personarum ex societate herili concipienda determinant. Non itaque necesse erit, ut de eiusmodi iuribus plura hic dicamus.

Et eos
rum iura
personarum
indicantur.

SCH. Intelligi itaque ex dictis possunt, quae in doctrina de iure personarum in genere, de ingenuis, de manumissione, & de potestate dominica sunt iuris ciuilibus vniuersalis.

§. 811.

Societas matrimonialis, quatenus connubium continet, est societas ciuilitate voluntaria, & ciuitati subordinata. Societas matrimonialis, qua-

Societas
matrimonialis
quo re-
specu sit

ciuilitet
volunta-
ria

quatenus connubium continet, sine concubi-
tu concipi nequit (§. 566.). Omnis concu-
bitus vi coactus naturaliter ergo & ciuilitet
iniustus est (§. 565. Cor. 1. & §. 798. Cor. 2.).
Ciuilitet itaque obligari non possumus, vt du-
camus uxorem (§. 797.). Ideoque societas
matrimonialis, quatenus connubium continet,
(§. 797.), est societas ciuilitet voluntaria (§.
803.): Q. e. p.

Alterum propositionis membrum eadem
ratione, qua alterum propositionis §. 808. po-
sitis partem corroborauimus, demonstrari pot-
est.

COR Patet inde, hac etiam ex societate iura persona-
rum, quae statum ciuitatis priuatum spectant, esse
deducenda (§. 803.):

§. 812.

Iura per-
sonarum
ex hac
concipi-
enda in-
dicantur.

Quae naturaliter iusta circa connubii sco-
pum §. 566. - 569. circa sponsalia §. 581. - 582.
circa arrhas sponsalicias §. 583. §. 584. seqq.
circa repudium atque diuortium §. 586. expo-
sumus. Atque ideo in locis citatis explicata
iura personarum, quae ex societate connubiali
concienda, determinant.

§. 813.

Et spe-
cialiter
determi-
nantur.

Quoniam ciuitatis imperanti competit ius
leges ciuiles ferendi, quarum obseruatio effice-
re potest, vt imperio ciuitatis subiecti com-
mode viuere possint (§. 685.), & societas ma-
rimonialis eiusmodi est, vt sine ea viuentes
multis sane molestiis carerent mortales; pru-
dentiae imperantis in ciuitate est, non per-
mit-

mittere, vt sine folemnitatibus in eiusmodi societatem ruant spondentes (§. 799. Cor. n. 3.).

COR. Determinatis eiusmodi folemnitatibus fieri potest, vt sponsalia atque nuptiae naturaliter iusta ciuilitur sint iniusta (§. 797.).

§. 814.

Et haec est ratio, quae in ciuitate nuptias in legitimas & illegitimas diuidit. *Illegitimae* nimirum sunt, quae ciuilitur iniustae, & *legitimae*, quae ciuilitur iustae. Nuptiae ciuilitur iniustae sunt vel naturaliter iniustae, vel naturaliter iustae. Si prius, matrimonium vocatur *nullum*, & si posterius *illegitimum* sed *ratum*.

Inde sequuntur diuersae matrimonii species.

COR. Ciuiles itaque matrimonii effectus matrimonii illegitimi effectus esse nequeunt.

§. 815.

Qua ex matrimonii diuisione sequitur diuisio liberorum in *legitimos* & *illegitimos*. Illi ex matrimonio legitimo, hi vero ex matrimonio illegitimo nascuntur. Porro liberi illegitimi nascuntur vel ex matrimonio nullo, vel ex matrimonio rato. Ex primo oriuntur *vulgo quaesiti* atque *incestuosi*, & ex altero *spurii* atque *naturales*.

Et ex his diuersae species liberorum.

COR. Liberi igitur illegitimi ea non possunt habere iura, quae ex matrimonio ciuilitur iusto natis conceduntur (§. 814.).

§. 816.

Actus, quo matrimonium illegitimum legitimum declaratur, dicitur *legitimitio*.

Quid legitimitio.

Gg

COR.

COR. Facta igitur legitimatione liberi etiam illegitimi inter legitimos referri (§. 815.), ideoque & illis iura legitimorum concedi debent. Qua ex ratione etiam nonnulli, effectum in causae locum substituentes, legitimationem interpretantur actum, quo liberi illegitimi legitimi declarantur. vid. III. REINECIVM in *Inst. Iur. civ.* §. 166.

§. 817.

Quomodo legitimatio per imperantem fieri possit, determinatur.

Imperanti civitatis competit ius matrimonia illegitima rata, non vero matrimonia illegitima nulla, legitimandi. Legitimatione enim matrimonium illegitimum legitimum declaratur (§. 816.). Legitimatio itaque matrimonii illegitimi rati requirit mutationem legis civilis particularem, legitimatio vero matrimonii illegitimi, quod nullum vocatur, mutationem legis naturalis (§. 814.). Quamobrem, cum civitatis imperanti competat ius leges civiles, non vero ius leges naturales mutandi (§. 673. 136.), consequens est, imperantem civitatis habere ius, matrimonia illegitima rata, non vero matrimonia illegitima nulla legitimandi.

COR. I. Leges civiles non nisi a civitatis imperante mutari possunt, (§. 673.), naturales vero in se immutabiles sunt (§. 136.). Omnis igitur legitimatio matrimonii illegitimi, quod nullum vocatur, illicita est (§. 814.). Ea vero legitimatio matrimonii illegitimi rati in civitate solummodo iniusta vocari poterit, quae non imperantis auctoritate constituta (§. 797.).

COR. II. Fieri posse, ut imperans vel tacite vel expresse matrimonia legitimet, ex §. 677. Cor. 2., & ut aliis etiam civitati subiectis eiusmodi ius concedat, ex §. 724. facile colligitur.

SCH. Quae in doctrina de nuptiis, & de legitimatione sunt iuris civilis universalis, ex haecenus explicatis satis intelligi possunt.

TIT.

TIT. II.

DE

SOCIETATIBVS CIVILITER NECESSARIIS.

§. 818.

Patriae potestatis character discretivus est Species patriae potestatis exposuntur. ius impuberes minorenesque educandi (§. 575.). Quare, cum eiusmodi ius vel parentibus vel tutoribus competat (§. 571. & 587.), necesse est, ut patriam potestatem, quam parentes habent, ab ea, quae tutoribus competit, distinguamus. Illam posthæc *originariam*, hanc vero *derivativam* vocabimus.

COR. Liberi sunt in patria potestate originaria, quia a parentibus procreati (§. 571.). Cives itaque patriae potestatis effectus liberi percipere nequeunt, nisi sint legitimi (§. 814. Cor.). Ex quo intelligimus, quare ratione iustae nuptiae & legitimatio (§. 816. Cor.) patriae potestatis originariae scilicet fundamentum vocari possint. Conf. III. HEINECCIUS l. c. §. 144. seqq. Notare tamen velis, a civiliter iniusto ad naturaliter iniustum non valere consequentiam (§. 798. Cor. 1.).

§. 819.

Adoptio est actus, quo in locum filii ad- De adoptione. sciscitur, qui natura talis non est. Adoptatione igitur efficere non possumus, ut adoptatus sit is, quem procreavimus. Necesse itaque est, ut rationem, cur aliquem adoptemus, consecraria, quae ex procreatione fluunt, exhibeant. Ex quo patet, nos posse aliquem adoptare, vel ut omnia procreationis consecraria, vel ut quaedam solummodo percipiat. Priori ratione adoptatio dicitur *perfecta*, posteriori vero *imperfecta*.

G g 2

COR.

COR. I. Confœdaria illa sunt patria potestas, quae parentibus (§. 571.), & ius ab intestato succedendi, quod liberis competit (§. 644.). Si ergo adoptatio est perfecta, adoptatus est in adoptantis patria potestate, & ius succedendi in bona adoptantis adquisiuit. Si vero est imperfecta, vel patriae tantummodo potestatis, vel iuris succedendi habetur ratio.

COR. II. Qui igitur nec educare, nec alteris ius ab intestato succedendi concedere potest, adoptare nequit.

COR. III. Ex quibus porro intelligimus, fieri posse, ut adoptatio sit modus acquirendi patriam potestatem originariam (§. 818.). Ex quo etiam diuisio adoptionis inter *adoptionem* in specie sic dictam, & *arrogationem* concludenda. Sed ut de his plura hic dicam, scopus scripti non permittit.

SCH. Notetur in praelectionibus quaestio, *an adoptans adoptato iura familiae concedere possit?*

§. 820.

Societas
matri-
monialis
quo re-
spectu sit
civiliter
necessa-
ria.

Societas matrimonialis, quatenus societatem paternam continet, est societas civiliter necessaria, iurisque subordinata. Posito connubio parentes, ut procreatorum vitam conferuent, eorumque felicitatem augeant, per naturam obligati sunt (§. 571.). Hanc ad obligationem etiam motuum ex civitatis nexu concipiendum accedit (vid. dem. ad §. 743.), ideoque parentes ad eiusmodi agendi rationes civiliter etiam obligati sunt (§. 74. 799.). Quamobrem, cum eiusmodi obligatio sit obligatio educandi, (§. 572.), ex qua patria potestas (§. 575.) atque societas paterna oritur (§. 577.), consequens est, societatem matrimonialem, quatenus societatem paternam continet, esse societatem civiliter necessariam (§. 803.).

Q. e. p.

Alta

Alterum propositionis membrum eadem ratione, qua secundam partem propositionis §. 808. positæ demonstrauimus, corroborari potest.

COR. Societas igitur connubialis in ciuitate iniusta erit, si parentes non velint procreatos conseruare eosque educare (§. 578. 797.).

§. 821.

Societas paterna patria potestate originaria constituitur (§. 577. 818.). Patriae potestatis originariae effectus §. 575, 576. explicauimus. Ergo & inde intelligimus iura personarum ex societate paterna concipienda.

Iura personarum ex hac concipienda determinantur.

SCH. Ex dictis abunde concipiuntur, quæ in doctrina de patria potestate, adoptione & legitimatione sunt iuris ciuilibus vniuersalis.

§. 822.

Munus, in quo quis obligatus est, ut mortuis parentibus pupillos educet, vocatur tutela (§. 587.). Aliquem educare idem est, ac actiones ipsius eo dirigere, ut in illo excitetur conatus efficax felicitatem suam promouendi (§. 572). Felicitas hominum est vel interna vel externa (§. 6. Pr.). Tutor igitur obligatus est, ut tam pupilli statum internum, quam externum perfectiorem reddat. Ex quibus patet, duplicem officii tutoris characterem concipiendum esse, quorum alter ex educationis conceptu immediate, alter vero mediate, ex prudente, scilicet bonorum pupilli administratione, deducendus.

De iure & officio tutoris.

COR. I. Hæc ex ratione dicitur: tutorem primario personæ, rei vero secundario dari.

Gg 3

COR.

COR. II. Iura & obligationes tutoris ex iis, quae §. 572. seqq. de educatione vid. §. 587. Cor. 2. & §. 692. seqq. de aliorum bonorum administratione explicauimus, deduci possunt.

§. 823.

Tutela
constitu-
it soci-
tatem ci-
uilitate
necessa-
riam.

Omnes ciues, quae tales, perfecte obligati sunt, vt tutelam in se suscipiant (§. 743.). Ex tutela oritur societas (§. 521.). Ergo & illo ex fundamento concipitur societas ciuilitate necessaria (§. 803.), quae ciuitati subordinata (vid. dem. membri 2. §. 808.).

§. 824.

Tutela
specie-
rum fun-
damentum
ponitur.

Omnes ciues, quae tales, perfecte obligati sunt, ad tutelam in se suscipiendam (§. 743.), quoniam vero felicitas ciuitatis non permittit, vt omnes ciues simul tutores constituantur (§. 629. Cor. 1. 660.) necesse est, vt motium aliquod accedat, cuius ope vnus eorum tutor declarari possit (§. 36. & 49.). Eiusmodi motiui diuersitas est fundamentum, quod varias tutorum species determinat.

COR. Quilibet itaque ciuium eiusmodi ratione speciali tutor declaratus ad tutelam in se suscipiendam cogi potest (§. 153.).

§. 825.

Et species
expo-
nuntur.

Sumitur eiusmodi motium, vel ex eo, qui fiat tutor, vel ex aliquo ab illo diuerso. Et posteriori ratione vel ex vltima parentis voluntate, vel ex magistratus decreto. Si illud, tutor vocatur *testamentarius*, cuius possibilitatem vide §. 504. seqq. & si posterius, *datus*, cuius possibilitas §. 743. Cor. 2. euicta est. Priori ratione motium sumitur vel ex statu propinquitatis, vel ex promissione de-
fun-

functo facta, illa *tutoris legitimi*, cuius possibilitatem vid. §. 634. seqq., haec vero *paſſitii*, de quo §. 587. Cor. 3. characterem exhibet discretium.

COR. Patet inde, tutores dicta ratione declaratos non esse perfecte obligatos ad tutelam in se suscipiendam, quia sunt ultima parentis voluntate, vel magistratus decreto designati, vel quia sunt consanguinei, vel quia defuncto promiserunt, sed quia sunt ciues (§. 824. Cor.). Nihilo ergo minus ius se excusandi illis concedi debet (§. 745.). Quae de excusationibus §. 745. seqq. dicta, etiam hic accommodari possunt.

§. 826.

Curator dicitur, qui administrandis alienis rebus praeficitur. De Curatore.

COR. I. Qui itaque est tutor, simul curator esse potest (§. 822.), & curator primario rebus datur.

COR. II. Quid sit bona alterius administrare, exposuimus §. 692., iura & obligationes eiusmodi cum administratione connexa indicauimus §. 692. Cor. & 693. Cor. Quae itaque locis citatis explicata sunt, ad curatores etiam accommodari possunt.

COR. III. Eiusmodi munus societatem quandam ciuilitate necessariam determinare, docet §. 803. & §. 744.

COR. IV. In ciuitate itaque tam tutores quam curatores sunt ciuitatis officiales. (§. 704.).

§. 827.

Curator aliorum bona administrat (§. 826.). Quomodo curatores cautionem dare tenentur.
 Quoniam vero in hominibus aliorum bona administrantibus saepissime est conatus eiusmodi bona in proprium commodum dirigendi, fieri etiam potest, ut curatores, bona, quae in commoda aliorum administrant, in

Gg 4

pro-

proprium commodum dirigant. Quare cum eiusmodi actionibus alii laedantur (§. 325.), & hoc ciuitatis scopo repugnet (§. 655. 540.), his sub determinationibus necesse erit, vt curatores dent cautionem (§. 486.).

§. 828.

Curator
suspectus
remoueri
debet.

Qui alterum moraliter (i. e. vel culpose vel dolose agendo) laesit, *suspectus* vocatur.

COR. I. Competit ergo imperanti ius curatores suspectos remouendi (§. 706. Cor. 2.). Et quae de reparatione damni §. 333. seqq. dicta, hic etiam applicari possunt.

COR. II. Tutor esse potest curator (§. 316. Cor. 1.). Ergo & de illo valet, quod de hoc dictum.

SCH. I. *Generatim itaque intelligimus, quae in iure civili positio de tutoribus & curatoribus eorumque iuribus, officiis, constitutione atque remotione exponuntur.*

SCH. II. *Possent hic etiam de reliquis ciuitatis officialibus dici, quae vero §. 704. seqq. explicata sunt, pro scripti scopo sufficere possunt.*

CAP. III.

DE

IVRE AD REM.

TIT. I.

DE

PACTIS CIVILITER VALIDIS.

§. 829.

Differen-
tia con-
tractus
& pacti.

PACTORUM naturam Sect. II. Cap. II. Tit. II. abunde explicauimus, quoniam vero fieri potest, vt ciuitatis imperans determinationes quasdam speciales addat, quarum neglectu pacta,

sta, licet naturaliter valida, ciuilitur sunt inuvalida (§. 798. Cor. 2. & Schol.). In iure ciuili diuisionem quandam pactorum, quam locus citatus indeterminate reliquit, constituere possumus, eam nimirum, vi cuius pacta sunt vel *naturaliter* vel *ciuilitur valida*. Pacta ciuilitur valida vocantur *contractus*, pacta vero naturaliter solummodo valida dicuntur *nuda*.

SCH. Nonnulli quidem cum *PVFENDORFFIO* contractum, pactum de rebus & actionibus in commercium venientibus, pretioque aestimari solitis interpretantur; si hunc velis significatum, ex loco citato facili negotio pacta contractum constitutia determinari poterunt; sed significatum priorem, sententiis *ICTORUM* maxime conuenientem, sequamur. Vid. *MENCKENIUM* l. c. p. 99. & l. 7. §. 1. ff. de pactis.

§. 830.

Contractus sunt pacta ciuilitur valida (§. 829.). Quicquid ciuilitur valet, etiam naturaliter valere debet (§. 798. Cor. 2.). Quae igitur de pactis naturaliter validis §. 415. seqq. dicta, in ciuitate etiam de contractibus, si modo, vt §. 829. iubet, magis determinentur, valere debent. Ex quo immediate sequentes fluunt propositiones

Obigationes ex contractu determinantur.

I. Vt contrahentes ea, quae promiserunt, seruent, ciuilitur obligati sunt (§. 419.).

COR. Qui igitur contractum non vult seruare, alterum laedit (§. 419.), ideoque alteri dat ius agendi (Cor. 2. l. c. & §. 807.).

II. Oritur ex contractu obligatio etiam ciuilis ad promissa praestanda (§. 420. 796.). Et in altero contrahentium etiam in ciuitate

Gg 5 tate

tate datur ius cogendi promittentem, ut praestet promissa (§. 420.).

III. Qui pacisci nequeunt, nec contrahere possunt, vid. §. 415. Cor. 3. Et de quibus non potest pacisci, de iis contrahere minime licet vid. l. c.

COR. Ante igitur quam iis, quibus nomen contractuum imponimus, obligationem & iura ex contractu concedere possimus, necesse erit, ut in ea inquiramus, quae pactum constituunt iustum.

§. 831.

Contractus sunt vel onerosi vel benefici.

Contractus hactenus explicatus denuo in aliquot ramos abit. Pactum est vel beneficium vel onerosum (§. 477.), ergo & contractus sunt vel *benefici* vel *onerosi* (§. 830.). Porro contractus, quatenus certo atque determinato nomine insigniuntur, *nominati*, quatenus vero nomine certo atque indeterminato carent, *innominati* vocantur.

COR. I. Inter contractus igitur beneficos nominatos referri possunt donatio vid. §. 478., commodatum vid. §. 479., precarium §. cit. mandatum vid. §. 429. seqq. mutuuum vide §. 479.

COR. II. Et contractus onerosi nominati sunt emptio venditio vid. §. 481., locatio conductio rerum vid. §. 482., contractus emphyteuticarius vid. §. 458. Schol. 3. & superficiarius vid. §. 458. Schol. 4., mandatum mutuuum vid. §. 429. seqq., locatio conductio operarum vid. §. 488., contractus feudalis vid. §. 458. Schol. 2., fideiussio vid. §. 436., cessio nominis vid. §. 489. Et qui sunt reliqui.

COR. III. Omnes tandem contractus innominati v. g. permutatio vid. §. 483., contractus, qui aleam continent, *cambium* atque *contractus aestimatorius* vulgo *der Tradel-Contract* &c. explicari possunt formulae, quas §. 480. posuimus.

§. 832.

§. 832.

Possunt etiam plures contractus coniungi, quo facto contractus, qui finem primum continent, vid. §. 182. *principales*, in quibus vero finis secundarius tantummodo spectatur, *accessorii* vocantur, e. g. cautiones vid. §. 486. pactum antichreticum (Cor. 4. §. cit.), & legis commissoriae (§. cit.).

Vel principales vel accessorii.

COR. Contractus accessorios principalibus in contenti coniungendos esse, ex Cor. §. 426. deduci potest.

§. 833.

Contractus est pactum (§. 829.), pacti essentiale est promissio (§. 415.), promissio est vel expressa vel interpretanda. Hac ex determinatione sequitur divisio contractus in *contractus stricti iuris & bonae fidei*. Si nimirum extensio obligationis, quae ex contractu sequitur, expressa promissione determinari debet, contractus vocatur *stricti iuris*, si vero fieri potest, ut eiusmodi obligationis extensio ex promissione interpretanda deducatur, contractus dicitur *bonae fidei*.

Vel stricti iuris vel bonae fidei.

COR. Contractus igitur bonae fidei fundamentum est: qui principium promissit, obligatus etiam est, ut omnia, quae inde sequuntur, praestet principiat.

SCH. Passet etiam dici de contractu verbali, litterali, reali & consensuali, ne vero propositos egrediamur fines, dum singulis ad institutionum & pandectarum seriem pertinentibus immoramur, de contractibus ante dicta hoc in scripto sufficiant.

§. 834.

Quae ante haec de contractibus exposuimus, veros spectant contractus. Dicunt etiam Docto-

De quasi contractibus.

Doctores de *quasi-contractibus*, in quibus nec consensus expressus, nec verus, sed fictus, & a lege praesumptus, obligationem parit. Quoniam vero quasi-ille consensus non est iuris naturalis (§. 401. Cor. 1.), non necesse erit, ut de eiusmodi contractibus plura hic dicamus. Notare tamen velis, ea, quae de obligationibus ex quasi-contractibus Doctores dicunt, obligationes, quae immediate ex lege oriuntur, spectare. Conf. THOMASII *Philos. Iur. d. Obl. & Act. cap. II. §. 131. seqq.*

TIT. II.
DE LAESIONIBVS.

§. 835.

Quid delictum. Actio moralis, qua quis alterum laedit, *delicti* accepit nomen. Qui alterum laedit, agit contra leges (§. 322.), actio moralis legibus contraria est vel dolosa, vel culposa (§. 207. 188.), priori ratione delicta vocantur *vera*, posteriori vero *quasi-delicta*.

COR. I. Delictum est factum, i. e. actio existens, ab existentia actionis ad agendi conatum valet consequentia, non vero a conatu agendi ad existentiam actionis. Licet itaque delictum sine delinquendi conatu concipi nequeat, nihilo tamen minus delictum a conatu delinquendi distinguere debemus.

COR. II. Porro, quia delictum est actio moralis, nemo delictum perpetrare potest, nisi qui facultate moraliter agendi, ideoque usu intellectus & rationis gaudet (§. 29. 30.). Causae ergo veri delicti, doli, & quasi-delicti culpae capaces esse debent.

COR. III. Delinquens alterum laedit, ideoque alterum turbat in usu atque possessione eorum, quae ad $\frac{1}{2}$ suum alterius pertinent (§. 325.). Quoniam vero actio, qua quis alterum in usu atque possessione eorum,

rum, quae ad 7^o suum alterius pertinent, turbat, non semper moralis est (§. 339.), sequitur, ut a turbatione ad delictum non valeat consequentia (Cor. 2.).

COR. IV. Tam nostra iura, quam res, in dominio nostro existentes, pertinent ad 7^o nostrum (§. 278. 345. Cor. 1.). Summa itaque cum ratione dicitur, delicta vel circa personas, vel circa res versari.

COR. V. Ex quo patet, permultas criminis species ex §. 328. sequi. Sed generalia exposuisse hic sufficiat.

§. 836.

Perpetrato delicto altera pars obligata est, ut praestet damnum, altera vero habet ius postulandi ut damnum praestetur. Perpetrato enim delicto tam laedens quam laesus existit (§. 835.). Laedens damnum praestare debet (§. 333.); & laesus habet ius postulandi, ut damnum praestetur (§. 334.). Quamobrem, cum delinquens moraliter agat (§. 835.), delictum laedenti obligationem ad reparationem damni (§. 333.), & laeso ius eiusmodi reparationem postulandi parit (§. 334.).

Delictum ex altera parte parit obligationem ex altera vero ius.

COR. I. Hocce ius a delinquente laeso competens reparationem damni qualificatam etiam spectare, ex §. 340. & 217. sequitur.

COR. II. Applicari igitur hic possunt, quae §. 332. seqq. de reparatione damni evoluta.

§. 837.

Ius, quod a delinquente, qua tali, laesus acquirit, dicitur ius crimen perseguendi.

Inde oritur ius crimen perseguendi.

COR. I. Conceptus igitur iuris crimen perseguendi non simplex, sed compositus est. Complectitur enim ius a delinquente postulandi, ut damnum praestet, & ius a delinquente poenam repetendi (§. 836. Cor. 1. & §. 340.).

COR.

COR. II. Laedere in significato generali idem est, ac aliquem turbare in usu atque possessione eorum, quae ad se suum pertinent (§. 325.). Hac ratione laeso tantummodo competit ius postulandi, ut damnum praestetur (§. 339.). Quantitas ergo iuris, laeso competentis, determinari nequit, nisi ante, utrum laesio sit nuda turbatio, an crimen i. e. turbatio culpa vel dolosa (§. 835.), sit evictum.

§. 838.

Delictum
est vel
capitale
vel non.

Quantitas poenae per quantitatem moralitatis, qua delinquens egit, determinari debet (§. 234.). Poenae inest malum (§. 319.), ideoque perfectionis privatio (§. 15.). Vita, fama, facultates externae, & quae sunt, reliqua ad nostras pertinent perfectiones (§. 264.). Et ita satis manifestum est, fieri posse, ut vi iuris delictum persequendi laesus a delinquente repetat poenam, cui privatio vitae, vel famae, vel facultatum externarum reliquarumque perfectionum inest (§. 837. Cor. I.). Quatenus poenae inest vitae vel famae privatio, vocatur *capitalis*. Quatenus vero eiusmodi perfectionum privatio non inest, *non-capitalis*. Si delictum est tale, ut laesus inde habeat ius a laedente repetendi poenam capitalem, vocatur *delictum capitale*, si vero laesus a laedente poenam non capitalem solummodo repetere potest, delictum salutatur *non capitale*. Delictum capitale καὶ ἐξοχὴν dicitur *crimen*, non capitale vero *delictum civile*.

COR. Utrum delictum obuium sit capitale, an non capitale, ex §. 341. coll. §. 227. facile deduci poterit.

SCH. Evolutum itaque est fundamentum, ex quo ea, quae in iure criminali sunt iuris naturalis, colligi possunt, sed de hoc alio forsitan tempore pluribus.

§. 839.

§. 839.

Conatus ad actum sufficiens, *efficax* est, hic vel ad actum deducitur, vel ob impedimentum minus superabile erumpere non potest, prior *efficiens*, posterior vero *inefficiens* dicitur. A delicto ad conatum delinquendi efficacem valet consequentia (§. 837.). Concipi igitur potest conatus delinquendi *efficax*, qui non *efficiens*, qui vocatur *delictum vel crimen* vid. §. 838. *conatus*.

Quid
crimen
conatus

COR. I. Crimen igitur vel delictum conatus est laesio imminens dolosa (§. 344. 835.), ergo & subiectum, quod eiusmodi conatum habet, aggressor dici meretur (§. 344.).

COR. II. Ex quo sequitur, ut delictum vel crimen conatus sit actio mala (§. 344. 322.), cui moralitas inest (§. 197.).

§. 840.

Ille, cui crimen vel delictum conatus inest, alteri, cui eiusmodi conatu mala inferre cupit, dat ius a magistratu postulandi, ut crimen illud puniat. Hii enim, quem alter aggreditur, competit ius aggressori ante mala inferendi, quam aggressor conatum suum ad actum deducere possit (§. 347.). Ille, cui inest crimen vel delictum conatus, est aggressor (§. 839. Cor. i.), ergo & illud ius alteri, cui eiusmodi conatu mala inferre cupit, ut competat, necesse est. Quare, cum in statu ciuitatis, de quo hic dicitur, nemo ius suum, nisi per magistratum, exercere debeat (§. 719. Pr. III.), & mala, quae moraliter agenti, qua tali, inferri possunt, poenae sint (§. 234.): sequitur, ut illa ratione imminenter laesus habeat ius a magistratu

Ius, quod
ex illo
oritur,
determinatur.

stratu postulandi, ut eiusmodi crimen puniat
(§. 839. Cor. 2.).

COR. I. Ius illud est character iuris crimen perseguendi (Cor. 1. §. 837.), ergo & hac ratione illi, qui dicto modo laeditur, ius crimen perseguendi competit.

COR. II. Ex principiis igitur §. 346. 357. de iure defensionis, §. 732. de exercitio iuris per collegia atque per magistratum, & §. 838. de differentia delicti capitalis & non-capitalis expositis nonnullae deduci possunt conclusiones poenae, de qua hic dicitur, quantitatem determinantes.

§. 841.

Delictum
est vel
propri-
um vel
commu-
ne.

Homo duplici ratione considerari potest, ratio enim vel humanitatis vel societatis habetur (§. 525. Cor.), ergo & delinquere potest vel quatenus est homo, vel quatenus est huius vel illius societatis socius. Priori ratione delictum vocatur *commune* e. g. homicidium, furtum, rapina, iniuria &c. (§. 328.); *posteriori* vero *proprium* e. g. crimen desertionis in milite, delictum tutoris & curatoris quae talis &c.

COR. Delicto igitur proprio maior inest moralitas quam delicto communi (§. 175. Cor. 5.), itaque maiorem meretur poenam (§. 228.).

§. 842.

Vel pu-
blicum
vel pri-
vatum.

Delictum est actio legibus perfectis contraria (§. 325. Cor. 2.), leges perfectae, quarum in ciuitate ratio haberi potest, sunt vel naturales vel qualificatae (§. 127. 798.), ergo & delictum est vel priuatum vel publicum, *pri-
uatum*, quatenus delinquens leges perfectas naturales, *publicum*, quatenus leges qualifica-
tas violat.

COR.

COR. Ergo & delicto publico maior inest moralitas, quam delicto privato (§. 127. Cor. 2. 84, 78. & 175. Cor. 5.). Et quae sunt reliqua.

SCH. Dividunt etiam doctores delictum privatum in ordinarium & extraordinarium, in populare & non-populare, sed per singula laesorum genera delicta progredi, scopus non permittit. Explicata itaque pro scopo sufficiant.

CAP. IV.

DE
IVRE IN RE.

TIT. I.

DE
SPECIEBUS IVRIS IN RE.

§. 843.

IN re quadam habemus ius, quatenus est res nostra (§. 802.). Nostra vero esse potest variis ex rationibus, nimirum vel quoad substantiam, vel quoad consecutaria. Duplice itaque ex ratione diversae iuris in re cogitari possunt species, ex diversitate nimirum rei, & ex diversa ratione, qua est nostra.

Funda-
mentum
specie
rum iuris
in re.

§. 844.

Quicquid ad rō nostrum pertinere potest, vel separatim existere potest, vel non, si prius, res a Doctoribus iuris dicitur *corporalis*, si posterius, *incorporalis*.

Quod est
vel ius in
re corpo-
rali vel
incorpor-
tali.

COR. I. Ius igitur in re est vel ius in re corporali, vel incorporali (§. 843.).

COR. II. Iura nostra etiam ad rō nostrum pertinent (§. 278.), sed separatim existere nequeunt (§. 151.),

Hh

ergo

ergo sunt res incorporales. Ius igitur, quod in iure habemus, est ius in re incorporali.

§. 845.

Aliae iuris in re species.

De re quadam vel nostro pro arbitrio disponere possumus, vel non, si prius, *res* dicitur *propria*, si posterius, ab eiusmodi dispositione alios vel excludere possumus, vel non, si posterius, est *res aliena* (§. 445. Cor. 3.), si prius, vel etiam ab eius usu alios excludere possumus, vel non, si hoc, *res est in communione* (§. cit.), si illud, *res dicitur iacens*, exemplo potest esse haereditas iacens (§. 513.).

COR. I. Si quis igitur ius suum, quod in re iacente habet, remittat, res iacens hoc facto fieri poterit nullius (§. 460. 355.).

COR. II. Cogitare ergo possumus ius in re propria, & aliena, communi & iacente (§. 843.).

SCH. Dicamus in praelectionibus de communionis speciebus, positiva scilicet, priuatiua & negatiua, quas exposuit Cel. CANZIVS in Phil. mor. §. 1677.

§. 846.

Inde oritur dominium.

Ius in re propria est ius de ipsa rei substantia suo pro arbitrio disponendi (§. 845.). Eiusmodi ius vocatur dominium (§. 445.). Dicitur itaque potest, dominium esse ius in re propria. Res propria vel corporalis vel incorporalis esse potest (§. 844.), priori ratione Icti dominium *verum*, posteriori vero *quasi-dominium* vocarunt.

SCH. Quae de domino dicenda §. 443. seqq. satis explicauimus.

§. 847.

Et feruiscus.

Res aliena nostra esse nequit, nisi quoad *confectaria* (§. 845.). Ius itaque in re aliena spe-

spectat solummodo eiusdem consecraria (§ 843). Et hocce nobis a domino vel ad vtilitatem quandam concessum est, vel non. Ex priori concipiuntur seruitutes (§. 453.), quae vel personales, vel reales (§. cit.). Et ita patet, ex diuersitate rei alienae, in qua ius habemus, & ex diuersitate iuris, quod nobis in ea competit, diuersas seruitutis species esse deducendas.

COR. I. Hoc ex principio definitio seruitutis *rusticae*, ad quam iter, actus, via, aquaeductus pertinent, & *urbanae*, cuius potissimae sunt, seruitus oneris ferendi, tigni immittendi, proiciendi, stillicidii vel fluminis recipiendi vel non recipiendi, altius tollendi vel non tollendi, luminum, & ne luminibus officiat, prospectus, & ne prospectui officiat, facili negotio deduci poterit. Conf. III. HEINECCIUM in Inst. Tit. de seruitutibus praediorum.

COR. II. Porro inde explicari possunt seruitutes, quas personales dicunt Doctores, vsusfructus scilicet, vsus, & habitatio, vid. §. 452. seqq. Conf. HEINECCIUM l. c. Tit. vsusfructu, vii & habitatione.

SCH. Quoniam vero ea, quae circa seruitutes sunt iuris vniuersalis §. 453. satis explicata sunt, non necesse erit, vt de illis plura hic dicam.

§. 848.

Si ius in re aliena nobis a domino non ad certam quandam vtilitatem concessum est, illud nobis vel ad constituendam securitatem crediti a domino concessum est, vel a domino nobis non est concessum. Ex priori oritur *pignus*, de quo satis diximus §. 486. Cor. 2. seqq. Et si posterius, rem alienam sine domini consensu in rō nostrum vel quoad substantiam, vel quoad consecraria recepimus. Hoc vel culpose aut dolose agendo factum est, vel non. Si prius

Et pignus, simul hic dicitur de possessione bonae & malae fidei.

Hh 2

pos-

possessores malae fidei, si posterius possessores bonae fidei vocamur.

§. 849.

Obliga-
tio & ius
ex malae
fidei.

Malae fidei possessor non obligatus solum est, ut damnum praestet, sed & domino rei, quam mala fide possidet, dat ius poenam ab illo repetendi. Rem enim alienam mala fide possidens, hanc dolose vel culpose agendo in rō suum recepit (§. 848), ergo sine iure dominum in vsu atque possessione eorum, quae ad rō suum pertinent, turbat (§. 188. 195. 336. & 325. Cor. 2.), ideoque dominum laedit (§. 324.). Non igitur solum obligatus est, ut damnum praestet (§. 333.), sed & domino dat ius poenam ab illo repetendi (§. 840. 835.).

§. 850.

Et ex bo-
nae fidei
possessio-
ne fluens
determi-
natur.

Bonae fidei possessor in locum eius, qui rem, de cuius domino non constat, occupavit, substitui potest (§. 848.). Quae igitur §. 467. & hui. §. Cor. 1. 2. 4. 5. 6. 7. dicta, iura & obligationes, quae eiusmodi ex possessione oriuntur, demonstrant.

TIT. II.

DE

ACQUISITIONE IVRIS IN RE.

§. 851.

Differen-
tia acqui-
sitionis
naturalis
& civilis.

Acquisitionem iuris generalem §. 461. originariam, occupationem scilicet principalem §. 462. - 468., & accessoriam §. 468. 474., derivatiam viuo priore domino, quae nimirum fit praeuio pacto §. 475. - 493. & mediante occupatione bellica §. 493. (in cuius locum se-

cun-

cundum ius civile acquisitio ex delicto substitui potest §. 836), & mortuo priore domino praeiuncto pacto haereditario §. 494. - 497., mediante successione ab intestato §. 498. - 504. & 642. - 650., & testamento §. 504. - 516., quatenus status non-civilis habetur ratio, satis exposuimus. Quae locis in citatis explicata, hic adcommodari posse, manifestum est ex §. 798. Cor. 2. Quoniam vero fieri potest, ut civitatis imperans determinationes quasdam speciales addat, quarum neglectu modi acquirendi, licet naturaliter validi, civiliter inuvalidi sunt (§. 798. & Schol.), necesse erit, ut in iure civili inter modos acquirendi naturaliter & civiliter validos distinguamus.

§ CH. Determinationes, quae secundum ius civile uniuersale naturalibus addi possunt, ex principiis in superioribus euolutis breuissimis deducamus.

§. 852.

Ius maiestaticum esse ius ciues in negotiis suis confirmandi §. 678., ius dirigendi actiones ciuitati subiectorum ad ciuitatis securitatem §. 679. ius prohibendi ea, quae occasionem mala agendi porrigunt §. 683., ius praecipendi, quae occasionem bona agendi praebent §. 684. ius omnia eo dirigendi, ut ciues commode vivere possint §. 685. & quae sunt reliqua, satis demonstrauius. Porro §. 710. corroboratum est, imperio ciuitatis subiectos perfecte obligatos esse, ut iuribus maiestaticis conuenienter viuant. His ex principiis sequitur: omnes iuris acquisitiones, quibus iura maiestatica violantur, civiliter esse iniustas (§. 797.), ideoque civiliter iniustam esse

Hh 3

I. Ac

- I. Acquisitionem iuris, ab imperante non confirmatam vid. §. 677. Cor. 2.
- II. Acquisitionem iuris, qua ciuitatis securitas violari potest.
- III. Acquisitionem iuris, qua aliis occasio mala agendi praebetur.
- IV. Acquisitionem iuris, qua aliū occasione bona agendi priuantur.

§. 853.

Quid dominium bonitarium, qui ritarium & plenum.

Dominium, quod naturaliter acquisitum, *bonitarium*, & quod ciuilitate e. g. praescriptione, usucapione &c. acquisitum, *quiritarium*, seu *legitimum* vocatur, & dominium, quod tam naturaliter, quam ciuilitate acquisitum, *dominii pleni* in iure ciuili accepit nomen, quo referri potest dominium, quod quis apud fauces naturali & iudiciali traditione rei immobilis consecutus est. vid. MENCENIVM l. c. p. 1129. seq.

COR. A dominio igitur bonitatio ad legitimum & a legitimo ad bonitatum non valet consequentia (§. 851.). Si velis opponere §. 798. Cor. 2., euoluas notiones, & ad obiectionem poteris respondere.

SCH. Plura de acquisitione iuris ciuili in iura vniuersali pro huius scripti scopo dicere non possumus. Pauca subiungamus de testamentis.

§. 854.

Quid testamentum solenne & minus solenne.

Fieri potest, vt testamentum naturaliter iustum non sit ciuilitate iustum (§. 511. 851.). Inde oritur diuisio testamenti in *solenne* & *minus solenne*. Testamentum minus solenne ciuilitate iniustum est, ideoque in foro ciuili inuvalidum (§. 511.).

§. 855.

§. 855.

Portio hereditatis, quae ei, qui habet ius ab intestato succedendi, ex lege debetur, vocatur *legitima*. Quid legitima.

COR. Manifestum inde est, legitimam non ex iure ab intestato succedendi acquiri.

§. 856.

Imperanti civitatis competit ius constituendi legem, vi cuius nemo eum, qui habet ius ab intestato succedendi, sine iusta causa potest exheredare, nisi illi concedat legitimam. Qui enim habet ius ab intestato succedendi, ille, dum exheredatur, commodum amittit. Quamobrem, cum imperanti competat ius omnia eo dirigendi, ut ciues commode vivere possint (§. 685.), domino autem competat ius, de re, quae in dominio ipsius existit, suo pro arbitrio in futurum etiam mortis euentum disponendi (§. 494. 445.), consequens est, ut imperanti etiam competat ius hanc domini potestatem ita restringendi, ut sine iusta causa neminem, qui ab intestato potest succedere, possit exheredare, nisi illi tantam hereditatis partem, quam ad commodum vitae genus necesse habet, & quae legitima est (§. 855.), concedat (§. 94.).

Imperanti competat ius exheredationis causam & legitimam determinandi.

COR. I. Illis igitur sub determinationibus accessit est, ut testator in testamento aut causam exheredationis exprimat, aut illi, qui ius ab intestato succedendi competit, legitimam, ab imperante determinatam, concedat (§. 740.). His enim omissis, testamentum in iure civili erit nullum (§. 511.), & illi, qui habet ius ab intestato succedendi, competit ius acquirendi hereditatem (§. 511. Cor. 2. §. 503. Cor. 1.)

COR. II. Filii atque filiae sunt parentum heredes ab intestato (§. 644. Cor. 1.), ergo & hisce in civitate debe-

debetur legitima (§. 856.), ideoque sine iusta causa, nisi legitima illis concedatur, exheredari nequeunt. Quo ex fundamento iustitia quaerelae inefficaci testamenti sequitur. Hoc vero de liberis legitimis tantummodo dicendum esse, ex §. 814. Cor. deduci potest.

COR. III. Porro ex dictis sequitur, imperantem esse obligatum, ut tam legitimae quantitatem, quam iustas exheredationis causas determinet (§. 94.) vid. §. 510. Cor. 1.

SCH Dicatur in praelectionibus de *quantitate legitima*, & de *reputa iuris*, vi cuius nemo pro parte testatus, pro parte intestatus potest decedere.

§. 857.

Quid legatum.

Si heres perfecte obligatus est, ut vi voluntatis defuncti partem quandam hereditatis alteri soluat, cuiusmodi hereditatis pars vocatur *legatum*, & cui illam solvere debet, *legatarius*. Si vero obligatio illa est imperfecta, pars hereditatis, quam vi voluntatis defuncti alteri solvere debet, *salvatur fidei commissum*. Sed legata magis explicare sufficiet.

COR. I. Legatum est pars hereditatis. Hereditas est complexus omnium eorum, quae in dominio defuncti fuerint (§. 495.), quicquid igitur relictum nequit inter ea, quae in dominio defuncti fuerint, id legatum esse non potest. Res ergo alienae, quae tales, non possunt legari (§. 845.).

COR. II. Heres alteri legatum debet solvere. Qui igitur non est defuncti hereditatis dominus, non obligatus est, ut legatum solvat (§. 495.), ex quo patet, heredem ante hereditatis additionem ad legatum soluendum non esse obligatum (§. 512.).

COR. III. Legatum solvere debet heres vi voluntatis defuncti. Necessesse ergo est, ut modus solvendi legatum ex defuncti voluntate satis probanda deducatur (§. 511. 506.).

COR.

COR. IV. Ut heres legata solvat, perfecte obligatur. Heres itaque, huic obligationi non convenienter vivens, legatarium laedit (§. 322.), ideoque legatario damnum praestare debet (§. 334.).

§. 858.

Domino competit ius de re, in dominio suo existente, in futurum mortis euentum in alterum transferenda, disponendi (§. 494.). Ex quo immediate sequitur, ut etiam ius legandi sit ius domino competens (§. 857.). Quamobrem, cum nemo extra collisionem iura sua naturalia in ciuitate amittere possit (§. 720.), domino etiam in ciuitate ius legandi competit.

Quae tam iuris naturalis quam ciuilis.

SCH. *Quaeramus legatorum species, & rationes, quibus ius legandi in ciuitate potest restringi.*

§. 859.

Qui ea, quae in dominio defuncti fuerunt, in ius recipere nequit, non fit heres (§. 495.), si igitur legata totam exhauriant hereditatem, nullus erit heres (§. 857.). Ex quo manifestum est, naturae legati repugnare, ut legata totam hereditatem exhauriant (§. 857. Cor. 2.).

Quomodo imperans potestatem legandi restringere possit.

COR. Ergo & ciuitatis Imperans legandi ciuium potestatem potest restringere (per dem. ad §. 856.), quod etiam ex §. 856. concipiendum. vid. Schol. ad §. 512.

§. 860.

Modus soluendi legatum ex voluntate defuncti debet deduci (§. 857. Cor. 3.). Quicquid testator legat, id legatario gratis dari vult (§. 857.).

Quid iuris, si legatarius rem sibi legatam

Hh 5

(§. 857.),

ante ac-
quisiue-
rit

(§. 857.), heres igitur, vt legatario legatum gratis soluat, perfecte obligatus est (Cor. 4. §. 857.). Si igitur legatarius rem, quae legata est, ante titulo quodam iusto sed oneroso acquisiuerit, heres efficere debet, vt illam titulo lucratio possit possidere (§. 94.). Necessè itaque erit, vt praestet pretium (§. 239.).

§. 861.

Continu-
atio.

lisdem ex principiis intelligi potest, quid iuris naturalis, si legatarius rem sibi legatam ante titulo lucratio, vel quoad alteram partem titulo oneroso, quoad alteram vero titulo lucratio acquisiuerit.

S.C.H. Dicatur in praelectionibus de iure accrescendi.

§. 862.

Legata-
sunt vel
pura vel
conditio-
nata.

Iam de legatorum speciebus. Species definiti ex definitionis characteribus deducuntur. Essentiales; quos in definitione de legato posuimus, characteres vel declarationem voluntatis a defuncto factam, vel legati obiectum spectant (§. 857.). Ergo & ab his species legati deriuari possunt. Voluntas declarari potest vel pure, vel sub conditione (§. 424.), ergo & legata sunt vel pura vel conditionata.

COR. Ergo legati puri dies statim, a tempore scilicet aditae hereditatis, cedit atque venit (§. 857. Cor. 4. §. 427.), legati vero conditionalis dies tum demum venit, quando conditio facta est existens (§§. cit. cit.).

§. 863.

Legatum
sub mo-
do quid.

Aliquid sub modo promittere idem est ac finem, ad quem promissum, exprimere. Patet inde,

inde, fieri etiam posse, ut aliquid sub modo legetur (§. 394. & §. 857. Cor. 3.).

§. 864.

Quicquid sub modo promissum, id pure promissum est. Promissio enim, quae non est conditionata, est pura (§. 424.). Promissio, cuius ratio non sumitur ex eventu quodam futuro incerto, non est conditionata (per condit. def.). Ergo est pura. Si vero finis, ad quem aliquid promissum, exprimitur, eventus, iam ut certus, ponitur, ideoque sub modo promissum inter pure promissa referri debet (§. 863.).

COR. I. Quicquid igitur sub modo legatur, id pure legatur, ergo & eiusmodi legati dies statim, a tempore scilicet aditae hereditatis, cedit atque venit (§. 862. Cor.).

COR. II. Necessè vero esse, ut legatarius de fine impleturo caueat, docet §. 486. cum Cor. Cor. coll. §. 827.

§. 865.

Legati obiectum est res quaedam, quae fuit in dominio defuncti (§. 857.). Res illa est vel corporalis, vel incorporalis (§. 844.). Ergo & concipere possumus legata, tam rerum incorporalium e. g. *legatum nominis* (vid. §. 489.), *legatum liberationis seu debiti* (vid. §. 422.), quam corporalium. Porro legata sunt vel *indivisi*, seu, ut cum Iuris loquar, *speciei*, vel *speciei*, seu, ut Doctores loquuntur, *generis*. Et si hoc, aut testator legatario concessit ius eligendi, aut non, priori ratione legatum

voca-

vocatur *optionis*, & posteriori ratione *legatum electionis in genere*.

COR. I. Quatenus igitur legatum est speciei, heres tantummodo obligatus est, vt determinatam quandam hereditatis partem legatario soluat. Quod si igitur, defuncto testatore, res illa determinata casu pereat, ea non heredi, sed legatario peribit (§. 338. Cor.). Ergo & eiusmodi rei incrementum atque decrementum legatario in lucrum & damnum cedit (§. 328. Prop. VII. conf. §. 469. seqq.).

COR. II. Si genus legatum, ita, vt non sit legatum optionis, heres obligatus est, vt rem determinati generis, quam eligere potest, legatario soluat. Quamobrem, cum legatum illud non omnimode determinatum sit, si determinati generis res quaedam singulari defuncto testatore pereat, ea non legatario, sed heredi peribit (§. 328. Prop. VII.).

COR. III. Si tandem legatum sit optionis, legatario competet ius eligendi. Facta igitur electione legati obiectum est res singularis, ideoque valet, quod de legato speciei Cor. I. probauimus. Conf. HEINECIVS l. c. Tit. de legatis & seqq.

CAP. V.

DE

IVRE ACTIONVM.

§. 866.

Funda-
mentum
huius
iuris.

Actio est remedium, quo quis ius suum in ciuitate potest persequi (§. 807.). Eiusmodi remedium laesis ciuitati subiectis in ciuitate etiam concedendum est (§. cit.). Quoniam vero imperio ciuitatis subiecti, qua tales, & quatenus laesi sunt, ius suum in ciuitate non

non debent persequi, nisi auctoritate magistratus (§. 807.), sequitur, vt fundamentum iuris actionum hæc sit propositio: *Suum quisque ius auctoritate magistratus potest persequi.*

§. 867.

Omnia, quae in ciuitate aguntur, suo disponi debent ordine (Cor. 1. §. 629. & §. 674.). Ergo & omnis in modo, quo imperio ciuitatis subiecti ius suum auctoritate magistratus in ciuitate persequi possunt, euitari debet confusio (§. 866.). Ordo, hisce in negotiis obseruandus, dicitur *processus*. Ergo & ciuitatis imperans habet ius determinandi processum.

De processu.

SCH. Quomodo ille ex iure naturali determinari possit §. 732. indicauimus. De iudiciis §. 723. seqq., de actore & reo §. 322. seqq., de iudice, eiusque iurisdictione §. §. cit. cit. coll. §. 723. seqq., de foro competente §. 725. Cor. 2. diximus. Restat igitur, vt causam, in iudicium deductam, & diuersas actiones ex illa fluentes breuiter explicemus. vide *RISNHARTVM* in *Inst. Iur. Nat.* cap. XVI.

§. 868.

Sine fundamento nemo in foro potest agere. Actionis fundamentum est iuris violatio (§. 866.). Nemini igitur, nisi illi, cuius iura violata sunt, actio in ciuitate concedenda est. Ex quo porro patet, rationem, cur diuersae actionum species constituentur, ex diuersitate iuris, quod violari potest, esse sumendam. Oriuntur enim ex violato iure personarum *actiones praeiudiciales*, ex violato iure

Differentia actionum generaliter exponitur.

iure in re *actiones reales*, & ex violato iure ad rem *actiones personales*.

SCH. Speciebus iuris tam personarum quam rerum, diuersisque determinationibus, sub quibus quis alterum laedere potest, in superioribus satis explicatis, facili negotio fieri posset, ut genera illa actionum magis determinaremus. Quoniam vero huius scripti scopus iubet, ut capita eorum, quae in ciuitate iusta atque iniusta, paucis percurrantur, non sine ratione, satis hic dictum esse, iudicamus; ideoque ponimus

IVRIS CIVILIS VNIVERSALIS

FINEM.



ELE.

ELEMENTA
IVRIS ECCLESIASTICI
VNIVERSALIS.

SECTIO VII.

QVAB

IVS ECCLESIASTICVM VNI-
 VERSALE INDICAT.

CAP. I.

DE

ECCLESIA ATQVE IVRE ECCLESIA-
 STICO IN GENERE.

§. 869.

ADplicemus porro leges naturales ad so- Ratio in-
 cietatem, quam ecclesiam vocant; ante stituti
 vero, quam ipsam aggredimur applica- exponi-
 tionem, rationem instituti indicemus, ne, tur.
 quae dicturi sumus, in malam interpretentur
 partem lectores. Forum naturale, aliud esse
 conscientiae, aliud externum, diximus §. 159.
 Ergo & ecclesia, tam in foro conscientiae,
 quam in foro externo spectari potest. Quoni-
 am vero non Ethicam, forum conscientiae ex-
 planantem, sed ius naturae hic pertractamus,
 de iis solummodo dicturi sumus, quae in foro
 externo circa ecclesiam iusta atque iniusta. Sed
 fortasse dixerit quispiam, ecclesiam veram sem-
 per in foro conscientiae esse spectandam, sal-
 ua tamen res mea erit, quoniam in foro exter-
 no non dicitur de vera ecclesia, sed de iis,
 quae circa ecclesiam iam constitutam iusta at-
 que iniusta. Quae cum ita sint permittat,
 quaeso, ut ea distinguamus, quae in iure ec-
 clesiastico necessario distinguenda.

li

§. 870.

§. 870.

Omnes
omnino
homines
obligati
sunt ad
religio-
nem.

Omnes omnino homines tam ad cultum internum, quam externum, deo praestandum obligati sunt (§. 286. Cor.). Tam cultum externum, quam internum, actionibus quibusdam deo praestare debent homines (§. 286.), quae singulares atque determinatae sunt. Si hisce cum principiis coniungamus illud metaphysicum, vi cuius a perfectione, quae variis constituitur, ad ordinem valet consequentia, & illud iuris naturalis, vi cuius omnes homines, actiones suas ad perfectionem dirigere, tenentur (§. 144.), manifestum est, omnes omnino homines, ut deum determinato quodam modo colant, esse obligatos. Eiusmodi determinatus deum colendi modus vocatur *religio*. Abunde itaque sequitur, omnes homines ad religionem esse obligatos.

COR. I. Religionis character est cultus deo praestandus. Cultum deo praestamus, quatenus actionibus nostris venerationem dei declaramus (§. 284.). Ergo essentialis religionis character est conuictio de perfectionibus diuinis, & huius conuictionis declaratio per actiones nostras facienda (§. cit.) conf. §. 285.

COR. II. Quoniam porro cultus est vel externus, vel internus (§. 286.); religionem etiam in externam & internam diuidere possumus.

§. 871.

Religio
est vel
vera vel
falsa.

Conuictio de perfectionibus diuinis est vel vera, vel apprens (per princip. Log.), si posterius, falsas etiam deo affingere possumus perfectiones, quod veto priori repugnat. Quatenus

tenus a falsis deo affctis perfectionibus ad agendum mouemur, cultus vocatur *falsus*; cui *cultus verus* est contrarius. Ergo & religio est vel *vera*, vel *falsa*.

COR. I. Quo plures igitur in religione falsas deo perfectiones affingimus, eo maior est religionis falsitas.

COR. II. Quoniam porro religio falsa superstitiosa est (§. 280.), sequitur, vt eiusmodi religio iuri naturali repugnet (Cor. §. cit.).

§. 872.

Ad ea, quae quis sibi, nec culpose, nec dolose agens, vt mala repraesentat, externe non potest cogi. Qui enim ea, quae nec culpose, nec dolose agendo sibi vt mala repraesentat, agit, ille conatum leges naturales violandi ostendit (§. 93. 127.). Quamobrem, cum neminem, vt leges naturales violet, possimus cogere (§. 150.), fieri etiam non poterit, vt quis habeat ius alterum externe cogendi, vt ea agat, quae nec culpose, nec dolose agendo sibi vt mala repraesentat (§. 151.).

Quomodo is, qui sibi aliquid vt malum repraesentat, ad id non possit cogi.

COR. Tam actio culposa, quam dolosa requirit ignorantiam vincibilem (§. 188. 195.) Ignorantia in se vincibilis hypothetice inuincibilis esse potest (§. 185. Cor. 2. & 3.), fieri ergo & potest, vt quis nec culpose, nec dolose agendo, bona, vt mala, sibi repraesentet. Ergo & his sub determinationibus, quod in commate demonstratum, valebit.

§. 873.

Illis sub determinationibus fieri non potest, vt aliquem ad religionem vel internam vel externam cogamus. Quatenus enim religionem

Ad religionem non datur cogitatio.

Li 2 in-

internam spectamus, fundamentum ipsius est conuictio de perfectionibus diuinis (§. 870. Cor. 2.). Sed conuictio est intellectus operatio, quae non sub coactione externa (§. 42.) ideoque rationi repugnat, aliquem ad religionem internam cogere. Q. e. p.

Ponamus porro, aliquem dictis sub conditionibus ad religionem externam cogere, licitum esse, consequens erit, vt inter licita referri possint, quae legibus naturalibus repugnant (§. 872.). Quoniam vero hoc absurdum est, sequitur, fieri non posse, vt quis illis sub determinationibus ad religionem externam cogatur. Q. e. a.

COR. Imperanti competit ius cogendi (§. 672.), ergo in religione non datur imperans.

SCH. Idem placuit B. LUTHERO Tom. 2. Ienens. fol. 180. dicenti: liberum quiddam est credere, imo quiddam diuinum in spiritu, externa igitur vi cogi nec potest, nec debet. Conf. THUANVS Lib. 16. historiarum.

§. 874.

Ergo nec ius in conscientiam.

Si velis conscientiam interpretari iudicium hominum de officiis, quae deo deberi putant, habebis veritatem propositionis: *in foro humano nemo habet ius in conscientiam hominum.* Libertas est coactionis oppositum (§. 43. 52.). Intelligimus itaque, quid sit *libertas conscientiae*, & qua ratione conscientia sit libera.

§. 875.

Religiosi definitio.

Qui habet conatum efficacem officii suis in religione electa conuenienter vivendi, religiosus vocatur. *in foro externo homo est religiosus si ius in conscientiam non habet. GOR. Spiritus ad ius in conscientiam non est religio sibi electa; sed in foro est.*

COR. Religionis character est cultus deo praestandus (§. 870.). Religiosus igitur sua ex sententia deum amat, timet & quae sunt reliqua (§. 291. Cor. 1.).

§. 876.

Qui non dolose agendo religionem quamdam eligit, ille religionem electam optimam esse iudicat (§. 46. 49.), in ea igitur est opinione, dissentientes non eum deo praestare cultum, quem debent (§. 870.). Si itaque sua in religione religiosus est, in dissentientibus aliquid appercipit, quod auersatur (§. 875. Cor. & 288.), ideoque hosce odit (§. 301. Cor. 2.). Hinc evidens est, fieri posse, ut religionis diuersitas securitati externae repugnet (§. 539. & §. cit.).

Religionis diuersitas est contra securitatem.

SCH. Hoc ex principio responderi potest ad quaestionem: quando, & quibus sub conditionibus, a diuersae religionis hominibus contrahi possit matrimonium? vid. *CARPZOVIVM* in *Definit. Eccles. L. II. T. I. def. 6. n. 18.*

§. 877.

Homines ut, quantum fieri potest, securitatem etiam externam quaerant, obligati sunt (§. 539. Cor. 1.), ergo & omnem, quantum fieri potest, dissensum in religione euitare debent (§. 876.). Quoniam vero ad religionem aliquem vi quadam externa cogere, legibus naturalibus repugnat (§. 873.), hac in re nil facere licet, quam ut aliis motiua ad consensum in religione suppeditemus (§. 43. Sch.).

E. in religione quaeramus consensum.

COR. Motiua, quibus quis persuaderi potest, sunt repraesentationes optimi (§. 36. 40.). Nil igitur hac in re facere licet, quam efficere, ut alteri, nostram

li 3

reli-



religionem esse optimam, possunt cognoscere *Conf. ea, quae in logica de methodo convincendi dicuntur.*

§. 878.

Quid ec-
clesia. **Coetus eorum, qui de religione consentiunt, ecclesiae accepit nomen.**

COR. I. Rationi itaque repugnat, aliquem ad ecclesiam cogere, (§. 877.).

COR. II. Ergo & ecclesia, qua talis, & quod ad interna, sub imperio esse nequit (§. 873. Cor.), ideoque non est ciuitas, seu respublica (§. 655.). Ex quo simul manifestum est, rationi repugnare, vt in ecclesia sint imperantes atque subditi. Is itaque de ecclesia conceptus, quem pontificii habent, rationi contrarius est. *Conf. III. PERTSCH in Elem. Iur. Can. Lib. I. T. 1. & GROTIUS I. B. & P. Lib. II. Cap. XXII. §. XIV. n. 1.*

§. 879.

Varia
quae in
ecclesia
distinguen-
guenda.

Homines, ecclesiam constituentes, de religione (§. 878.), ergo de determinato deum colendi modo (§. 870.) ideoque de cultu deo praestando consentiunt. In ecclesia itaque considerari potest 1.) cognitio de dei perfectionibus, ex qua dogmata ecclesiae fluunt 2.) modus hisce conuenienter agendi (§. 285.). Ecclesiam igitur constituentes tam de dogmatibus, quam de modo his conuenienter agendi, consentire debent. Necessè itaque est.

1. vt dogmata intelligant,
2. Vt modum hisce conuenienter viuendi cognoscant
3. Vt tam illa, quam hunc debito tempore in memoriam possint redigere.

COR. Manifestum inde est, duplici ex ratione fieri posse,

posse, ut ecclesiae sint diuersae ratione nimirum dogmatum, & ratione modi hifce conuenienter viuendi.

§. 880.

In omnibus actionibus ordinis ratio habenda est (§. 629. Cor. 1. §. 13. & 15.). Omnibus igitur, qui de religione consentiunt, & qui *ecclesiae membra* vocantur, competit ius efficiendi, ne quid a ceteris in ecclesia contra ordinem admittatur (Cor. 2. §. 878.). Ergo & ecclesia est societas (§. 521.) eaque aequalis (§. 550. 873.), atque ideo collegium (§. 678. Cor. 2.).

Ecclesia est societas.

COR. Quae ergo §. 762. de collegio dicta, ad ecclesiam adcommodari, & per Cor. 1. 878. & §. 877. cum Cor. magis determinari possunt.

§. 881.

Ius efficiendi, ne quid in ecclesia, quod tali, contra ordinem fiat, vocatur *potestas ecclesiastica*. Ergo & ecclesiae eiusmodi potestas inest (§. 880.).

Quid potestas ecclesiastica.

COR. Potestas igitur ecclesiastica ecclesiam iam determinatam pro fundamento habet. Ex quo sequitur, ut ex potestate ecclesiastica ius ea, quae in ecclesia determinata sunt, mutandi, inferri nequeat. Vid. §. 874.

§. 882.

Varia esse negotia ecclesiastica, docet §. 879. Ergo ex §. 880. sequitur, ecclesiae membra, ut determinata quaedam negotia certis personis committant, per ius naturae esse obligata. Oriuntur inde munera (§. 704.), quae *ecclesiastica* vocantur, & quorum subiecta dicuntur *personae ecclesiasticae*.

Quid munus ecclesiasticum.

§. 883.

Ex illis
conci-
pitur
nexus
in eccle-
sia publi-
cus &
priuatus.

Duplex igitur in ecclesia spectari potest personarum nexus, nexus scilicet membrorum ecclesiae cum potestate ecclesiastica, & nexus membrorum ecclesiae inter se, non habito respectu ad potestatem ecclesiasticam. Prior in ecclesia vocatur *publicus*; posterior *priuatus*.

§. 884.

Inde ori-
tur ius
ecclesia-
sticum
tam pu-
blicum
quam
priua-
tum.

Leges vocantur *ecclesiasticae*, quibus negotia nostra in ecclesia attemperare debemus. Ergo scientia de legibus ecclesiasticis *ius ecclesiasticum*, quatenus terminus systematice sumitur, dici potest (§. 359.). Nexus personarum ecclesiam constituentium est vel *publicus*, vel *priuatus* (§. 883.). Ergo & *ius ecclesiasticum* est vel *publicum*, vel *priuatum*, & quidem *uniuersale*, si *leges ecclesiasticae* ex definitionibus solummodo eruuntur.

COR. In iure ecclesiastico publico doctrinam de potestatis ecclesiasticae natura, subiecto & limitibus, & in iure ecclesiastico priuato, officia & iura ecclesiae membrorum, qua talium, sine respectu ad potestatem ecclesiasticam explicare debemus.

§. 885.

Nona de-
termina-
tio eccle-
siae ex
statu ci-
uitatis.

Hactenus ecclesiam sine respectu ad ciuitatem considerauimus. Illis praemissis quaeramus, *an, si ut societas in ciuitate existens consideratur, ea, quae de ecclesia, in se spectata, diximus, sint limitanda?* Quae in iure naturali vera sunt, in ciuitate etiam vera esse debent (§. 798. Cor. 2.). Ex quo manifestum est, omnia, quae de ecclesia hactenus diximus,

mus, etiam de ecclesia, quatenus in ciuitate existit, valere. Quoniam vero ciuitatis imperanti competit ius omnia, quae in ecclesia fiunt, ita moderandi, vt scopo ciuitatis non sint contraria (§. 667. seq.), sequitur, vt ciuitatis imperanti etiam competat ius efficiendi, ne in ecclesia aliquid fiat, quod securitati ciuitatis contrarium.

COR. Ergo & concipimus nexum ecclesiae cum ciuitate, quem cum nexu ecclesiae publico possumus coniungere (§. 883. & 661.).

§. 886.

Actiones externae, ad quas ecclesia inducit, *sacrae* dicuntur. Quae ex ratione ius eiusmodi actiones ita moderandi, ne illis aliquid fiat, quod ciuitatis securitati contrarium, *ius circa sacra* vocatur. Quid ius circa sacra.

COR. I. In iure igitur ecclesiastico ius circa sacra exponendum est (§. 885. Cor. & 884.).

COR. II. Ex quibus porro patet, ius circa sacra inter iura maiestatica (§. 668. & 670.), potestatem vero ecclesiasticam, quoniam sine imperio est (§. 881. Cor.), inter iura collegialia esse referendum (§. 880. seq.). Hinc factum est, vt, potestatem ecclesiasticam, *ius negotia ecclesiae, quae talis, dirigendi, & efficiendi, ne in ecclesia quidquam agatur, quod societati ciuili aduersum sit*, INTERPRETANTES, eam iuribus collegialibus & maiestaticis absolui putauerint.

CAP. II.

DE
IVRE ECCLESIASTICO VNIVERSALI
PVBLICO.

TIT. I.

DE
POTESTATE ECCLESIASTICA.

§. 887.

Potestatem ecclesiasticam ius efficiendi, ne quid in ecclesia, quae tali, contra ordinem fiat, nominavimus (§. 881.). Ordo est similitudo in ratione, qua plura coniunguntur (§. 629. Cor. 1.). Omnia igitur, quae in iure vniversali de potestate ecclesiastica dici possunt, hoc ex principio deducenda sunt: *Vniformitas variorum, religionem spectantium, quantum pro libertate conscientiae fieri potest, conseruanda est* (§. 878. 874.).

Principium eorum, quae de potestate ecclesiastica dici possunt.

COR. Vi potestatis ecclesiasticae membra ecclesiae omnia eo dirigere debent, vt tam vniformitas dogmatum, quam modi hisce conuenienter viuendi conseruetur (§. 879.), & vt personae ecclesiasticae ad negotia, sibi commissa, idoneae eligantur (§. 882.).

§. 888.

Ius ad finem dat ius ad media (§. 94.). *Vniformitas nec dogmarum, nec modi hisce conuenienter viuendi, commode in ecclesia conseruari potest, nisi litteris consignentur* (§. 617. seqq.). Scripta, quibus dogmata ecclesiae componuntur, *librorum symbolicorum* acceperunt nomen. Effectus igitur potestatis ecclesiasticae est ius efficiendi, vt libri symbolici constituentur (§. 887. Cor.).

Ex quo fuit ius librorum symbolicos conseruandi.

COR.

COR. I. Libris symbolicis religio, in ecclesia obseruanda, quoad dogmata determinatur (§. 879.), ergo omnia determinatae ecclesiae membra illos approbare debent (§. 878.). Qui itaque illos non approbat, inter determinatae ecclesiae membra referri nequit (§. 880.).

COR. II. Aliud igitur est, aliquem obligare, vt libros symbolicos comprobet, aliud, eum, qui eos non approbat, pro ecclesiae determinatae membro non habere. Illud imperium, ab ecclesia distinctum, inuoluit (§. 878. Cor. 2. & §. 551.), hoc vero potestatis ecclesiasticae effectus est (§. 887. Cor.).

COR. III. Qui propositiones, in libris symbolicis propositas, negat, inter determinatae ecclesiae membra referri nequit (§. 880.). Qui vero veritates alii, quam fieri solet, sed tamen veris argumentis corroborat, magisque explicat, eas non negat. Vnica enim veritas variis rationibus demonstrari potest. Ex hoc itaque non sequitur, vt aliquis non sit determinatae ecclesiae membrum.

COR. IV. De quo dubito, illud non nego. Nulam itaque habemus rationem, vt eum, qui de dogmatibus ecclesiae dubitat, pro membro ecclesiae non posse haberi, velimus affirmare.

§. 889.

Potestatis ecclesiasticae effectus est ius ecclesiae membrum, de veritate principiorum in libris symbolicis propositorum dubitans, rectius informandi. Si quis enim ecclesiae membrorum de veritate principiorum, quae determinauimus, dubitet, manebit quidem ecclesiae membrum (Cor. 4. §. 888.), nihilominus eiusmodi dubitatio scopo ecclesiae repugnabit (§. 878. 888.), potestate igitur ecclesiastica pollutibus competit ius dubitationem illam remouendi (§. 887.), ea tamen ratione, qua salua libertate conscientiae fieri potest (§. cit.). Ex quibus patet,

Et de veritate eorum dubitantes rectius informandi.

patet, potestatem ecclesiasticam hunc in finem solummodo dare ius, dubitantes rectius informandi (§. 877. Cor.).

COR. Eiusmodi vero ius sine omni vi, qua quis cogitur, exercendum esse, docet §. 873.

§. 890.

Quid dogmata ecclesiae fundamentalia & minus fundamentalia.

Dogmata fidei designant ecclesiam (§. 879.), ideoque cultum, quem deo praestamus (§. 878. 870. 285.). Dogmata itaque ecclesiae sunt vel eiusmodi, quae inter essentialia cultus diuini referri debent, vel quae eiusmodi cultus essentialibus minime annumeranda. Si prius, *dogmata* ecclesiae vocantur *fundamentalia*, si vero posterius, *minus fundamentalia*.

COR. I. Dogmata igitur ecclesiae minus fundamentalia salua ecclesiae essentia, abesse possunt (§. 882.). Ideoque patet, fieri non posse, vt quis ea ex ratione, quoniam dogmata ecclesiae minus fundamentalia negat (loquor de negatione simplici), aut de illorum veritate dubitat, iuste ex ecclesia expellatur (§. 888. Cor. 3. & 4.).

COR. II. Si quis igitur pro determinatae ecclesiae membro ob fidei dogmatum negationem non sit habendus, vt dogmata ecclesiae fundamentalia neget, necesse erit (Cor. I. §. 888.).

COR. III. Ex quibus manifestum est, in libris symbolicis dogmata ecclesiae fundamentalia a minus fundamentalibus esse distinguenda (§. cit.).

§. 891.

Ius determinandi liturgi.

Effectus potestatis ecclesiasticae etiam est ius determinandi modum placitis ecclesiae conuenienter agendi (§. 887. 888.). Modus placitis ecclesiae conuenienter agendi *liturgiae* (a) accepit nomen. Ergo & effectus potestatis

*testatis ecclesiasticae est ius componendi liturgi-
am.*

(a) Conf. PERTSCH l. c. Lib. II. Tit. II. §. 608.
seqq.

§. 892.

Positis principiis, ad quae actiones con- Quid leges ecclesias.
formandae, ponuntur leges (§. 97.). Litur-
giam igitur determinans leges, quae *leges eccle-
siae* vocantur, (§. 884.), constituit (§. 891.).
Eiusmodi itaque leges sunt regulae, modum pla-
citis ecclesiae externe conuenienter agendi, de-
terminantes. Hac ex ratione etiam scripta,
in quibus litteris consignantur, *librorum litur-
gicorum* acceperunt nomen.

COR. Liturgia spectat cultum externum (§. 891. &
286.), ergo & legum, de quibus hic sermo est, ob-
iectum non nisi cultus externus esse potest.

§. 893.

Leges conuentionales vocantur normae Et conuentionales.
actionum, quas societatis cuiusdam aequalis
membra omnium consensu sibi constituerunt.

SCH. Legum conuentionalium possibilitati princi-
pium, vi cuius nemo sibi legem constituere pot-
est, cum specie quadam opponere solent doctores,
legem sine obligatione, & obligationem sine su-
periori non posse concipi, affirmantes. Sed hi
dicunt solummodo de eiusmodi legibus, quae
strictissime leges vocantur (§. 75.), nos vero de
legibus, quae significato generaliori leges vocan-
tur, loquentes definitionis possibilitatem ex §. 652.
seqq. & §. 74. Sch. deducimus.

§. 894.

Leges ecclesiae sunt leges conuentionales. Le Ad quas illae per-
tinent.
ges enim ecclesiae determinant modum placi-
tis

tis ecclesiae conuentienter agendi (§. 892.). Ergo determinant cultum dei externum atque practicum (§. 879.). Quoniam vero legibus naturalibus repugnat, aliquem cogere, vt determinato quodam modo deum colat (§. 873.), manifestum est, leges ecclesiae non nisi omnium membrorum consensu esse constituendas (§. 880. 892.). Quamobrem, cum ecclesia sit societas aequalis (§. 880.), sequitur, vt leges ecclesiae inter leges conuentionales referri debeant (§. 893.).

SCH. Dicitur est de ecclesia in statu naturali spectata.

§. 895.

Quae vi
potesta-
tis eccle-
siasticae
determi-
nandae.

Sine legibus ecclesiae ordo in ecclesia conseruari nequit (§. 888.). Potestatis igitur ecclesiasticae effectus est ius tam leges ecclesiae constituendi, quam libros liturgicos componendi (§. 887.).

COR. I. Ergo & omnia ecclesiae membra ea, quae in libris liturgicis in ecclesia necessariis (§. 888.), proponuntur, approbare debent (§. 878. 879.).

COR. II. Qui igitur non vult eiusmodi legibus conuenienter viuere, pro determinatae ecclesiae membro haberi nequit (§. 880.). Velim tamen, vt etiam hocce principium per ea, quae §. 888. Cor. 3. & 4. dicta sunt, magis determines.

§. 896.

Quid a-
ctio pae-
dagogica
ecclesia-
stica.

Quicquid ad ea, quae cum legibus conueniunt, peragenda inuitat, *actio paedagogica* vocatur. Si itaque leges illae sunt leges ecclesiae, actiones paedagogicae vocari possunt *ecclesiasticae*.

COR.

COR. I. Actio igitur paedagogica ecclesiastica inuitat ad peragendum cultum externum ab ecclesiae membrorum determinatum (§. 892. Cor. & §. 894.).

COR. II. Quorum intuitus ideam alterius excitat, signa nominare solemus. Ergo & actiones paedagogicae sunt signa. Atque ideo ex perfectione signi ea inferri possunt, quae perfectionem actionum paedagogicarum constituunt. Sed de his pluribus in lectionibus Phil. moralis. Hic modo sequentes notare velis propositiones:

1. Actiones paedagogicae sunt signa. Ergo non omni prorsus significata destituta esse debent.
2. Actionum paedagogicarum scopus est, ut certa de re quadam cogitationes possint reuiscare. Ita ergo comparatae esse debent, ut earum ope falsi illa de re conceptus excitari nequeant. Vid. IOH. BAPTISTA CASALIVS in opere tripartito de profanis & sacris veteribus. Conf. §. 871. cum Cor.

§. 897.

Vt creaturis rationalibus actiones paedagogicae constituentur, necesse est. Ex metaphysicis enim manifestum est, eiusmodi creaturarum cogitationes ultimam rationem in sensationibus habere. Si igitur res quaedam in illarum memoria penitus insidere debet, sensibile etiam quid, quo huius cogitatio in illarum mente possit excitari, est ponendum (§. 7.). Sed recordatio officiorum, quae praestare debent, inter ea, quae summe necessaria sunt, referri debet (§. 148. 16.). Ergo & necesse est, ut creaturis rationalibus actiones paedagogicae constituentur (§. 896. & §. 870.).

Actio-
num paedagogi-
carum
necessitas.

COR. I. Ex quo immediate sequitur, ut actiones paedagogicae ecclesiasticae membrorum ecclesiae sint constituendae (§. 896. Cor. 1. & 870.).

COR.

COR. II. Actiones illae sunt necessariae, quia limitatarum copitationum series ultimam rationem in sensatione habet (per dem. propos.). Sunt ergo necessariae, non, ut cum Philosophis dicam, individualiter, sed quoad genus. Quae ex ratione vulgo in se adiaphora vocantur Vid. CARPZOVIUM l. c. Lib. II. Tit. XV. Def. 245. n. 4.

COR. III. Eiusmodi actiones, licet ecclesia sine illis esse nequeat, non esse determinatae ecclesiae vel religionis partes, sed duntaxat adminicula quaedam, ex Cor. 2. §. 896. immediate sequitur.

COR. IV. Ex harum ergo diuersitate ecclesiarum diuersitas non statim potest colligi (§. 878. vid. Cor. §. 879.). Quae igitur FRIDERICVS BALDVINVS de casib. conscientiae Lib. IV. Cap. XI. cas. IV. cum multis affirmavit, omne scilicet, quod neque contra fidem neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter habendum esse ceu adiaphorum (§. 879.), cum iis, quae ex ratione fluunt, conueniunt.

§. 898.

De cere-
moniis.

Ceremonia est signum, quo certi instituti memoria animum subire debet. Quae ex definitione facile intelligitur, quid sint ceremoniae ecclesiasticae.

COR. Ceremoniae ergo sunt actiones paedagogicae (§. 896. cum Cor. 2.), ideoque, quae de actionibus paedagogicis explicata, ad doctrinam de ceremoniis adcommo- dari possunt.

§. 899.

Quae vi
potesta-
tis eccle-
siasticae
constitu-
endae
sunt.

Ius constituendi actiones paedagogicas ecclesiasticas atque ceremonias ecclesiasticas est potestatis ecclesiasticae effectus. Ius ad finem datus ad media (§. 94.). Potestatis ecclesiasticae effectus est ius leges ecclesiae constituendi, quarum obseruatione ordo in ecclesiis possit conseruari (§. 895.), qui finis vix, nisi actiones

nes paedagogicae ecclesiasticae atque ceremoniae ecclesiasticae constitutae sint, obtineri poterit (§. 897. & Cor. 1.). Ergo & potestas ecclesiasticae effectus est, ius eiusmodi actiones atque ceremonias constituendi.

§. 900.

Constans dissensus a dogmatibus ecclesiae fundamentalibus significatione iuridica (de haeresi in significatione theologica sumpta, hic non est sermo) vocatur *haeresis*, & subiectum, cui haeresis inest, *haeretici* acceptum nomen (a). Quid haeresis & haereticus.

COR. I. A dissensu ad dissensum constantem non valet consequentia. Legibus igitur naturalibus, a dogmatibus ecclesiae fundamentalibus dissentientem statim haeticum declarare, repugnat.

COR. II. Eadem ex ratione fieri nequit, ut a dogmatibus ecclesiae minus fundamentalibus dissentiens haeticus vocetur (§. 890.).

COR. III. Verum autem haeticum, pro membro ecclesiae, a qua dogmata fidei, a quibus dissentit, ut fundamentalia approbata sunt, non posse haberi, docet §. 888. Cor. 1.

(a) vid. III. PERTSCH I. c. Lib. III. §. 292. coll. CORVINI Inst. Iur. Can. Lib. IV. tit. 7. §. 1. & 2.

§. 901.

Haeticus principiis suis vel externe convenienter vivit, vel non, si prius, est haeticus *practicus*, si vero posterius, *theoreticus*. Haeticus est vel theor. vel pract.

§. 902.

Qui pro determinatae ecclesiae membro vult haberi, aut habet conatum efficacem legibus ecclesiae convenienter vivendi, aut non.

Kk

Si non religiosus.

Si prius, est *religiosus* (§. 875. 895.), si posteriorius, aut habet conatum efficacem eiusmodi leges violandi, aut indifferens est, priori ratione *irreligiosus*, posteriori vero *non-religiosus* vocatur.

COR. Itreligiosus igitur pro determinatae ecclesiae membro haberi nequit (§. 895. Cor. 2.).

§. 903.

Membra ecclesiae fieri debent religiosa.

Effectus potestatis ecclesiasticae porro est ius cum legibus ecclesiae connectendi motiva, quae membrorum ecclesiae animos flectere possunt, ut fiant religiosi. Huius enim potestatis effectus est ius constituendi leges ecclesiae, quarum observatione ordo in ecclesia possit conservari (§. 805.). Hic vero finis obtineri nequit, nisi ecclesiae membra legibus ecclesiae velint obtemperare (§. 873.), ergo & potestatis ecclesiasticae effectus est ius efficiendi, ut in ecclesiae membris conatus efficax legibus ecclesiae convenienter vivendi possit excitari (§. 839. 94.), ideoque ius cum legibus ecclesiae connectendi motiva (§. 36.), quae ecclesiae membrorum animos flectere possunt, ut fiant religiosi (§. 902.).

§. 904

Inde originatur resserae religiosae familiaritatis.

Ex demonstratione, qua principium illud corroboravimus, facili negotio patebit, necesse esse, ut in ecclesia res quaedam constituantur, quarum usu religiosi a non-religiosis distinguendi, quas brevitatis gratia *resseras religiosae familiaritatis* vocabimus.

COR. I. Sequitur ergo ex potestate ecclesiastica ius resserae religiosae familiaritatis determinandi (§. 903.).

COR.

COR. II. Et simul ex legis ratione concipitur, non permittendum esse, vt non-religiosi eiusmodi tesseris religiosae familiaritatis utantur (§. 887.).

§. 905.

Excommunicatio est denegatio iurium, quae alias membro societatis denegari non solent (a). Excommunicatus itaque vel ex societate expulsus est, vel manet societatis membrum & vsu quorundam iurium tantummodo priuatur. Priori ratione excommunicatio vocatur *maior*, posteriori vero *minor*. Quid sit excommunicatio ecclesiastica, eaque maior vel minor, facile ex dictis intelligi potest.

Quid excommunicatio eiusque species.

COR. Ad excommunicationem igitur ecclesiasticam minorem denegatio vsus tesserarum religiosae familiaritatis referri potest (§. 904.).

(a) vid. PERTSCH. l. c. §. 359. eiusque tract. vom Recht des Kirchen-Bannes.

§. 906.

Effectus potestatis ecclesiasticae est ius haereticos & irreligiosos ab ecclesia, non religiosos vero ab vsu tesserarum religiosae familiaritatis excludendi. Potestas enim ecclesiastica est ius vniformitatem variorum, religionem spectantium, conseruandi (§. 887.). Sed quis hanc cogitare poterit vniformitatem, si etiam ii, qui natura determinatae ecclesiae membra esse nequeunt, inter ecclesiae membra referantur, & si etiam iis tesserarum religiosae familiaritatis vsus concedatur, qui saluo eiusmodi tesserarum scopo iisdem vti nequeunt? Quamobrem, cum ius ad finem det ius ad media (§. 94.),

Qua ratione excommunicatio fieri possit in ecclesia, determinatur.

Kk 2

sequi-

sequitur, vt inter potestatis ecclesiasticae effectus etiam referri debeat ius haereticos (§. 900. Cor. 3.) & irreligiosos (§. 902. Cor.) ab ecclesia, & non-religiosos ab vsu tesserarum religiosae familiaritatis (§. 904. Cor. 2.) excludendi.

COR. I. Determinati igitur sunt excommunicationis tam maioris, quam minoris limites (§. 905.).

COR. II. Malum natum & immissum ob violationem legis etiam conuentionalis vocatur poena (§. 119.), & ius, leges violantibus poenas determinatas irrogandi, iurisdictionis accepit nomen (§. 723.). Ex quibus satis intelliges, ius excommunicandi esse iurisdictionis, quae a doctoribus ad iurisdictionem spiritualem refertur, speciem.

COR. III. Cur vero eiusmodi iurdictio a nonnullis iurdictio conuentionalis, & malum, quod illius potestate leges violantibus iniungitur, poena conuentionalis vocetur, §. 894. & 903. docent.

§. 907.

De conciliis.

Quoniam ecclesia est societas aequalis, (§. 880.), quae de democratia §. 749. 762. dicta sunt, ad ecclesiam etiam accommodari possunt, in comitorum locum *conciliis*, quae sunt conuentus membrorum ecclesiae, ad negotia ecclesiastica determinanda tendentes, substitutis; & principiis, quae de democratia explicata sunt, ita limitatis, vt §. 873. & 874. posita iuuent. Sed dum hoc facili negotio fieri possit, non habemus, vt de hisce plura hic dicamus (a). Quaedam tamen pro scripti scopo necessaria adiciamus.

(a) *Confetur III. BOEHMERVS in iure eccles. potest. Lib. I. T. I. §. 29. p. 41.*

§. 908.

§. 908.

Vt ecclesiae membra dogmata fidei & modum hisce conuenienter viuendi intelligant, necesse est (§. 879. vid. etiam §. 109.). Intel- ligere idem est ac aliquid distincte cognoscere. Ergo & ex potestate ecclesiastica sequitur *ius efficiendi, vt ecclesiae membra tam dogmata fidei, quam modum hisce conuenienter viuendi, distincte possint cognoscere* (§. 887. seqq.). Conf. §. 877.

Vi potestatis ecclesiasticae efficiendum est, vt ecclesiae membra res ecclesiae distincte cognoscant.

COR. I. Efficere, vt quis propositiones distincte possit cognoscere, idem est ac easdem explicare (§. 102.). Vi igitur potestatis ecclesiasticae efficiendum est, vt dogmata fidei & modus hisce conuenienter viuendi membris explicentur.

COR. II. Quae ergo §. 102. 103. 104. de legum explicatione, & §. 113. - 117. de legum interpretatione dicta, hic etiam applicari possunt.

§. 909.

Manifestum inde est, necesse esse in ecclesia, vt certae quaedam personae constituentur, quae perfecte obligatae sunt, vt tam fidei dogmata, quam modum hisce conuenienter viuendi membris explicent (§. 908.). Qua ex ratione? vt membra ecclesiae religiosa fieri possint (§. 903.). Ex quo, quoniam sine cognitione viua fieri nequit (§. 902. & 36. seqq.), sequitur, in ecclesia etiam eiusmodi personas esse constituendas, quae ea ratione membris illa explicare debent, qua eorum cognitio viua euadere possit. Prioris generis personas *doctores ecclesiae*, posterioris vero *ecclesiae ministros* vocabimus. Ergo & potestas ecclesiastica inuoluit *ius vocandi atque eligendi ecclesiae doctores atque ministros* (§. 887. Cor.).

Ergo doctores atque ecclesiae ministri sunt eligendi.

COR. Qui contra obligationem suam perfectam agit, ille alteri dat ius mala irrogandi (§. 153.). Ergo & vi potestatis ecclesiasticae membris competit ius tam doctoribus, quam ministris ecclesiae, obligationem suam perfectam violantibus, mala irrogandi. Legas *B. SPENNERVM in theologischen Bedencken* cap. I. P. I. sect. 56.

§. 910.

Ecclesia
iura sua
in alios
transferre
potest.

Iura, quae ex potestatis ecclesiasticae conceptu fluunt, satis explicata sunt; ut specialiora addamus, ratio instituti non permittit. Potestatem illam ecclesiasticam secundum ius naturae atque originariae omnibus ecclesiae membris, collectivae sumtis, competere §. 881. diximus. Ergo & iura haecenus exposita omnibus ecclesiae membris, collectivae sumtis, natura inesse debent. Quoniam vero quilibet ius suum, nulla facta laesione, in alios potest transferre (§. 474.), fieri etiam potest, ut ecclesiae membra iura sua, haecenus determinata, certas in personas transferant. Quam ad translationem per naturam etiam sunt obligata (§. 94, §81. seq.).

SCH. Permultas propositio, §. 878. Cor. I. coll. §. 873. demonstrata, de quaestione: *utrum iura ex potestate ecclesiastica haecenus deducta, & quae iura collegialia dicuntur, in certas quasdam personas transferri possint?* intulit controuersias. Sed omnium, ut videtur, diuersi terminorum significatus sunt fundamentum. Distinguas, quae distinguenda, tunc erit responsio in promptu.

§. 911.

Quaeritur
quomodo.

Ecclesia sine vera libertate conscientiae nulla est (§. 874. 878. Cor. I.). Quicquid igitur libertati conscientiae repugnat, id etiam in

in ecclesia fieri nequit. Quare, cum facta potestatis ecclesiasticae translatione, ecclesia determinata maneat (§. 910. 881.), nulla potestatis ecclesiasticae translatio, libertati conscientiae repugnans, secundum ius naturae valere potest.

COR. Non mediocrem igitur diligentiam adhibere debent ecclesiae membra, ne potestatis ecclesiasticae certas in personas translatione ecclesia Papo-caesaria aut Caesario-papia euadat. Vid. §. 749. Sch. 1. Conf. *PVENDORF de habitu religionis christianae ad vitam civilem.*

SCH. De administratione bonorum ecclesiasticorum non habemus, cur hic dicamus. Quae enim §. 680. seqq. dicta, omnia hic applicari possunt, ergo sufficiant.

TIT. II.

DE

IVRE PRINCIPIS CIRCA SACRA.

§. 912.

Tandem ecclesiam, quo etiam iura, quae quo respectu ecclesiae membra sint sub imperio principis, determinatur. principi seu ciuitatis imperanti, qua tali, in ecclesia (a) competunt, determinari possunt, in ciuitate debemus considerare. Ecclesia est coetus plurium (§. 878.). Si igitur ea est in ciuitate, plures illi, seu membra ecclesiae (§. 880.), sunt in ciuitatis territorio (§. 680.). Ergo: vel ad imperantem vel ad imperio ciuitatis subiectos referendi sunt (§. 681. Cor. 1.). Quare, cum prius contra hypothesin sit, sequitur: *Membra ecclesiae in externis esse sub imperio principis, non quia sunt membra ecclesiae (§. 878. Cor. 2.), sed quia inter ciuitati subiectos referri debent.*

Kk 4

SCH.

SCH. (a) Distinguenda enim sunt iura ecclesiastica, quae ecclesiae membra ratione externorum in principem transtulerunt (§. 910.), ab iis, quae principi vi definitionis competunt. Illa sunt collegialia (§. 880. seq.), haec vero maiestatica (§. 668.). Illa non nisi ex factis, haec vero ex definitionibus concipienda sunt. Ergo illa pertinent ad ius posituum, haec vero ad ius philosophice consideratum. Ergo & de his hic tantummodo dicendum erit. Conf. NOODTII Diss. de religione ab imperio iure gentium libera, & THOMASIVM not. ad Huber: de iur. ciuit. Lib. I. sect. V.

§. 913.

Principi qua tali competit ius circa sacra.

Principi, qua tali, competit ius cauendi, ne quid ciuitatis securitas detrimenti per ecclesiae instituta capiat. Principi enim, qua tali, competit maiestas (§. 668.), ideoque ius dirigendi actiones ciuitati subiectorum ad ciuitatis securitatem (§. cit. & 670.). Sed membra ecclesiae inter ciuitati subiectos referri debent (§. 912.), ergo & principi, qua tali, competit ius actiones membrorum ecclesiae eo dirigendi, ne contra ciuitatis securitatem fiant.

COR. I. Ad iura igitur maiestatica etiam pertinet ius circa sacra (§. 886.).

COR. II. Quicquid iuri maiestatico repugnat, etiam contra securitatem ciuitatis est (§. 668.). Ergo vi iuris circa sacra principi competit ius efficiendi, ne per ecclesiae instituta atque ordines contra iura maiestatica agatur.

§. 914.

Quod specialiter determinatur.

Si igitur cum principiis §. 671.-746. expositis, ea, quae §. 887.-911. euoluta; coniunguntur, omnia, quae de iure principis circa sacra dicenda, eruere possumus. Ne vero am-

an luges fiant molestae, speciminis modo loco quaedam addamus.

I. Principi, qua tali, competit ius eos, qui contra ciuitatis securitatem actionibus suis sacris & quidem externis aliquid suscipiunt, puniendi (§. 672.).

COR. Ergo eos malis afficere potest, qui in ecclesia doctrinas falsas, ciuitatis securitati repugnantes, proponunt, vel, dum sacra externa agunt, obligationes suas ciuiles violant. vid. §. 710. seqq. conf. III. KEMMERICH. in *diss. de iure principis circa dogmata fidei*, & THOMASII *tract. de iure principis euangelicis in controuers. theol.*

II. Ad iura maiestatica etiam pertinet ius tam personas ecclesiasticas, quam libros symbolicos & liturgicos confirmandi (§. 677. Cor. 1. & §. 678.).

COR. Doctores atque ministri ecclesiae sunt personae ecclesiasticae (§. 909., 882.). Ergo & a principe, qua tali, in officiis suis confirmandi sunt.

III. Ius maiestaticum est ius ecclesiam aduersus aggressores defendendi (§. 674.), inde oritur *ius deuolutionis*, de quo doctores disputant.

IV. Ius maiestaticum est ius tempora atque loca ad religionis exercitia destinandi (§. 685.). Vid. BAEINERI *dissertationes de quaest. an & quatenus Sabbathum lege nat. praecipiat &c.*

SCH. Distinguunt quidem nonnulli cum PUFENDORFIO, in *tract. de habitu religionis*, inter principes christianos & ethnicos, illis maiora quam his circa sacra tribuentes iura. Sed posita eadem notione eadem etiam sequuntur consecraria, & in philosophica iuris scientia non statim de iis, quae ex pacto, sed

quae ex rerum notionibus fluunt, dicere possumus. Alia erit ratio, si vera religio iis, quae ab ethnico principe in statu ciuili constituta sunt, repugnet. His enim factis veram religionem praefereendam esse, ex superioribus manifestum est.

§. 915.

Quid princeps in ciuitate tolerare possit, determinatur.

Vt princeps, quod ciuitatis securitatem non violat, in ciuitatis territorio toleret, legibus naturalibus conueniens est. Quo enim ciuitatis securitas non violatur, nec contra iura maiestatica agitur (§. 668. 667.). Ergo nec principi, qua tali, iusta datur causa irrogandi mala (§. 103. Cor.). Vt igitur in ciuitatis territorio toleretur, legibus naturalibus conueniens est (§. 714.).

COR. Qui itaque iura maiestatica non violat, secundum ius naturale in ciuitatis territorio tolerandus est. Conf. THOMASII Dissert. de iure principis circa ad-iaphora.

§. 916.

Et applicatur ad religionem.

Immediate inde sequitur, qua ratione saluis legibus naturalibus fieri possit, vt homines diuersae religionis diuersorumque dogmatum in ciuitatis territorio a principe tolerentur. Eodem ex fundamento GVDNLINGIVS in I. N. & G. Cap. XXXVI. de Iur. Mai. §. 89., eos in ciuitate non esse ferendos, qui dissentientes sine conuicio atque innocua ratione statuunt persequendos, affirmavit. Conf. THOMASIVS in not. ad Huber. de iure ciuit. Lib. I. Sect. V.

§. 917.

Quomodo maiest. ab

Porro inde manifestum est, in ciuitate tam potestatem ecclesiasticam a iuribus maiest. sta-

staticis (§. 785. 914.), quam ius maieftaticum a potestate ecclefiastica limitari (§. 785., 915.). Natura vero eiusmodi limitum ex ante explicatis satis deduci atque intelligi potest. **Quae** igitur exposita fufficiant. Legas tamen **GROTIUM** *de iure fummorum potestatum circa sacra.*

Ecc. &
Ecc. a
mai. li-
mitatur.

CAP. III.

DE

IVRE ECCLESIASTICO VNIVERSALI
PRIVATO.

TIT. I.

DE

IVRE PERSONARVM ECCLESIASTICARVM.

§. 918.

IVS personarum est ea iurisprudentialis pars, quae explicat, quae quis qua determinatae cuiusdam societatis socius praestare debet (§. 802.). Ea itaque iuris prudentiae ecclefiasticae pars, quae explicat officia, quae quis qua determinatae cuiusdam ecclesiae subordinatae societatis socius praestare debet, constituit *ius personarum ecclefiasticarum*. Dictum est de iure personarum systematice sumto. Si vero ius sumatur pro facultate quadam morali, manifestum ex illis erit, ius personarum ecclefiasticarum esse eiusmodi ius, quod membris ecclesiae competit, quatenus sunt socii determinatae cuiusdam societatis ecclesiae subordinatae.

Quid ius
persona-
rum ec-
clesiasti-
carum.

COR. I. Quicquid igitur non spectat religionem (§. 878.) seu determinatum deum colendi modum (§. 870.), ex illo ius personarum ecclefiasticarum deduci nequit. **COR.**

COR. II. Necessè ergo est, ut iura personarum, de quibus §. 808. seqq. diximus, ab iis, quae sunt iura personarum ecclesiasticarum, distinguamus.

COR. III. Ex quibus simul patescit, diuisionem membrorum ecclesiae in clericos & laicos pro conceptu pontificiorum, non esse iuris naturalis. Conf. BLONDĒLLVS *de iur. pleb. in regimine ecclesiast.*

§. 919.

Funda-
mentum
iuris
perf. eccl.
ponitur.

Ecclesiae, qua tali, nullae subordinari possunt societates, nisi ex muneribus ecclesiasticis concipiendae (§. 878. 882. 554.). Munerum itaque ecclesiasticorum diuersitas est fundamentum, ex quo diuersa iura personarum ecclesiasticarum deduci possunt (§. 554.). Ex quo sequitur, *officiales ecclesiasticos perfecte esse obligatos, ut omnem conferant diligentiam ad eum ecclesiae scopum obtinendum, qui per munus, quod sustinent, in eadem obtineri potest (§. 742. Cor. 1. & 2.).*

COR. Consensus variorum dat perfectionem (§. 13.), ergo & principium generale, §. 143. positum, ad ecclesiam hac ratione applicari potest: *officiales ecclesiae pro statu suo ea facere debent, quae ecclesiam perfectiorem reddunt, & omittere, quae eam imperfectiorem efficiunt.*

§. 920.

Offic. ec-
cles. non
habent
imperium.

Officiales ecclesiastici, qua tales, nullo gaudent imperio. Officiales enim ecclesiastici, ut certa quaedam negotia in ecclesia expediant, obligati sunt (§. 704. 882.). Ultra ecclesiasticum igitur statum iura, quae iis competunt, non sunt extendenda (§. 528. Cor. 3.). Sed ecclesiam imperio carere, docet §. 878. Cor. 2. Ergo nec officialibus ecclesiasticis, qua talibus, imperium potest concedi.

SCH.

SCH. Ius excommunicandi non esse imperii, qua talis, effectus, notandum est. Vid. §. 653. Cor. 2.

§. 921.

Inter negotia ecclesiastica, quae certas in Quid doctores & presbyteri. personas transferri possunt, referre debemus, tam quibus dogmata ecclesiae modusque hisce conuenienter viuendi membris explicantur, quam quibus omnia in ecclesia agenda in ordinem adducuntur (§. 879. seq.). Priori ratione ecclesiastici officiales *doctorum* (§. 909.), posteriori vero *praepositorum* seu *presbyterorum* seu *episcoporum* acceperunt nomen.

§. 922.

Legum igitur, quas ecclesiae doctores, quae Doctorem leges. tales, obseruare debent, hoc erit fundamentum: *efficias, ut membra ecclesiae dogmata in ecclesiam recepta, modumque illis conuenienter viuendi distincte cognoscant* (§. 919.).

COR. I. Obligatio ad finem dat obligationem ad media (§. 94.). Doctores itaque ecclesiae obligati sunt, ut omnem adhibeant diligentiam, qua de dogmatibus ecclesiae modoque illis conuenienter viuendi distinctam sibi acquirere possunt cognitionem. Hanc obligationem esse perfectam, docet §. 529. Cor. 2.

COR. II. Ex iis itaque, quae §. 102. seqq. de interpretatione atque explicatione legum dicta, nonnullae etiam hic deduci possunt conclusiones.

§. 923.

Doctorum ecclesiae officium est efficiendi, ut auditores ad illos, de dogmatibus ecclesiae modoque hisce conuenienter viuendi dicentes, attendant. Ita enim docere debent, ut auditorum cognitio illis de principiis fiat distincta (§. Quae specialiter determinantur. 922.),

922.). Quare, cum distincta cognitio sine attentione acquiri nequeat (§ 28. seqq.), apertum est, doctores ecclesiae obligatos esse ita agere, vt auditores ad dicta possint attendere (§. 94.).

COR. Vt quis ad rem quandam attendat, coactione efficere, naturae repugnat (§. 42.), nulla ergo vis doctores, quam persuasoria, decet.

§. 924.

Continu-
atio.

Quicquid taedium atque risum excitat, id nos etiam ab attentione reuocat. Taedium ex intuitu mali (§. 25.), & risus ex intuitu contradictionis actionum cum statu oritur. Qui nos laedit (terminus sumitur significatu generali (§. 322.)), eius intuitus in nobis excitat cognitionem mali (§. 300.), & qui decorum violat, ita agit, vt actiones statui repugnent (§. 157.). *Ilinc perspicitur, doctores ecclesiae perfecte obligatos esse, vt tam officia erga se ipsum quam officia erga alios praestent (§. 923.).*

COR. Ex doctrina igitur de quantitate obligationum nonnullae hic deduci possunt conclusiones.

§. 925.

De mini-
stris ec-
clesiae.

*Doctores ecclesiae efficere etiam debent, vt auditorum cognitio illis de rebus euadat viua. Hoc manifestum est ex §. 909. Quatenus huius obligationis ratio habetur, doctores ecclesiae ministrorum ecclesiae acceperunt nomen (§. cit.). Principium itaque, ex quo obligationes ministrorum ecclesiae, qua talium, sequuntur, haec erit propositio: *Omni, qua fieri potest, cura atque diligentia efficere debes,**

vt

ut ecclesiae membra dogmata ab ecclesia recepta modumque hisce convenienter viuendi non distinet solum cognoscant, sed & ut eorum hac de re cognitio euadat viua.

SCH. Hocce principium eorum ope, quae de cognitione viua dicenda, facili opera magis determinari potest. Quoniam vero eiusmodi meditatio est philosophiae moralis, instituti ratio, ut de his plura hic dicamus, non permittit.

§. 926.

Praepositis seu episcopis competit ius efficiendi, ut in ecclesia omnia ordine fiant (§ 921.). Ius praepositorum.
Ordo requirit similitudinem in ratione, qua plura coniunguntur (§. 629. Cor. 1.). Sine praepositorum igitur auctoritate in ecclesia nil iuste fieri potest, ex quo immediate sequitur, ut nemini ius in ecclesia docendi sine praepositorum auctoritate sit concedendum. Conf. EVSEBII Hist. Eccl. Lib. VI. Cap. XIX.

COR. Ergo & doctores ecclesiae praepositorum auctoritate ordinari debent (§. 921.). Ideoque illis sine horum consensu in ecclesia aliquid docere non licet.

§. 927.

Doctores ecclesiae, qui quaedam ecclesiae dogmata rationi repugnare pro certo habet, perfecte obligatus est, ut eiusmodi dogmata membris non proponat, sed ut de rationibus, quae efficiunt, ut de illorum veritate dubitet, cum praepositis seu episcopis consideret. Quid iuris, si doctor dogmata falsa esse cognoscat.
Obligatio enim, ut dogmata ecclesiae auditoribus exponat, socialis est (§. 918. seq.). Quoniam vero in obligationum socialium atque naturalium collisione naturales praeferendae sunt (§. 126.

615. seqq.), consequens est, doctorem ecclesiae perfecte obligatum esse, ut eiusmodi ecclesiae dogmata, de quorum veritate dubitat, membris ecclesiae non proponat (§. 328. Pr. II. & §. 529. Cor. 2.). Q. e. p.

Alterum propositionis membrum immediate ex §. 926. coll. §. 300. sequitur.

COR. Qui obligationi suae conuenienter agit, neminem laedit (§. 322.). Quicquid non est laesio, nec est rebellio (§. 715.). Manifesta itaque est veritas propositionis §. 537. Sch. positae.

SCH. *Dicunt etiam doctores iuris canonici de ecclesiae doctorum atque praepositorum subordinatione. Quoniam vero eiusmodi subordinatio ex pactis, non vero ex rerum notionibus deducenda est, de illa in tractatione philosophica non nisi generalia dici possunt. Quae cum §. 910. seq. satis exposita sint, nil supererit, nisi ut de officiis auditorum breuissimis dicamus.*

§. 928.

De officis Auditorum.

Auditores in ecclesia perfecte obligati sunt, ut pietatem erga doctores obseruent, & ut ecclesiae officialibus sufficientia praebent salaria. Auditores enim cum doctoribus sunt in societate (§. 918. seqq.), ergo & perfecte obligati sunt ita agere, ut doctores iuri suo sociali conuenienter viuere possint (§. 529. Cor. 2. & §. 30.); quare, cum hoc haud facile fieri possit, nisi auditores de doctorum perfectionibus sint conuicti (§. 923. 924.): consequens est, auditores in ecclesia perfecte obligatos esse, ut erga doctores pietatem obseruent (§. 284.). Q. e. p.

Altera propositionis pars iisdem ex principiis deduci potest, & si euoluamus §. 483., eius-

eiusdem propositionis veritatem mediante consequentia immediata corroboratam habebimus.

COR. I. Obligatio perfecta alteri dat ius (§. 153.), ergo & ecclesiae doctores atque officiales iure perfecto sufficientia alimenta ab auditoribus postulare possunt (a)

COR. II. Simul inde patet, episcopos habere ius ab auditoribus postulandi, vt pietatem erga doctores obseruent (§. 926.).

SCH. (a) Notare velis, salarium non pro re sacra sed pro doctoris opera persolvi. Conf. THOMASII *diss. de officio principis euangelici circa augenda salaria & honores ministrorum ecclesiae.*

TIT. II.

DE

IVRE RERVM IN ECCLESIA.

§. 929.

Rem esse omne id, quod ad *lō* nostrum Quid res ecclesiae. pertinere potest, ex superioribus manifestum est. Quo ex conceptu simul patet, *rem ecclesiae* esse omne id, quod ad *lō* suum ecclesiae pertinet.

§. 930.

Ecclesia est societas plurium, qui de religione consentiunt (§. 878.). Res igitur ecclesiae vel immediate religionem spectant, vel ad societatem ecclesiasticam conseruandam faciunt. Si prius, res ecclesiae vocantur *sacrae*; si posterius *ecclesiae*. Harum ope porro societas ecclesiastica conseruatur vel quatenus est ecclesiastica, vel quatenus est societas, priori Hius species.

Ll ratio-

ratione vocantur *spirituales*, posteriori vero *temporales*. Res etiam sacras esse vel corporales, vel incorporales, ex §. 844. sequitur.

COR. I. Quicquid itaque religionem non immediate spectat, inter res sacras minime referri potest. Quare, cum religio sit determinatus deum colendi modus, (§. 870.), consequens, est, rem sacram non esse, quae cultum diuinum non immediate tangit. vid. §. 285.

COR. II. Rerum ecclesiasticarum spiritualium scopus est, vt societas ecclesiastica, qua talis, conferretur. Res igitur, quantum vsu efficitur, vt membra ecclesiae religiosa fieri possint, inter res ecclesiasticas spirituales referre debemus. Vid. §. 896.

COR. III. Res tandem ecclesiasticae temporales ad conferuandam societatem ecclesiasticam, quatenus nimirum est societas, faciunt. Inter eiusmodi itaque res salaria ecclesiae officialibus praebenda, & bona, quae, ad negotia ecclesiastica agenda adhibere debemus, referenda sunt.

§. 931.

De anti-
stitibus.

Quibus ius bona ecclesiastica temporalia administrandi concessum est, vocantur *antistites*.

COR. I. Ergo & antistites auctoritate episcoporum ordinandi sunt. (§. 926.).

COR. II. Iura vero atque obligationes antistitum ex §. 692. seqq. immediate inferri possunt.

§. 932.

Effectus
violatio-
nis rei
sacrae.

Si quis ecclesiae membrorum res sacras moraliter violat, in ecclesia speciem blasphemiae committit. Qui enim res sacras moraliter violat, determinata in ecclesia moraliter agit contra perfectiones diuinas (§. 930. Cor. 1. 285.),
suis

fuis itaque actionibus illa in ecclesia deo tribuit imperfectiones. Quâ ex ratione eiusmodi actio illa ab ecclesia blasphemia vocari debet (§. 283.).

COR. Ergo ecclesiae dat ius excommunicandi (§. 906.).

§. 933.

Qui res ecclesiasticas spirituales moraliter violat, ille impietatem suam in ecclesia declarat. Rei ecclesiasticae spiritualis.
 Qui enim res ecclesiasticas spirituales moraliter violat, ille moraliter ea violat, quorum vsu membra fieri possunt religiosa (§. 930. Cor. 2.). Facere igitur non potest, quin suam de contemptu religiosorum voluntatem membris declarat (§. 282 Cor. 1.), impietatem itaque suam manifestam facit (§. 173. 875. 870.).

COR. Ergo etiam ecclesiae dat ius excommunicandi (§. 906.).

§. 934.

Ex rei ecclesiasticae temporalis violatione nil, nisi societatis laesio, colligi potest. Rei ecclesiasticae temporalis.
 enim ecclesiasticae temporales pertinent tantummodo ad τὸ suum ecclesiae, quatenus est societas (§. 929. 930.). Si quis igitur eiusmodi res violat, hac ex actione nil inferri poterit, nisi vt societatem in possessione eorum, quae ad τὸ suum pertinent, turbauerit. Sola igitur societatis laesio eiusmodi ex actionibus sequitur (§. 325.).

COR. Qui igitur eiusmodi res violat, ecclesiae dat ius agendi (§. 866. 912.), & principi ius puniendi (§. 914.).

§. 935.

Quid fa-
cilegus.

Qui res ecclesiasticas furto aufert, *sacrilegus* vocatur. Maior itaque moralitas sacrilegio, quam simplici furto inest (§. 175. Cor. 5.). Ergo & maior est poena, quae ex illo, quam quae ex hoc sequitur (§. 217. Prop. IX.). Quae vero de furto in superioribus dicta, hic etiam applicari possunt.

§. 936.

De alie-
natione
rei eccle-
siasticæ.

Res sacrae ecclesiasticae spirituales alienari nequeunt, salvis vero legibus naturalibus fieri potest, ut res temporales ecclesiasticae alienentur. Res enim sacras ecclesiasticas spirituales alienare, idem est ac cultum diuinum in alios transferre (§. 930. Cor. 1. & 2.), quoniam vero eiusmodi translatio sine gloriae diuinæ obscuratione cogitari nequit (§. 282. 284.), consequens est, ut legibus naturalibus repugnet (§. 282. Cor. 2.). Q. e. p.

Rerum vero ecclesiasticarum temporalium alienationem legibus naturalibus non statim repugnare, docet §. 930. Cor. 3. & §. 451. Cor. 2. coll. §. 689. seqq

COR. Quae ergo ratione secularisationis sunt iuris naturalis, deduci possunt ex §. 639. seqq. coll. §. 913. & 678.

§. 937.

Simonia
est con-
tra ius
naturæ.

Emtio venditio rerum sacrarum vocatur *simonia*. Omnis igitur simonia legibus naturalibus repugnat (§. 936.).

§. 938.

Conclu-
sio.

Haecenus ius rerum ecclesiae suis ex definitionibus explicauimus. Qui explicata per ea, quae §. 829. - 842. de iure ad rem, & per ea,

ea, quae §. 843. seqq. de iure in re diximus, magis vult determinare, facili etiam negotio specialiora, quae ius rerum in ecclesia spectant, intelligere poterit. Non ergo habemus, vt de his plura hic dicamus. Velim tamen, vt legas *Magnificum nostrum ENGAVIVM* in Iur. Can. p. 293. seqq.

TIT. III.

DE
IVRE ACTIONVM IN ECCLESIA.

§. 939.

Per multa eruditi de actionum ecclesiasticarum existentia disputarunt. Alii easdem concedunt, alii vero negant, querelam non actionem in ecclesia dare affirmantes. Inquiramus in ea, quae secundum ius naturae hae de re sunt vera. Ratio instituti.

§. 940.

Remedium iuris persequendi in ciuitate actionem, ciuilem scilicet, vocauimus (§. 807.). Iurium ecclesiasticarum existentiam satis demonstrauimus. Ergo & remedium iuris persequendi in ecclesia *actionem ecclesiasticam* vocare possumus. Quid actio ecclesiastica.

§. 941.

Violatio iuris est fundamentum actionis (§. 866.), ergo & violatio iuris ecclesiastici actionum ecclesiasticarum fundamentum vocari potest. Iura ecclesiastica sunt vel personarum (§. 918. seqq.), vel in re, vel ad rem (§. 929. seqq. & 802.), ergo & actiones ecclesiasticae sunt vel praeiudiciales, vel reales, vel personales (§. 868. seqq.). Actio. num ecclesiasticarum fundamentum.

COR. Si ergo ea, quae §. 868. seqq. dicta, per §. 918. 938. determinantur, harum etiam actionum differentiae specificae cogitari possunt.

§. 942.

Quod
speciali-
ter deter-
minatur.

Qui iura ecclesiastica alterius violat, vel simul agit contra iura maiestatica, vel non. Si prius, factum illud breuitatis gratia *delictum ecclesiastico-ciuile*, si vero posterius, *delictum ecclesiasticum* vocabimus (§. 835.).

COR. I. Delictum ciuile dat actionem ciuilem (§. 835. 866.), & delictum ecclesiasticum actionem ecclesiasticam (§. 941.), ergo ex delicto ecclesiastico-ciuili oritur actio ecclesiastico-ciuilis.

COR. II. Ita e. g. actio blasphemiarum, actio, quae datur ex simonia (§. 937. 932.), ex sacrilegio (§. 935. 681. 328.), ex violatione rerum ecclesiasticarum spiritualium (§. 933. seqq.), sunt actiones ecclesiastico-ciuiles.

§. 945.

Forum
compe-
tens de-
termina-
tur.

Actionem ecclesiasticam apud eum, qui potestatem ecclesiasticam habet, ciuilem vero apud ciuitatis rectorem, qua talem, turbatoribus intendere debemus. Vltimum membrorum ex §. 722. seqq. primum vero ex §. 942. & 906. immediate sequitur.

COR. I. Forum igitur competens, in quo actio ecclesiastico-ciuilis turbatoribus intendenda, mixtum est.

COR. II. Si igitur potestate ecclesiastica gaudens, qua talis, de delicto ecclesiastico-ciuili, vel de delicto ciuili iudicat, hoc facto violat iura maiestatica, ideoque principi dat ius puniendi (§. 723. Cor. 2., §. 712. Cor. 2. & §. 711.).

COR. III. Effectus actionis ecclesiasticae ex §. 905. seqq., & ecclesiastico-ciuilis ex §. cit. & §. 866. seqq. facili negotio deduci possunt. Exposita ergo permittunt, vt ponatur.

IVRIS ECCLESIASTICI VNIVERSALIS.

FINIS.

ELE-

ELEMENTA
IVRIS GENTIVM
VNIVERSALIS.

THE HISTORY OF
THE UNITED STATES OF AMERICA
FROM 1763 TO 1876
BY
JOHN B. HENNINGSEN

SECTIO VIII.

QVAE

IVS GENTIVM VNIVERSALE
SISTIT.

CAP. I.

DE

IVRE GENTIVM VNIVERSALI IN
GENERE.

§. 944.

Ciuitates, quarum vna ab altera non dependet, vocantur *Gentes* vid. §. 41. Pr. Quid gentes.

COR. I. Si itaque de gente dicimus, non membra ciuitatis, sed totam ciuitatem spectamus.

COR. II. Quicquid ergo a cuiusdam ciuitatis membro agitur, non statim pro actione gentis haberi potest.

§. 945.

Qui ab altero non dependet, nec impetio alterius subiicitur (§. 585. Cor. 1.). Ex quo elucet, fieri non posse, vt altera gens sit alterius superior, & altera alteri subiecta (§. 944.). Eadem ex ratione manifestum est, gentes inter se consideratas non esse in societate (§. 521.). Quare, cum status non-socialis naturalis vocetur (§. 15. seqq. Pr.): Gentes, quatenus inter se considerantur, viuunt in statu naturali. Gentes inter se viuunt in statu naturali.

COR. Iustitia igitur eorum, quae a gentibus aguntur nec ex iure ciuili, nec ex iure publico, nec ex iure sociali, sed ex iure naturali deducenda est. Ex quo porro patet, fieri non posse, vt cum statu gentium status ciuitatis democraticus comparatur (§. 748.).

Ll 5

§. 946.

§. 946.

Gentes
inter se
sunt ac-
quales.

Quaeuis igitur gens sui iuris est. Et omnes gentes, in statu naturali consideratae, aequalia iura, aequalesque obligationes habent (§. 14. Pr.).

COR. I. Quo igitur iure gens vti velit contra aliam, eodem etiam & haec vti potest contra illam.

COR. II. Quoniam porro gentes in statu aequalitatis viuunt, quatenus sunt in statu naturali (per dem.), & in statu naturali viuunt, quatenus inter se spectantur (§. 945.), non vero separatim consideratae (§. 944.), in confesso est, ab inaequalitate gentium separatim consideratarum ad inaequalitatem gentium, quatenus inter se considerantur, non valere consequentiam.

COR. III. Si igitur vna gens ab altera ritibus atque ceremoniis se distinguat, hoc aequalitatem gentium inter se consideratarum non tollet.

§. 947.

Principi-
um actio-
num gen-
tium er-
ga se in-
uicem.

Gentes ita erga se inuicem agere debent, vt aequalitatis habeant rationem. Gens est ciuitas (§. 944.), ergo gentes separatim consideratae ita agere debent, vt extranei non arripiant conatum efficacem illis mala inferendi (§. 665.). Quaelibet itaque gens ita agere debet, vt aliam non laedat (§. 540.), ideoque ita, vt aequalitatis gentium rationem habeat (§. 946. 277. 325.).

COR. Aequalitas haec naturalis pertinet ad res suum gentis (per dem. §.). Ergo & cuilibet genti competit ius aequalitatem illam conseruandi (§. 324. 451.).

§. 948.

Ex quo
I.G. pos.

Constituere itaque possumus leges naturales, quibus gentes actiones suas erga se inuicem

uicem attemperare debent (§. 127. 98.). Scientia de legibus, quibus gentes erga se inuicem conuenienter viuere debent, vocatur *ius gentium* & quidem *uniuersale*, quatenus ratio legum tantummodo ex gentium natura seu definitione concipienda. Satis itaque euictum est, fieri posse, vt *ius gentium uniuersale* constituatur (§. 947.).

Scientia
deducitur.

COR. Rerum definitiones sunt immutabiles. Ergo & *ius gentium* data pro definitione est immutabile. Quae hac ex ratione de legibus naturalibus §. 136. seqq. dicta, etiam ad *ius gentium* accommodari possunt.

SCH. In controuersiam quidem immutabilitas *iuris gentium* a doctoribus deducta est, quoniam *ius gentium* ab alijs sumitur pro iure naturali; ab alijs nostro significato; ab alijs pro lege positua multis gentibus communi; ab alijs pro plurium gentium moribus, & quae sunt reliqua. Ea vero termini significatio, quam tradidi, etiam hancce decideret controuersiam. De reliquis termini significationibus in praelectionibus pluribus dicamus.

§. 949.

Propositio §. 947. demonstrata iuris gentium uniuersalis fundamentum vocari potest. *Ius gentium* enim gentium uniuersale actiones gentium, qua talium, erga se inuicem determinat (§. 948.). Vltimam ergo legum, quas in iure gentium uniuersali explicare debemus, rationem primus gentium erga se inuicem respectus continere debet. Quare, cum hic sit independentia gentium (§. 944.), sequitur, vt *propositio §. 947. demonstrata sit iuris gentium uniuersalis fundamentum* (Conf. ea, quae in §. 140. seqq. de propositione iuris naturalis fundamentali dicta.).

Propositio
L. G.
fundamentalis.

SCH.

SCH. Diuersae quidem sunt doctorum de iuris gentium fundamento sententiae vid. *GRIBNERVN* l. c. lib. III. Cap. I. §. 3. n. 1. Quoniam vero philosophicae rei considerationis fundamentum semper est rei definitio, superuacaneum esset, si hac de controuersia prolixius hic differeremus.

§. 950.

Quae
magis
determi-
natur.

Pertinet ergo ius gentium ad ius perfectum (cor. ad §. 947. 949. & Cor. 2. §. 325.). Quamobrem, cum etiam singuli homines in statu naturali spectati ea gaudeant aequalitate, de qua hic dicitur (§. 14. Pr.), gentes perfecte obligatae sunt, ut actiones suas erga se inuicem iuri naturali perfecto hominum singulorum in statu sociali absoluto spectatorum attemperent.

COR. Ius igitur gentium est vel absolutum vel hypotheticum (§. 15. seqq. Pr.).

SCH. Determinauimus itaque rationem applicandi ius naturale ad ius gentium, principiis quidem plerumque receptis contrariam, quoniam gentes natura obligatas esse, ut actiones suas iuri naturali hominum singulorum accommodent, permulti, inter ius gentium humanius atque stricte dictum distinguentes, docent, summa tamen cum ratione, quam ita accipe: alia est obligatio gentium erga se inuicem, quatenus sunt homines, alia, quatenus sunt gentes. Haec vero ex eo gentium respectu deducenda est, qui immediate ex gentis definitione concipitur. Et sic porro.

§. 951.

Ius prin-
cipum
inter se
spectato-
rum.

Ciuitas sine maiestate nulla est (§. 668. Cor. 2.); omnia iura ciuitatis sunt iura maiestatica, & iura maiestatica sunt iura ciuitatis (§. 668. 667., 656. 528.). Personae, iure maiestatico gaudentes, sunt principes. *Ius igitur*

tur principum, inter se spectatorum, idem est ac ius gentium (§. 948. 944.).

COR. I. Quae igitur in iure gentium demonstrantur, etiam in iure principum, inter se spectatorum, quae talium, dici possunt.

COR. II. Alias ergo principes erga se inuicem obligationes habent, quatenus sunt homines; alias, quatenus sunt principes (Schol. ad §. 950.). Sed de his hic fatis.

CAP. II.

DE

IVRE GENTIVM ABSOLVTO.

TIT. I.

DE

IVRE GENTIVM ABSOLVTO IN STATV PAGIFICO.

§. 952.

I*us gentium absolutum* exhibet leges, quae non ex factis, sed immediate ex gentium natura deducendae. Si vero obligationes, cum legibus connexae, immediate ex gentium factis, mediate vero ex gentium natura fluunt, oritur *ius gentium hypotheticum*.

Quid ius gentium absolutum & hypotheticum.

COR. Distinguamus itaque statum gentium absolutum atque hypotheticum a iure gentium absoluto atque hypothetico.

§. 953.

Status gentium, quo conatu efficaci sibi inuicem mala inferendi feruntur, dicitur *bellum solemne*, quo a bello, quod minus solemnis accepit nomen, & quod §. 358. seqq. exposui.

In statu pacis atque belli consideratum.

fuimus, possit distingui. Simul inde intelligi potest, quid significet *pax solemnis*.

COR. I. Omnia igitur gentium, inter se spectatarum, negotia vel ad bellum, vel ad pacem redeunt. Hac ex ratione ius gentium a GROTIUS ius belli & pacis vocatum est.

COR. II. Ius gentium absolutum in statu pacifico exhibet leges, quibus gentes erga se inuicem in statu, quo non habent conatum efficacem sibi inuicem mala inferendi, conuenienter viuere debent (§. 952.).

COR. III. Ius gentium pertinet ad ius perfectum (§. 950.). Ex quo patet, ex Sect. II. Cap. I. Tit. II. hic inferendas esse conclusiones.

§. 954.

Gens sibi non debet arrogare ius in gentem.

Nullum sibi ius gens in gentem arrogare debet. Ponamus, gentem in gentem sibi arrogare iura, hoc aequalitati naturali repugnabit (§. 14. Pr.), cuius in omnibus actionibus erga se inuicem gentes rationem habere debent (§. 947.).

COR. I. Qui sibi nullum in alterum arrogat ius, non agit contra aequalitatem naturalem (§. 14. Pr.). Qui vero alteri denegat auxilium, sibi in alterum non arrogat ius (§. 310. seqq.). Ergo nec contra aequalitatem gentium naturalem agit gens, alteri auxilia denegans.

COR. II. Officia ergo, quae *innoxiae utilitatis* vocantur, quibus scilicet gens aliis prodest, sibi vero non nocet, qualia sunt, vt liceat aliis populis ad terras nostras accedere, in illis commorari, commercia cum ciuibus alterius gentis exercere, inire matrimonia & quae sunt reliqua, vid. KOEHLERII Ius soc. & Gent. §. 1646. seqq. conf. HUBERVS de iur. ciuit. Lib. III. Sect. IV. cap. I., non sunt iuris gentium (§. 949.).

§. 955.

Nulla gens per alterius gentis territorium transitum facere debet, nisi a gente, ad cuius pro-

De iure transitus.

proprietatem territorium illud pertinet, facultas itineris per territorium hocce faciendi illi sit data. Si enim ultimum non sit factum, gens sibi in gentem ius aliquod arrogavit (§. 9. Pr.). Hoc vero iuri gentium repugnat (§. 954.).

COR. Ponamus gentem genti eiusmodi facultatem nolle concedere, haec denegatio inter actiones iuri gentium contrarias non potest referri (Cor. 2. §. 954.). Et reliqua.

§. 956.

Ius praecedentiae vocatur ius, vi cuius gens prae altera prioritatem loci sibi vindicat.

De iura
prece-
dentiae.

COR. Salva igitur gentium aequalitate naturali ius praecedentiae potest concipi.

§. 957.

Nullum iuris praecedentiae in iure uniuersali concipi potest fundamentum, nisi gentis cuiusdam antiquitas. Si enim gentes aut earum principes (§. 951.) sint in conuentu, vnus prae altero prioritatem loci sibi necessario vindicare debet. Ratio vero huius prioritatis nec in gentium inaequalitate (§. 946.), nec in maiori fortunarum suarum copia, nec in potentia maiori, nec in insigniori virtutis gradu, nec in maiori territorii amplitudine esse potest (§. 954. 946. Cor. 2.), sola igitur gentium antiquitas hanc rationem determinat.

Cuius
for Ja-
mentum
in iure v-
niuersali

SCH. Illustri hac de materia non sine commodo legi possunt, quae in THEATRO PRAECEDENTIAE ab EHRENHART ZWEYBURG edito Niostrice' exposita. Ex quibus generalia quaedam forsan possunt abstrahi, principium meum a posteriori confirmantia.

§. 958.

§. 958.

Et effe-
ctus

Si genti cuidam competat ius praecedentiae, & altera eundem velit occupare locum, gens sibi arrogabit ius in gentem, ergo aget contra ius gentium (§. 954.), ideoque contra ius perfectum (§. 950.). Et sic porro.

TIT. II.

DE
IVRE BELLII INTER GENTES.

§. 959.

Ratio in-
struci.

De bello eiusque iure satis diximus §. 344. seqq. Quasdam ergo determinationes, quae ex iure gentium fluunt, hic tantummodo adponamus.

§. 960.

Iusta
belli so-
lemnis
ponitur
caussa.

Inter gentes, qua tales, sola iusta belli causa est violatio aequalitatis gentium naturalis. Sola enim iusta belli causa est laesio (§. 362.), ideoque actio legibus contraria (§. 322.). Sed actiones, quibus aequalitas gentium naturalis violatur, sunt laesiones (§. per dem. ad §. 947.), & actio, qua determinata aequalitas non violatur, inter actiones iuri gentium contrarias referri nequit (§. 949.), sola ergo violatio aequalitatis gentium naturalis est iusta belli inter gentes causa.

COR. I. Bellum, quod inter gentes geritur, dicitur solemne, (§. 953.), belli igitur solemnis causa, si iusta, determinata est.

COR. II. Si ergo gentis cuiusdam civis ciuem alterius gentis laedat, haecce laesio erit quidem iusta belli causa (§. 362.), non vero causa belli solemnis (§. 944. Cor. 1.). Ex quo patet, a causa belli ad causam belli solemnis non valere consequentiam.

§. 961.

§. 961.

Indictio seu denunciatio belli est alteri facta Quid in
dictio
belli. declaratio voluntatis de bello ei inferendo. Declaratio voluntatis est vel pura, vel conditionata (§. 424.). Ergo & indictio belli vel pura vel conditionata esse potest.

COR. Est igitur indictio belli declaratum propositum arripiendi statum, quo quis conatum efficacem alteris mala inferendi vult accipere.

SCH. Sunt quidem, qui omnem indictionem belli conditionalem esse putant, in illa semper hanc esse conditionem, nisi alter praestet satisfactionem, affirmantes, sed ut hac in re sententiam *KVLPIII* sequamur, §. 426. iubet.

§. 962.

Indictio belli solemnis ante necessaria est, Quae in
iure gen-
tium ne-
cessaria. quam gentes iuste bella gerere possunt. Iuste enim gentes sine iusta causa bellum gerere nequeunt (§. 361.), sed iusta belli solemnis causa inde solummodo cogitari potest, quoniam aequalitas gentium naturalis alia ratione conservari nequit, quam ut genti, eandem violanti, mala inferantur (§. 960. 358. & per dem. ad §. 349.). Cessantibus itaque hisce determinationibus fieri nequit, ut gentes iuste bella gerant. Quare, cum non facta belli indictione eiusmodi determinationes non cessare, affirmari non possit (§. 961. 348. seq.), sequitur, ut gens, quae sine belli indictione alia cum gente bellum vult gerere, ius in gentem sibi arroget (§. 9. Pr.), ideoque contra ius gentium agat (§. 954.). Ex quibus manifestum est, indictionem belli in iure gentium ante necessariam esse, quam gentes iuste bella gerere possunt (§. 954.).

Mm

COR.

COR. In belli igitur indictione causa belli determinari debet. Ita etiam hodie libellis publicis, quos *Manifesta* vocant, iustitiam causae ante exponunt gentes, quam arma sumunt.

SCH. Notandum est, quod in se iniustum, in collisione iustum fieri posse.

§. 963.

Ius in
hostium
personas.

In bello solemniter alteri hosti ea tantummodo facere licet, quae alterius vires infringunt, eumque ad nocendum infirmiore reddunt. Gens enim est ciuitas (§. 944), quaelibet ciuitas suam conseruare debet securitatem (§. 664. Cor.), ergo & quaeuis gens ad suam conseruandam securitatem obligata est. Sed, posito bello solemniter, gentes feruntur conatu efficaci sibi inuicem mala inferendi (§. 358. 953.), ideoque durante bello nulla est hostium securitas (§. 364. 539.), ex quo abunde sequitur, vt alteri hosti omnia facere liceat, quae alterius vires infringunt, eumque ad nocendum infirmiore reddunt (§. 94.). Q. e. p.

Gens, quae alteri genti, quae hostis est, mala vult inferre ex principio demonstrato non concipienda, ius in gentem sibi arrogat (§. 9. Pr.), ideoque contra ius gentium agit (§. 954.). Q. e. a.

COR. I. Quicquid igitur ad determinatos scopos nil confert, id etiam in bello non licet. Inermes, senes, infantes, feminae nocere nequeunt. Ergo & hisce parcere debent hostes.

COR. II. Eodem ex principio intelligi possunt, quae de armis licitis & illicitis dicenda. Vid. ZENTGRAV *de armis in bello prohibitis* & SCHWARZII *spec. II. controuers. iur. nat. ex histor. Graec. illustr.*

SCH.

SCH. De rationibus, quibus GROTIUS & COCCREIVS, de armis illicitis quaedam reiecerant, dicamus in praelectionibus. In quibus simul explicaturi sumus controuersias de usu artis magicae in bello.

§. 964.

Ius ad finem datius ad media (§. 152. & 94.), Et res. si hostis hosti bona sua adimit, tunc vires hostis infringit, eumque ad nocendum infirmiorrem reddit (§. 369 Cor. 1.). Ergo & hosti competitius, hosti bona sua adimendi (§. 963.). Conf. GROTIUS de I. B. & P. Lib. III. Cap. V. & XII.

§. 965.

Simulatio, qua hosti nocetur, vocatur *stratagema*, ergo & omnia stratagemata in iure gentium vniuersali iusta sunt (§. 963.). E. & stratagemata iusta sunt.

§. 966.

Defensio, contra ius gentium suscepta, *crudelitatis bellicae* accepit nomen. Sed crudelitas euitanda.

COR. I. Termini itaque crudelitatis bellicae positi sunt §. 963. Et gentes, vt ab eadem abstineant, obligatas esse, immediate docet definitio.

§. 967.

Conatus alteri bellantium succurrendi vocatur *fauor partium*. Qui a fauore partium vacuum se ostendit, *Neutralis* dicitur. Quid fauor partium.

COR. I. Neutralis igitur non est hostis (§. 364. 358.), ergo nec illi mala inferre licet (§. 364. Cor. 3.).

COR. II. Gens, quae alteri bellantium officium ali- quod innoxiae vtilitatis concedit, & alteri denegat, neutralis esse definit (§. 954. Cor. 2. & §. 310.), ideoque fit alterius partis (§. 364. 178.). Conf. FRANCKENSTEIN in Diff. de neutralitate.

Mm 2

§. 968.

§. 968.

De victo-
ria.

Bellantes conatu efficaci sibi inuicem mala inferendi feruntur (§. 358.), fieri igitur potest, ut vis vnus alterius fiat superior. Qui ex certamine superior discedit, *victor* salutatur, cuius vero vis in certamine minor euadit, *victus* appellatur. Et is belli exitus, quo quantitas vis vnus hostis efficit, ut alter porro resistere nequeat, *victoria* vocatur.

COR. I. Victi igitur victori non amplius possunt resistere, ergo sunt in potestate victoris (§. 7. Pr.).

COR. II. Quoniam vero ius perfectum potestatem victoris limitat (§. 787.), & contra ius perfectum agere, iniustum est (§. 155.), ius etiam naturale, & eadem ex ratione ius gentium iura victoris in victos limitat (§. dem membr. 2. §. 963.).

§. 969.

Siveque
iure.

Ius, quod hosti competit in hostem, concipitur

- 1.) ex reparatione damni (§. 329. seqq.).
- 2.) ex iure defensionis (§. 344. seqq.).
- 3.) ex securitatis conseruatione (per dem. ad §. 963.).

Ergo & iisdem ex principiis iura victoris in victum deduci possunt, habet enim.

- 1.) Ius plenam postulandi satisfactionem. De quo vid. pl. §. 329. seqq.
- 2.) Ius victos eo redigendi, ne amplius nocere possint. De quo vide pluribus 346. seqq. & §. 546. 547.

SCH. De cautione, ab hoste hosti praestanda, dicemus in praelectionibus.

TIT.

TIT. II.
DE
IVRE GENTIUM CIRCA LEGATOS.

§. 970.

Ex iis, quae hactenus exposuimus, satis super-^{Legato-}
que elucet, saepissime necesse esse, vt gentes de-^{rum ne-}
negotiis publicis inter se agant (vid. §. 962.).^{cessitas.}
Et hac ex causa vel totae gentes conveniunt,
vel non. Prius fieri nequit (§. 955.), ergo
vel ii conveniunt, qui gaudent maiestate, vel
personae quaedam, quibus imperantes eius-
modi potestatem concedunt (§. 705. seq.).
Prius civitatis commodum non semper permit-
tit (§. 722. seqq.), vt igitur posterius fiat, ne-
cesse est.

§. 971.

Persona a gente ad gentem missa, vt de ^{Quid le-}
negotiis publicis tractet, vocatur *legatus*.^{gatus.}

SCH. Differunt igitur legati ab *agentibus*, hi enim
tantummodo negotia priuata inter gentes tra-
ctant; differunt a *commissariis*, hi enim ab impe-
rantibus ad subditos mittuntur; differunt etiam a
deputatis, quos subditi ad imperantes mittunt.

§. 942.

Nemo legatum mittere potest, nisi qui gau- ^{Quis le-}
det iure maiestatis. Et inter iura maiestatica ^{gatos}
etiam ius mittendi legatos referri debet. Vbi ^{mittere}
enim nulla est gentium idea, ibi nec concipi ^{potest.}
potest ius mittendi legatos (§. 971.), sed vbi
nulla maiestas, ibi nulla est gens (§. 944. 668.
Cor. 2.). Ergo legatos mittere nequit, qui
iuribus maiestaticis non gaudet. Q. e. p.

Mm 3

Alte-

Alterum propositionis membrum ex §. 706. immediate sequitur.

COR. I. Legatus igitur obligationem atque auctoritatem suam habet a subiecto, quod gaudet maiestate. Legati itaque obligationes non ex natura pacti, sed ex idea officialis ciuitatis deducendae sunt (§. 705. & §. 706.). Si itaque, quae de officialibus ciuitatis in superioribus explicata sunt, per ideam legati magis determinantur, officia legatorum satis intelligere possumus.

COR. II. Obligationes mandatarii ex pacto tantummodo deducendae sunt (§. 429.). Sententiam itaque eorum, qui legatum mandatarium nominant, & legatorum officia atque obligationes ex mandatarii idea deducunt, veram vocare non possumus. Certe est principium in praxi maxime periculofum, ergo a posteriori & a priori falsum. Vide *HERTII* Tract. de superioritate territoriali.

§. 973.)

Gentes
vt lega-
tos ad-
mittant
perfecte
sententur.

Vt gentes legatos admittant, perfecte obligati sunt. Gentes enim ex iure gentium habent ius ad alias gentes legatos mittendi (§. 962. 970. 152.), gens igitur legatos non admittens violat iura gentis, qua talis (§. 94.), ideoque sibi arrogat ius in gentem (§. 9. Pr.). Ergo agit contra ius gentium (§. 954.) atque ideo contra ius perfectum (§. 950.), ergo & contra obligationem perfectam (§. 153.).

COR. Non-admissio igitur legati est iusta causa belli solemnis (§. 960.). Conf. *GROTIUS* de I. B. & P. Lib. II. Cap. XVIII. §. 1.

SCH. Ad argumenta, quibus *GVNDLINGIUS* in I. N. G. Cap. XXXV. §. 158. cum *BRESBEVTA* de iure legationis statuum imperii & aliis contrariam corroborare volunt propositionem, in praelationibus respondebimus.

§. 974.

§. 974.

Nulla gens legato, qui non nisi iuribus, quae ut legatus habet, utitur, vi iuris gentium mala inferre potest. Legatus enim, qui non nisi iuribus, quae ut legatus habet, utitur, iuri gentium conuenienter viuit (per dem. ad §. 973.). Ideoque gens, ad quam missus, non habet ius illi mala inferendi (§. 960.). Ergo & perfecte obligata est, ut eiusmodi mala non inferat (§. 954.).

De legatorum sanctitate.

COR. Et haec est propositio, ex qua ea concipienda, quae de sanctitate legatorum doctores dicunt, ad eam 1.) libertatem sermonis, vid. 94. 2.) securitatem personae, vid. §. 970. seqq. 3.) & immunitatem a foro humano vid. §. 945. 972. referentes.

SCH. Generalia immediate ex §§. cit. cit. fluunt, specialia moribus atque pactis gentium fundata sunt. Sed, de his hic dicere non possumus, ergo proposita sufficiant.

§. 975.

Quoniam gentes, qua tales, legato, quae tali, officia quaedam praestare debent (§. 973. seq.), necesse est, ut quis, se esse legatum, possit probare. Quia ex ratione dicitur, legatis opus esse literis credentialibus, & litteris liberi commeatus. Hae ad securitatem, illae ad legationem probandam necessariae sunt.

Legatus per se nam legitime debet.

§. 976.

Legati tandem vel ciuitatem, cuius sunt legati, repraesentant, vel non. Priores vocantur *legati primi ordinis*, posteriores vero *secundi ordinis*, qui etiam *Abgesandte* & gallice *Enuoyes* dicti. Legati primi ordinis sunt vel

Legatorum species.

Mm 4

affi-

affidui, & dicuntur *ordinarii, Residentes, Gesandte*; vel temporarii & vocantur *extraordinarii, Gesandte, Ambassadeurs*.

COR. I. A genere ad speciem valet consequentia. Quae igitur de legatis in genere dicta, de determinatis etiam legatorum speciebus valet.

COR. II. Vnicam modo conclusionem ex determinationibus specificis, collata demonstr. §. 957., adponamus, legatum nimirum primi ordinis habere ius praecedentiae, ciuitati competens, non vero legatum secundi ordinis.

CAP. III.

DE

IVRE GENTIVM HYPOTHETICO.

TIT. I.

DE IVRE GENTIVM CIRCA FOEDERA.

§. 977

Quid
foedus
eiusque
necessi-
tas.

Gentes perfecte obligatae sunt, ita agere, vt obligatio aliarum gentium ad auxilia illis ferenda fiat perfecta (§. 393.). Eiusmodi obligatio perfecta fieri potest per pactum (§. 419.). Pacta inter diuersas gentes, qua tales, de mutuis auxiliis sibi praestandis vocantur *foedera*. Foedera itaque inter gentes hac ratione necessariae sunt.

COR. I. Foedera sunt pacta. Quae itaque §. 394.-442. de pactis demonstrata sunt, de foederibus etiam valet.

COR. II. Ex quo patet, ab iniustitia pacti, ad iniustitiam foederis valere consequentiam.

SCH. *Explicemus in praelectionibus ea, quae de concursu foederum* GROTIUS Lib. II. Cap. XV. §. 13. &

PVP-

PVVENDORFIVS Lib. VIII. Cap. IX. §. 5. proposuerunt.

§. 978.

Obligatio ad foedera seruanda est iuris gentium. Inito enim foedere vires promittentis translatae sunt in *ro* suum gentis acceptantis (§. 414.), promittens itaque, quae foedus non vult seruare, sibi ius in aliam gentem arrogat (§. 9. Pr.). Quare, cum hoc iuri gentium repugnet (§. 954.), gens per ius gentium etiam obligata est, vt foedus seruet.

Foedera vi I. G. seruanda sunt.

COR. I. Noua igitur in iure gentium ad obligationem naturalem, qua, vt pacta seruemus, tenemur, accedit obligatio. Qua ex ratione obligatio naturalis ad promissa praestanda in iure gentium fit maior (§. 84.).

COR. II. Violatio foederis est iusta belli solemnis causa (§. 960.).

§. 979.

Gentes ad foedera seruanda obligatae sunt (§. 978.). Haec itaque obligatio valet tam ratione foederum statu pacifico, quam ratione foederum statu belli initorum. Simulationem aduersus hostem licitam esse, concedimus vi §. 965., sed simulatio a pacto, ideoque a foedere (§. 977.) abesse debet (§. 415. Cor. 3.).

Etiam bellica.

SCH. Vt de pactis bellicis plura hic dicamus, non necesse erit. Omnia enim ex doctrina de pacto facili negotio inferri possunt e. g. Si quaestio sit de obsidibus, ex §. 486. cum Cor. Cor., Conf. SCHILTERI Diss. de obsidibus; de obligatione subditorum ad munus obsidis in se suscipiendum, ex §. 706.; de pactis cum perfido hoste initis ex §. 442. Cor. 4. responsio poterit deduci & quae sunt reliqua &c. &c.

M m 5

§. 980.

§. 980.

Differen-
tia foe-
derum
ratione
obiecti.

Foedera diuersa sunt tam ratione obiecti quam ratione subiecti. Ratione obiecti alia sunt, quae ineuntur de iis praestandis, quae etiam sine pacto gentes sibi inuicem ex iure naturae debent; alia sunt, quae de aliis quibusdam obiectis ineuntur. Priora PVFENDORFIVS (a) *pu'denda* vocat, ergo posteriora *non-pu'denda* vocabimus.

COR. Foederum itaque pudendorum ratio esse potest, vt obligatio iuris naturalis perfecti etiam fiat iuris gentium, & vt obligatio iuris naturalis imperfecti fiat obligatio iuris perfecti atque gentium. Inter eiusmodi foedera referri possunt *foedera amicitiae*. Quae cum ita sint, non intelligo, cur foedera illa a PVFENDORFIO pudenda vocata sint.

(a) in I. N. & G. Lib. VIII. Cap. IX. §. 2.

§. 981.

Continu-
atio.

Posteriora sunt vel *aequalia*, vel *inaequalia*. In illis est promissionis atque repromissionis identitas; in his vero earum diuersitatem concipimus.

COR. I. Foedera igitur aequalia tam promittenti quam repromittenti idem dant ius pactitium, non vero foedera inaequalia (§. 420.). Qua ex ratione dicitur, per foedera aequalia neutram partem prae altera deterioris fieri debere conditionis, quod per foedera inaequalia fieri potest Conf. THOMASII Iurispr. diu. Lib. III. Cap. VIII. §. 14. & 19.

COR. II. Foedera aequalia sunt vel *pacis* vel *belli* (§. 953. Cor. 1.), foedera belli sunt vel *offensiva* vel *defensua*, vel *offensua & defensua* simul (§. 365 366.) & quae reliqua, *foedera pacis* vel *circa commercia* vel *circa alias res* e. g. ne subditos alterius defendat aut recipiat, ne iter alterius hosti praebeat & quae reliqua, versantur.

COR.

COR. III. Eadem foederum diuisio applicari etiam potest ad foedera inaequalia. In sequentibus differentiam foederum ratione subiectorum exponamus.

§. 982.

Ius sancienti foedera est ius maiestaticum. Ius foedera sancienti est maiestaticum.
 Foedera enim sanciri nequeunt, nisi a gentibus, qua talibus, (§. 977.) seu a ciuitatibus, qua talibus (§. 944.), iura vero ciuitati, qua tali, competentia sunt maiestatica (§. 668. 670. 977.), ergo & ius foedera sancienti est ius maiestaticum.

COR. I. Qui igitur iure maiestatico non gaudet, nec foedera inire potest.

COR. II. Ut vero, qui maiestate gaudet, vel propria vi vel per legatum foedera cum gentibus sancire possit, immediate ex §. 429. seqq. coll. §. 970. sequitur.

§. 983.

Ponamus subiectum maiestate gaudens, Inde oriuntur foedera personalia & realia.
 cum alia quadam gente sancire foedus, hoc facit, vel quatenus materialiter spectatur, vel quatenus est determinatae ciuitatis imperans, priori ratione foedera vocantur *personalia*, posteriori vero *realia*.

COR. Quatenus igitur foederum personalium habemus rationem, manifestum erit, subiecto, quod maiestate gaudet, mortuo, eiusmodi foedera cessare. Si vero de foedere reali sermo sit, mortuo illo subiecto hoc cessare dici non poterit.

SCH. I. De liberatione ab obligatione foederis plura legas §. 439. - 442.

SCH. II. Quoniam in aristocratia & democratia subiectum, quod maiestate gaudet, immortale est, sequitur, quae de foedere personali dicuntur, in monarchia solummodo valere.

§. 984.

§. 984.

Qualia
intra esse
præsu-
matur.

In dubio foedera præsumi debent realia.
In dubio enim id præsumendum est, ad quod ex natura maiores sumendae sunt rationes. Quamobrem, cum foedera, a subiecto, quod maiestate gaudet, sanciantur (§. 982.), maiores nobis natura dat rationes affirmandi, vt eiusmodi foedus in commodum ciuitatis sit sancitum (§. 668. seqq. seqq.). Ergo in dubio foedera præsumi debent realia (§. 933.).

SCH. De diuisione foederum in fauorabilia & odiosa dicamus in prælectionibus.

§. 985.

Quid
sponsio-
nes.

Ponamus porro, ciuitatis officialem, qua talem, seu vt alii dicunt, ministrum reipublicae, cum alia quadam gente esse pactum, hoc factum est vel ex mandato imperantis, vel non. Si prius, eiusmodi pacta sunt foedera (§. 982. Cor. 2.), si vero posterius, foedera dici nequeunt (§. 982. Cor. 1. & § 706. Cor. 2.), sed *sponsionum* acceperunt nomen.

COR. I. Sponsionum obiecta sunt negotia publica (§. 705.), ergo validae esse nequeunt, nisi a principe confirmatae (§. 678. & Cor. 1.).

COR. II. Ciuitas itaque ex sponsione officialis non potest obligari (§. 415. Cor. 2. 394. Cor. 4.) sed obligatio haec dependet a principis consensu (Cor. 1. & §. 978.).

COR. III. Imperantem ad sponsionem ratihabendam non esse perfecte obligatum, ex sponsionis definitione facile intelligi potest. Legas THOMASII *Diff. de sponsione Caudina, & de sponsione Numantina.*

TIT.

TIT. II.

DE

IVRE GENTIVM CIRCA DOMINIA.

§. 986.

Permultum eruditi de gentium proprietate atque dominio disputarunt, dum alii eandem negarunt, alii affirmarunt. Illi vero non rationem solum insufficientem adducunt, sed & conclusiones rationi repugnantes concedunt, ita enim inferunt: *Omnis proprietas ad leges civiles refertur, gentes vero sunt in statu naturali, ergo nec gentibus vlla proprietas, nec rerum dominium potest tribui, videatur.* BYNCKERSHOECK de *dom. mar. Cap. I.* His ex principiis porro concludunt: Ergo gentes coloniam in alienas terras immittere, fines aliorum turbare possunt, & quae sunt reliqua. Quoniam vero eiusmodi argumentatio principiis §. 954. seqq. expositis repugnat, propositiones illas mittamus, & sententiam eorum, qui proprietatem gentium affirmant, sequamur. Veritatem huius sequentia docebunt,

An inter
gentes sit
proprie-
tas?

§. 987.

Gentes sunt ciuitates (§. 944.), ciuitates habere proprietatem §. 680. 681. 687. seqq. euietum est. Ergo & gentes habere proprietatem, affirmare debemus.

Quod af-
firmatur.

COR. I. Proprietas dat dominium (§. 845. 445.), de dominio §. 443.-458., eiusque acquisitione §. 459.-516. satis diximus. Quae itaque in locis citatis explicata sunt, hic etiam accommodari possunt.

COR. II. Illis itaque ex principiis explicari possunt, quae de occupatione gentium, de acquisitione bellica,

ca, de gentium testamentis, de successione ab intestato inter gentes, de servitutibus gentium reliquique dicenda. Quoniam vero eiusmodi applicatio facili negotio fieri poterit, quae dicta sunt, pro scripto scopo sufficient.

§. 988.

Obligatio ex iure gentium circa dominium determinatur.

Iure gentium gentes etiam obligatae sunt, ut alteram gentem in eo, quod in dominio ipsius est, non turbent. Quicquid enim in dominio gentis existit, id pertinet ad eam suam gentis (§. 445. Cor. 1.), si igitur gens gentem in eo velit turbare, ius sibi in gentem arrogabit (§. 9. Pr.). Quoniam vero hoc iuri gentium repugnat (§. 954.); consequens est, gentem iure gentium obligatam esse, ut alteram gentem non turbet in eo, quod, in dominio ipsius existit.

COR. Gens igitur determinatae obligationi non convenienter vivens, alteri genti dat iustam belli solennis causam (§. 960. cum Cor. Cor.). Quae itaque de hoc §. cit. seqq. dicta, etiam hic applicari possunt.

§. 989.

Conclusio.

Possent plura e. g. de iure finium publicorum, de fluminis, quod fines territoriorum distinguit, mutatione, & alia eius generis corollaria subiungi. Sed finiamus aliquando, ne omnem simul sapientiam effundere velle videamur. Qui interim ea, quae de dominio eiusque acquisitione in superioribus dicta, ea, quae decet, attentione atque diligentia velit perpendere, ad omnes forsan, quae hac de materia proponi possunt, quaestiones respondere poterit.

FINIS.

IN-

INDEX

VERBORVM AC RERVM

A.

A <i>Biicere rem def.</i>	§. 465.
<i>Abrogare leges quid?</i>	123.
- imperanti societatis competit ius <i>leges abrogandi</i>	623.
<i>Acceptatio promissi quid?</i>	407.
- quomodo <i>haec fiat</i>	403. 409.
- mediata & immediata	411.
- consensus in <i>promissi acceptationem</i> idem est ac rei traditio	413.
- si is, cui aliquid promissum est, <i>promissionem acceptauit</i> , & promittens in <i>acceptationem</i> consentit, tunc promissum <i>translatum est in re suum illius, cui promissio facta</i>	414.
- <i>efficax def.</i>	415.
<i>Accessio def.</i>	468.
- naturalis, industrialis & mixta	ibidem
- si est necessaria, dominus rei est etiam incrementorum dominus	469.
- si est naturalis, res manet suo domino, si dominus eius constat	470.
- si est naturalis, & dominus non constat, tunc dat domino rei, cui <i>accedit</i> , occupandi occasionem	471.
- quomodo <i>accessio</i> industrialis domini causa esse possit	473.
<i>Acquirendi modus</i>	461.
- naturaliter & ciuilitur validus	851.
<i>Acquisitio originaria & deriuatiua</i>	460.
- causa acquisitionis iuris in re proxima & remota	461.
- quatenam acquisitiones ciuilitur iniustae	352.
<i>Actio coacta quid?</i>	163.
- secundum quid & stricte sic dicta	ibidem.
- plane voluntaria quid?	164.
- haec maiorem agnoscit libertatem, quam actio mixta.	165.
- interne honesta maiorem habet moralitatis gradum, quam externe honesta	166.
<i>Actio spontanea quid?</i>	44.
- libera	52.
- eo magis libera est, quo plura quis ad agendum motiua ex actionis idea haurit.	169.

INDEX VERBORVM AC RERVM.

- - <i>num</i> liberarum requisita	§. 52.
- - sunt liberae ratione determinationis & executionis	53.
- - commissivae & omissivae	54.
- - earum varia genera	55.
- - quoad corpus & quoad animam	55. 56.
- <i>nes liberae</i> producunt consuetudina quaedam	57.
- - sunt vel bonae vel malae	59.
- - & quidem naturaliter tales	60.
- - vnde earum bonitas vel prauitas colligenda	61. 62. 63.
- - earum bonitas atque prauitas ab iis inseparabilis est	64.
- <i>nibus</i> liberis competit moralitas	65.
- & quidem tam intrinseca	66.
- quam extrinseca	68.
- vnde haec moralitas cognoscenda?	161. 162.
- huius moralitatis summus gradus determinatur	173.
- indifferentes quid?	Sch. §. 59.
- num <i>actio</i> moralis indifferens detur?	ibid.
- ab actionibus liberis ne deus quidem moralitatem separare potest	69.
- <i>morales</i> gaudent imputatiuitate	217.
- <i>non-liberae</i> omnem respuunt moralitatem	70.
- bonae & malae quid?	107.
- permissivae quatenam sint?	121.
- in foro naturali locum non habent	139.
- nulla <i>actio</i> in foro naturali impunita vel irremunerata manet	149.
- moraliter possibili & moraliter impossibili	150.
- <i>actio</i> libera simplex & composita quid?	174.
- libera composita magis libera est, quam <i>actio</i> libera simplex	175.
- deliberata & indeliberata quid	176.
- - magis libera est, quam indeliberata	177.
- mediata & immediata	178.
- haec magis libera est, quam illa	179.
- <i>nis</i> humanae rectitudo quid sit?	187.
- <i>actiones</i> sacrae	886.
- inde ius circa sacra	ibidem
- <i>actio</i> paedagogica def.	896. Cor. 1. & 2.
- creaturis rationalibus <i>actiones</i> paedagogicae sunt constituendae	897.
- ius constituendi <i>actiones</i> paedag. fuit ex potestate ecclesiastica	899.
<i>Actio</i> def.	807.
	prae-

- praedicialis, personalis & realis.	9. 868.
- ecclesiastica def.	940.
- quoniam esse possit?	941.
<i>acquiescere</i> in voluntate alicuius quid?	297.
- <i>amus</i> in voluntate dei	298.
<i>Actor</i> quid?	222.
<i>Adoptatio</i> quid?	815.
- perfecta & imperfecta	ibidem
<i>Adoratio</i> quid?	291.
- deus a nobis est <i>adorandus</i>	292.
<i>Adiunctio</i> quid?	472.
<i>Administratio</i> quid?	65.
<i>Aequus</i> quid?	155.
<i>Aerarium</i> quid?	691.
- ius aerarii	ibidem
<i>Aequipollentes res</i> def.	412.
<i>Aequitas</i> obiectiua quid?	227.
<i>Affectus</i> quid?	24.
- eorum species	25.
<i>Affinitas</i> eiusque computatio	640.
<i>Agere</i> quid?	7. Pr.
- sponte quid?	ibid.
- libere quid?	ibid.
<i>Aggressio</i> quid?	344.
<i>Aggressor</i> quid sit?	344.
<i>Aggressus</i> quid?	ibid.
- quem alter <i>aggreditur</i> , illi competit ius defensionis	346.
- item ius praecutionis	347.
<i>Agnati</i> quid?	634.
<i>Alienatio rei</i> quid?	451.
- sine praecua laesione est plane arbitraria	474.
- pura & conditionalis	490.
↳ <i>Alienum</i> quid?	277.
<i>Ambassadeurs</i> def.	976.
<i>Amicus</i> quid?	305.
- omnibus nos ostendamus <i>amicos</i>	306.
- quaeramus aliorum <i>amicitiam</i> , etiam <i>externam</i>	306. 307.
<i>Amittere rem</i> quid?	465.
<i>Amor</i> quid?	253.
- nosmet ipsos <i>amare</i> debemus	253.
- deum <i>amare</i> obligati sumus	287.
- alios <i>amare</i> obligati sumus	301.
- ut alii nos <i>ament</i> , afficere debemus	ibidem

INDEX VERBORVM AC RERVM.

- a se ipſo incipit.	§. 302.
- ſed, quando amor ſui amori erga alios præferendus, determinatur	304.
- ad amorem nemo cogi poteſt	319.
- amoris officia quid?	320.
- - hæc extorqueri nequeunt	ibid.
<i>Anarchia</i> def.	653.
<i>Antiſtetes</i> def.	931.
<i>Appellatio</i> quid?	729.
- ciuitati ſubiectis competit ius appellandi	729.
<i>Appetitus</i> quid?	16.
- lex appetitus explicatur	17.
- ſenſitiuus	20.
- dantur gradus	27.
- quando prædominetur	24.
- rationalis quid	33.
- - eius fundamentum	32.
- - fit vehementior, ſi ſenſitiuus concurrit	37.
- in rationali vt nos ad actiones determinemus, obligati ſumus	262.
<i>Arbitrarium</i> quid?	157.
<i>Arrha</i> quid?	583.
- arrhae ſponſalitiae quid?	583.
<i>Ariſtocratia</i> quid?	748.
- propoſitiones Ariſtocratiæ ſpectantes.	763.
<i>Atheus</i> eſt homo infelix	281.
<i>Attentio</i> quid?	28.
- facultas attendendi animæ competit	ibid.
<i>Auctor</i> actionis quid?	90.
- principalis & inſtrumentalis quid?	178.
<i>Auerſatio</i> quid	16.
- lex auerſationis explicatur	17.
- ſenſitiua	20.
- iis dantur gradus	23.
- quando prædominetur	24.
- rationalis quid	33.
- - eius fundamentum	32.
- - fit vehementior, ſi ſenſitiua concurrit	37.
- ne rationali ad actiones nos determinare, obligati ſumus	262.
B.	
<i>Bellum</i> quid?	558.
- iuſtum & iniuſtum quid?	561.
- belli cauſa eademque iuſta & iniuſta quid?	561.
	iuſta

INDEX VERBORVN AC RERVM.

- iusta belli caussa est turbatio eaque sola §. 362.
- defensionum, reparatiuum & poenale quid? 365.
- offensiuum & quid de eo statuendum 366. Cor.
- eius finis sit pax 370.
- qui alteri dat ius belli, is non est in securitate 540.
- ius belli esse potest fundamentum seruitutis 595.
- serui obligati sunt, vt pro domino bellum gerant 633.
- solemne & minus-solemne def. 953.
- iusta belli solemnis caussa indicatur 960.
- iudicio belli def. 961.
- haec necessaria est, antequam gentes bella gerunt 962.
- quid in bello solemnni hosti facere liceat, indicatur 963.
- crudelitas bellica, quid? 966.
- Benefactor* quid? 299. 315.
- deus vt benefactor noster est amandus ibid.
- benefactori gratum animum exhibere debemus 318.
- Beneficentia* quid? 315.
- benefici esse debemus 316.
- qua sub conditione haec nostra obligatio cesset, ostenditur 317. Cor.
- Benevolentia* quid? 315.
- beneuoli esse debemus 316.
- & quibus sub circumstantiis, determinatur 317.
- Blasphemia* quid? 283.
- est illicita & caussa infelicitatis Cor. ibid.
- qui dolose false iurat, blasphemiam committit 391.
- is blasphemiam committit, qui res sacras moraliter violat 932.
- Bonum* enti quid? 15.
- externum & internum Cor. ibid.
- verum & apparens quid? 38.
- apparens quo respectu appetamus 39.
- minus quando auersamur 40.
- in cognitione boni nulla debet esse confusio 260.
- bona publica & priuata quid? 687.
- solus imperans in bona publica habet ius 688.
- iura imperantis in haec bona determinanda sunt ex scopo cur bona sint in dominio totius ciuitatis 689.
- bona publica ad obtinendam ciuitatis securitatem dirigenda sunt 690.
- bona aerarii atque fisci 691.
- ius imperanti in bona aerarii competens ex iure administrandi deducendum est 693.

INDEX VERBORVM AC RERVM.

- ius imperanti in <i>bona</i> fisci competens ex iure vtendi deducendum est	§. 694.
- quando imperanti ius in <i>bona</i> priuata competat, determinatur	695.
C.	
<i>Capitulationes</i> quid?	791.
<i>Casus fortuitus</i> quid?	202.
- est extra omnem culpam, & dolum	203.
<i>Causa</i> principalis	178.
- instrumentalis	ibid.
- moralis	ibid.
<i>Cautio</i> def.	484.
- verbalis, realis, promissoria & fideiussoria quid?	ibid. Cor. 2.
<i>Ceremonia</i> def.	898.
- ecclesiastica	ibidem
- ius has constituendi fuit ex potestate ecclesiastica	899.
<i>Cessio nominis</i> def.	489.
<i>Ciuis</i> quid?	655.
- <i>ciues</i> obligati sunt eo dispicere, ne alii conatum arripiant, ciuitati mala inferendi	665.
- quod magis determinatur	666.
- <i>ciuis</i> perfecte tenetur, ciuitatem defendere	741.
- & munera publica sibi demandata in se suscipere	742.
- item tutelam in se suscipere	743.
- & curam	744.
<i>Ciuitas</i> quid?	84. Pr. 655.
- <i>ciuitates</i> sunt ob metum ortae	657.
- qua ratione ciuitates necessariae sint, ostenditur	658.
- qualia facta ciuitatis constitutio requirat	659.
- omnis ciuitas est societas	660.
- nexus in ciuitate publicus & priuatus itemque personae in ciuitate publicae & priuatae quid	663.
- <i>ciuitatis</i> territorium	680.
- ciuitati subiecti imperio ciuili conuenienter viuere debent	710.
- ciuitati subiectis competit ius appellandi	725.
- ex ciuitate emigrare quid?	731.
- <i>ciuis</i> ex ciuitate emigrare nequit.	741.
- <i>ciues</i> perfecte obligati sunt, ciuitatem defendere	741.
- forma ciuitatis regularis & irregularis	747.
- formae ciuitatis mixtae magis determinantur.	767.
- <i>ciuitatum</i> systema quid?	768.
- eius principia exhibentur	769.
- <i>ciuitatum</i> vnio def.	770.
	incol-

- - incorporatiua & non-incorporatiua	§. 771
- - quid ex corporatiua & non-incorporatiua sequatur?	772.
- necessaria & voluntaria	775.
- in ciuitate voluntaria ciues subiectum, quod maiestatem habet, eligunt	776.
- voluntaria electiua, successiua & mixta	777.
- in electiua maioris partis sententia valet	778.
- in ciuitate necessaria maiestas limitata est naturaliter	788.
<i>Coactio</i> physica	
- in intellectu ratione & iudicio	42.
- voluntate & noluntate concipi nequit	43.
<i>cogere</i> alterum quid?	162.
- de actione coacta vid. <i>actio</i>	
- ad ea peragenda nemo <i>cogi</i> potest, quae sibi vt mala, nec dolere, nec culpose agendo repraesentat	872.
- ad religionem nemo <i>cogi</i> potest	873.
<i>cognati</i> quid?	634.
<i>cognitio</i> viua quid?	111.
<i>Collegia</i> iudiciaria subordinata	724.
- quando collegia imperanti dant ius puniendi	725.
- collegia in iudicando facile errare possunt	726.
- & quomodo errare possint, determinatur	727.
<i>Collisio actionum</i>	
- si nulla adest, quid inde?	180.
- & si adest, quid sequatur?	181.
<i>Comitia</i> quid?	750.
- in democratia <i>comitia</i> sunt habenda	751.
<i>Commixtio</i> quid?	472.
<i>Commodatum</i> def.	479.
<i>Conatus</i> ethicax, efficiens & inefficiens	839.
- crimen <i>conatus</i> quid?	ibid.
- si quis crimen <i>conatus</i> committit, quid inde?	840.
<i>Concilia</i> def.	907.
<i>Concubinatus</i> quid?	578.
<i>Conductor</i> def.	482.
<i>Confirmare</i> aliquem in aliquo negotio quid?	677.
<i>Coningium</i> quid?	578.
- eius scopus indicatur	579.
- est societas voluntaria	580.
<i>Connexa</i> quaenam sint?	30.
<i>Connubium</i> def.	566.
- iustum est societas voluntaria	570.
<i>Conianguinitas</i> def.	634.
	gra-

- gradus in consanguinitate explicantur	§. 635.
- signa, quibus hi gradus computantur qualia?	636.
- linea consanguinitatis	637.
- - - recta & quidem ascendens & descendens quid?	637.
- - - obliqua & quidem aequalis & inaequalis	638.
<i>Conscientia</i> quid?	250. 874.
- eius expergefatio est in nostra potestate	251.
- ae libertas	874.
- - nemp habet ius in conscientiam hominum	874.
<i>Consentire</i> quid?	13. 397.
- requisita subiecti, quod <i>consentire</i> debet, indicantur	398.
- <i>consentientium</i> vnus alterius mentem intelligere debet	399.
- <i>consensus</i> debet esse singularis	400.
- <i>consensus</i> praesumptus, expressus & tacitus	401.
- <i>consensus</i> praesumptus est non-ens	ibidem Cor. 1.
<i>Consilium</i> quid?	122.
- qua tale non obligat	ibidem
- obligat vero in foro naturali	139.
<i>Consolidatio</i>	492.
<i>Consuetudo</i> quid?	Sch. §. 37.
<i>Consultatio</i> quid?	176.
<i>Contestatio</i> def.	383.
- contestaria falsae <i>contestationis</i> sunt ipsi imputanda, qui false contestatur	387.
<i>Contractus</i> def.	829.
- obligationes ex <i>contractu</i> oriundae determinantur	830.
- beneficus & onerosus	831.
- nominatus & inuominatus	ibidem
- principalis & accessorius	832.
- stricti iuris & bonae fidei	833.
- quasi-contractus	834.
<i>Conuentio</i> def.	415.
<i>Crimen</i> falsi quid?	380.
- - verbale & reale	381.
- <i>crimen</i> laesae maiestatis committere quid?	715.
- <i>crimen</i> perduellionis quid?	715.
- ius <i>crimen</i> perseguendi def.	837.
- si <i>crimen</i> conatus cuidam tribui possit, quid inde?	840.
<i>Crudelitas</i> bellica quid?	966.
<i>Culpa</i> in genere & in specie quid?	188.
- eius species	190.
- <i>culposi</i> actus pertinent ad actiones liberae	191.
- actus <i>culposi</i> a negligentia proficiuntur	193.
	actio

- actio non-culposa magis libera est, quam culposa	§. 192.
- qui actionem culposam perpetrat, eius consecraria non intendit	194.
<i>Cultus dei</i> quid?	284.
- est praestandus	Cor. ibid.
- theoreticus & practicus	285.
- internus & externus	286.
<i>Cura</i> quid?	744.
- cuius perfecte obligati sunt, curam in se suscipere	144.
<i>Curator</i> quid?	744. 826.
- est ciuitatis officialis	Cor. 4. §. 826.
- cautionem praestare debet	827.
D.	
<i>Dammum</i> quid?	330.
- mediatum & immediatum;	ibid.
- nemini inferendum est	331.
- reparare quid?	332.
- reparare debet ille, a quo illatum est	333.
- laesus turbatorem ad damnum praestandum cogere potest	334.
- in consequentiam veniens, quid?	337.
- directe datum	ibidem
- dolosum, culposum & casuale quid?	338.
- reparatio damni non semper cum imputatione connexa est	339.
- reparatio damni qualificata & nuda	340.
- haec reparatio damno proportionata esse debet	341.
- quando reparationem damni postulans laedentem laedat	342.
- illatum per actus diuiduos & indiuiduos quid?	343.
- quomodo damnum a pluribus illatum reparandum?	343.
- imminens quid?	344.
- de reparatione damni a seruo alteri illati	603.
<i>Debitum</i> quid?	156.
- perfecte & imperfecte tale	ibidem
<i>Decorum</i> quid?	157.
- naturale & arbitrarium	157.
<i>Defensio</i> quid?	345.
- ille se defendere potest, quam alter aggreditur	346.
- ex iure defensionis ius praecutionis concipitur	347.
- defensionis terminos obseruare quid?	348.
- defensor sui hos terminos obseruare debet	349.
- & si non obseruantur hi terminus, cui imputandum, determinatur	350.
- defensor quando fit aggressor	351.
- nemo cogi potest, vt se defendat	354.
N n 4	ius

- ius <i>defensionis</i> competere illi, quem alter aggreditur, donec se contra aggressorem in plenariam ponere potest securitatem	§. 545.
- quando <i>defensori</i> sui ius vitae & necis competat	547.
- obiectio huc spectans refutatur	ibidem Schol.
<i>Deliberatio</i> def.	416.
<i>Delictum</i> def.	835.
- verum & quasi-delictum	ibidem
- producit & ius & obligationem	836.
- capitale & non-capitale	838.
- conatus	839.
- ius quod ex delicto conatus oritur, determinatur	840.
- proprium & commune def.	841.
- publicum & priuatum	842.
- ecclesiasticum & ecclesiastico-ciuile quid?	542.
<i>Democratia</i> quid?	748.
- quando populus in illa imperans, quando subiectus	749.
- necesse est, vt in <i>democratia</i> comitia habeantur.	750.
- populus in <i>democratia</i> omnia ad ordinem dirigere debet	752.
- ciues in <i>democratia</i> partis maioris vota adprobare debent	757.
- quae maiori votorum numero decreta, in <i>democratia</i> sunt	761.
leges	762.
- leges in <i>democratia</i>	961.
<i>Denunciatio</i> belli def.	455.
<i>Derelinquere rem</i> quid?	125.
<i>Derogare legi</i> quid?	25.
<i>Desiderium</i> def.	8. Pr.
<i>Determinatio</i> moralis & non-moralis quid?	
<i>Deus</i>	
- eius perfectiones cognoscere debemus	279.
- eius gloria a nobis est illustranda	282.
- omnem reuerentiam ei praestemus	284. Cor.
- eum colere & amare, tenemur	286. 287.
- eum timeamus	288.
- sed non metu seruili	289. Cor.
- eum inuocemus & adoremus	292.
- obedientes ipsi nos praebeamus	294.
- & quidem ipsi magis quam hominibus	295.
- num ignorantia de <i>dei</i> perfectionibus possit esse inuincibilis	298.
<i>Diligentia</i> quid?	185.
- absolute, quam hypothetice spectata	Cor. 2. §. 185.
- simplex gradus, maximus, medius & infimus	Sch. ibid.
ad	

INDEX VERBORVM AC RERVM.

- ad diligentiam in custodia legum adhibendam, per naturam obligamur	§. 186.
<i>Dispensare a lege</i> quid?	124.
<i>Displicet nobis</i> quid?	46.
<i>Dispositio</i> quid?	443.
- de quonam pro arbitrio nostro <i>disponere</i> possimus, determinatur	444.
- nuda ultimae voluntatis	494.
<i>Dissentire</i> quid?	13.
<i>Diuortium</i>	586.
<i>Doctor</i> ecclesiae def.	921.
- eius officia indicantur	922. 923. 924. 925.
- si quaedam ecclesiae dogmata falsa esse cognoscat, quid inde?	927.
- auditores in ecclesia erga <i>doctorem</i> pietatem obseruare debent	928.
<i>Dogmata</i> ecclesiae quid?	879.
- fundamentalia & minus-fundamentalia	890.
- qui minus fundamentalia negat, non statim ex ecclesia eiciendus est	Cor. i. §. 890.
<i>Dolus</i> quid?	195.
- ex proposito & ex re	205.
- ex re etiam a proposito proficiscitur	206.
- <i>dolosa</i> actio ex proposito magis libera est, quam actio dolosa ex re	207.
- a sciente & volente committitur	196.
- actio <i>dolosa</i> culpam moralitatis quantitate superat	197.
- actio <i>dolosa</i> est moraliter mala	198.
- & proficiscitur a proposito	201.
- bonus quid?	199.
- clandestinus & manifestus quid?	208.
- actio <i>dolosa</i> clandestina magis libera est, quam actio <i>dolosa</i> manifesta	209.
<i>Domestici</i> quid?	22. & 610.
<i>Dominium</i> definit.	445.
- pertinet ad re nostrum acquisitum	459.
- verum & quasi-dominium def.	846.
- plenum & minus-plenum	455. 853.
- directum & vitale	456.
- bonitarium & quiritarium quid?	853.
<i>Dominus</i> def.	20. Pr. 589.
- habet ius re sua vtendi, fruendi & abutendi	447.
	alia,

- alia, quae ex notione <i>domini</i> sequuntur, consecraria indicantur	§. 454.
- directus & utilis	456.
- utilis est verus dominus.	457.
- <i>domino</i> competit ius perfectum atque affirmatum in seruos.	590.
- iura <i>domini</i> in serups.	599.
<i>Donatio</i> def.	478.
<i>Dos</i> quid?	584.
E.	
<i>Ecclesia</i> def.	26. Pr. 878.
- eius dogmata	879.
- fundamentalia & minus fundamentalia.	890.
- quid membra <i>ecclesiae</i> ?	880.
- fieri debent religiosa	903.
- quatenus sunt sub imperio.	912.
- quid ista cognoscere debeant.	879. 908.
- potestas <i>ecclesiastica</i> def.	881.
- munera & persona <i>ecclesiastica</i>	882.
- nexus membrorum <i>ecclesiae</i> publicus & priuatus.	883.
- eius leges, ius idque publicum & priuatum.	884.
- eius leges sunt leges conuenticiales	894.
- eius noua determinatio ex statu ciuitatis.	885.
- ex potestate <i>ecclesiastica</i> fuit ius libros symbolicos conficiendi	888.
- & de horum veritate dubitantes rectius informandi.	889.
- item leges <i>ecclesiae</i> constituendi & libros liturgicos componendi	895.
- porro ius constituendi actiones paedagogicas & ceremonias <i>ecclesiasticas</i>	899.
- item eligendi <i>ecclesiae</i> doctores atque ministros.	909.
- ab <i>ecclesia</i> excludendi sunt haeretici & irreligiosi.	906.
- <i>ecclesia</i> iura sua in alios transferre potest.	910. 911.
- ius personarum <i>ecclesiasticarum</i> quid?	918.
- officiales <i>ecclesiastici</i> non gaudent imperio	920.
- si quis res <i>ecclesiasticas</i> violat, quid inde?	933. 934.
- quanam res <i>ecclesiastica</i> alienari, & quae non alienari possunt, determinatur.	936.
<i>Educare</i> aliquem quid?	572.
- parentes obligati sunt procreatos <i>educare</i> .	572.
- quando haec obligatio cesset; ostenditur.	573.
<i>Eligere</i> quid?	49.
- sine spontaneitate <i>eligere</i> non possumus.	ibidem
<i>Emancipare</i> quid?	576.
	eman-

- emancipatio formalis & virtualis	§. 576. Cor. 1.
<i>Emigrare</i> ex ciuitate quid?	739.
- eius sine imperantis consensu ex ciuitate emigrare nequit	740.
<i>Emphytheusis</i>	458. Sch. 3.
<i>Emphyteuta</i> & <i>Emphyteutarius</i> .	ibidem
<i>Entio</i> def.	481.
<i>Episcopus</i> def.	921.
- eius officia determinantur	926.
<i>Ethicae</i> theoria	34. Pr.
<i>Excommunicatio</i> def.	905.
- maior & minor	ibidem
<i>Excusatio</i> quid?	745.
- physica & moralis	ibidem
- continetur	746.
<i>Exhaereditare</i> quid?	509.
- requisita exhaereditationis	510.
<i>Existimatio</i> quid?	338.
- bona & mala	239.
- vera & falsa	240.
<i>Extinguere</i> desiderium naturae	567.
- libidinem	ibidem
- societas, cuius scopus est tantummodo libidinis extinctus, legibus naturalibus repugnat.	568.
	F.
<i>Facilitas</i> quid?	955.
<i>Factum</i> quid?	211.
- facti species	212.
- error facti	Cor. ibid.
- cui imputari possit	213.
- alienum num alteri possit imputari?	216.
<i>Facultas</i> cognoscitiua inferior quid?	3.
- quae in cognoscitiua generaliter perficienda	357. 258.
- tis cognoscitiuae cultura generalis & specialis	359.
- fingendi quid?	4.
- appetitiua & quidem inferior	25.
- tem appetitiuam & cognoscitiuam perficere obligati sumus	256.
- ad facultates externas acquirendas obligati sumus	270.
<i>Facultas</i> seu <i>potentia</i> quid?	151.
<i>Falsiloquium</i> def.	373.
- quando ad debita nostra pertinet	374.
- quando illicitum	375.
<i>Familia</i> quid?	607. 22. Rg pater

- paterna	608.
- herilis	§. 609.
- quae simplex & composita	ibidem
- caput familiae quid?	612. Cor. 1. & 22. Pr.
- consanguinea quid?	639.
- affinis quid?	641.
- caput familiae numerum seruorum augere & efficere debet, ut permultae familiae seconiungant ad auctendum periculum	651. 652.
<i>Favor</i> necessitatis quid?	269.
- partium def.	967.
<i>Felicitas</i> quid?	147.
- quomodo acquirenda	148.
<i>Feudum</i> quid?	458. Sch. 2.
<i>Fictio</i> quid?	4.
- eius necessitas	8.
- eius lex explicatur	7.
- est animae naturalis	9.
<i>Fidei commissum</i> quid?	857.
<i>Filius</i> filiae familiae.	608.
<i>Finis</i> quid?	182.
- primarius & secundarius	ibidem
- operis & operantis	656.
<i>Fiscus</i> & ius <i>fisci</i> quid?	691.
- iura imperanti in bona <i>fisci</i> competentia ex iure vtendi deducenda sunt	694.
<i>Foedera</i> quid & eorum necessitas	977.
- obligatio ad foedera seruanda est iuris gentium	978.
- foedera etiam bellica sunt seruanda	979.
- pudenda & non-pudenda def.	980.
- aequalia & inaequalia quid?	981.
- ius foedera celebrandi est ius maiestaticum	982.
- personalia & realia	983.
- in dubio foedera realia sunt praesumenda	984.
<i>Forum</i> externum & internum	159.
- naturale	244.
- nulla actio in foro naturali impunita vel irremunerata manet	149. 245.
- in foro interno honestus est etiam in foro externo honestus, sed non v. v.	167.
- in foro mere naturali non dantur merita fructe sic dicta	247.
<i>Gentes</i> quid?	G. 41. Pr. 944.
	viuunt

INDEX VERBORVM AC RERVM.

- viuunt in statu naturali	945.
- sunt inter se aequales	946.
- quomodo erga se inuicem agere debeant, ostenditur	947.
- ius gentium & quidem vniuersale	948.
- propositio iuris gentium fundamentalis exhibetur	949. 950.
- ius gentium est quoque ius principum	951.
- ius gentium absolutum & hypotheticum	952.
- gens in gentem sibi non debet arrogare ius	954.
- nec gens per alterius gentis territorium transitum facere debet	955.
- quomodo gens possit habere ius praecedentiae	
- iuxta belli causa inter gentes indicatur	960.
- gentes antea bellum denunciare debent, quam gerant	962.
- gentes legatos admittere debent	973.
- gentes habent proprietatem	986. 987.
- & gens alteram in dominio suo non debet turbare	988.
<i>Gloria</i> quid?	282.
- diuina	ibidem
- am diuinam illustrare quid?	ibidem
- - obscurare quid?	ibidem
- - illustrare debemus	Cor. 2. ibid.
<i>Gratiarum actio</i> quid?	290.
- deo gratias agere debemus	ibid.
<i>Gratis facere</i> quid?	477.
<i>Gratus animus</i> quid?	390.
H.	
<i>Habilitas corporis</i> quid?	263.
<i>Haeresis</i> quid?	900.
<i>Haereticus</i> def.	900.
- theoreticus & practicus quid?	901.
- est excludendus ab ecclesia	904.
in <i>Harmonia</i> esse quid?	10.
- haec adest inter perceptiones mentis & mutationes corpori organico inductas	10.
<i>Hereditas</i> quid?	495.
- tem deferre quid?	502.
- tis delatio legitima & testamentaria	ibidem
- tem adire	512.
- huius additionis species	513.
- haereditatis omissio quid?	516.
<i>Heres</i>	495.
- ab intestato quid?	503.
	dis

INDEX VERBORVM AC RERVM.

- <i>dei institutio</i>	§. 504.
- <i>fit dominus hereditatis per eius aditionem</i>	514.
- <i>succedit in iura & obligationes defuncti</i>	515.
<i>Hofis</i> quid?	364. 783.
- <i>nonhofis</i>	ibidem
<i>Homo</i> quid?	4. Pr.
- <i>inis natura quid?</i>	12. -
- <i>ines natura eadem iura</i>	13. -
- <i>& eundem statum moralem natural. habent</i>	14. -
- <i>est animal rationale</i>	1.
- <i>quid animalitas inholuat</i>	2.
- <i>quacnam mutationes homini, quatenus est animal, naturales?</i>	11.
- <i>sui iuris quid?</i>	655.
- <i>homines liberi quid?</i>	809.
<i>Honestus</i> quid?	158.
- <i>quod actiones interne honestae maiorem habeant moralitatis gradum, quam externe honestae, ostenditur</i>	165.
- <i>in foro interno, etiam est honestus in foro externo, sed non</i>	v. v. 167.
- <i>gradus honesti exteri</i>	168.
- <i>varii honestatis gradus indicantur</i>	170.
- <i>quando honestatis gradus sit summus</i>	172.
<i>Honor</i> quid?	239.
- <i>honores quaerere debemus</i>	273.
I.	
<i>Ignorantia</i> de dei perfectionibus num possit esse inuincibilis	298.
<i>Illicitam</i> quid?	156.
- <i>perfecte & imperfecte tale quid?</i>	ibidem
<i>Imaginatio</i> quid?	4.
- <i>nis lex explicatur</i>	7.
- <i>eius necessitas</i>	8.
- <i>est animae naturalis</i>	9.
- <i>cogitationes, quas imaginatione habemus, sunt confusae</i>	19.
<i>Imperans</i> quid?	551.
- <i>in societate domestica sunt pater materue-familias domesticorum imperantes</i>	612.
- <i>imperanti societatis competit ius leges promulgandi</i>	618.
- <i>item ipsi competit ius consecraria legum promulgandi</i>	620.
- <i>& mala consecraria iis inferendi, qui legem violarunt</i>	621.
- <i>imperanti in societate competit potestas legislativa</i>	622.
	com-

INDEX VÉRBORVM AC RÉRVM.

- competit quoque <i>imperanti</i> ius dispensandi atque abrogandi leges	§. 623.
- continuatio	629. 630. 631.
<i>Imperanti</i> competit ius armorum	632.
- omne ius <i>imperanti</i> ciuitatis in bona aerarii competens ex iure administrandi deducendum est	693.
- iura <i>imperanti</i> in bona fisci competentia ex iure vtendi dedu- cenda sunt	694.
- quando <i>imperanti</i> ius in bona priuata competit	695.
- <i>imperanti</i> in statu necessitatis absolutae competit ius bona ci- uitatis priuata destruendi & in vsus publicos adhibendi	700.
- quando <i>imperans</i> ciuitatem laedat?	702.
- <i>imperans</i> de sublectorum factis iudicare debet	722.
- quando <i>imperans</i> maiestatem amittere possit, offenditur	793.
- <i>imperans</i> habet ius matrimonium illegitimum ratum, non ve- ro matrimonium nullum legitimandi	817.
- <i>imperanti</i> competit ius exheredationis causam & legitimam determinandi	858.
<i>Imperfectio</i> quid?	17.
- ab <i>imperfectio</i> ne partis ad imperfectionem totius non valet consequentia	557.
<i>Imperium</i> quid?	558.
- absolutum & limitatum	ibidem
- <i>imperio</i> alterius subesse quid?	557.
- facit societatem inaequalem	553.
- <i>imperium</i> ciuile def.	667.
- <i>imperio</i> alterius primario & secundario subesse quid?	669.
- quinam <i>imperio</i> ciuili conuenienter viuere debeant?	710.
- haereditarium def.	782.
- ordines <i>imperii</i> quid?	794.
<i>Impotentia</i> quid?	204.
- naturalis	ibidem
<i>Imprudencia</i> quid?	189.
- est species culpae	190.
<i>Impuberes</i> quid?	574.
- quale ius parentibus in impuberes competit	585.
<i>Imputatio</i>	
- facti	213.
- iuris & facti	218.
- quando actio <i>imputari</i> possit	217.
- plena	219.
- absoluitur ratiocinio	2201.
	recta

- recta & erronea	§. 221.
- positiva & priuatiua	234.
- eius genesis	243.
- naturalis quid?	248.
- interna & externa	249.
- reparatio damni non semper cum <i>imputatione</i> connexa est	339.
<i>Imputatiuitas</i> quid sit?	214.
- est dependentia actionis a libertate animae	215.
<i>Incogitantia</i> quid?	189.
- est species culpae	190.
<i>Incuria</i> quid?	189.
- est species culpae	190.
<i>Indecorum</i> quid?	157.
<i>Infelicitas</i> def.	147.
- <i>infelicitatis</i> temporariae quantitas relatiua	541.
<i>Infirmitas</i> naturalis quid?	204.
<i>Ingenui</i> quid?	802.
<i>Inhonestus</i> quid?	158.
<i>Inimicus</i> quis?	305.
- deuites aliorum <i>inimicitiam</i>	306.
- emollire <i>inimicum</i> quid?	308.
- ad emolliendum <i>inimicam</i> obligamur	309.
- facillime fit hostis	308.
- <i>inimico</i> metum incutere licet, dum adhuc in pace viuimus	369.
<i>Iniquus</i> quid?	155.
<i>Iniuriae</i> strictae sic dictae quid?	381. Cor. 2.
<i>Iniustus</i> quis?	155.
- <i>iniustum</i> ciuilitate quid?	798.
<i>Intellectus</i> quid & unde oritur?	29.
<i>Intentio</i> quid?	182.
- primaria & secundaria	ibidem
- directa & indirecta	ibidem
- est actio libera	183.
- & primaria & secundaria maiori gaudet libertate quam se-	
cundaria & indirecta	184.
- qui culpofam actionem committit, consecutaria eius actionis	
non intendit	194.
<i>Interpretari</i> legem quid?	113.
- <i>tio</i> authentica, doctrinalis & vsualis quid?	114.
- doctrinalis quando reicienda	115.
- doctrinalis quomodo adhibenda	116.
<i>Interregnum</i> def.	779.
	in

- in hoc maiestas competit iis, qui habent ius eligendi imperantem	§. 780.
<i>Inuentio</i> non est modus dominium adquirendi originarius	46.
<i>Inuocatio</i> quid?	291.
- deum <i>inuocare</i> debemus	292.
<i>Index</i> quid?	222.
- factum & legem cognoscere	223.
- & de sufficienti speciei facti probatione sollicitus esse debet	224.
- debet iudicare de conuenientia vel non-conuenientia facti cum lege	225.
- item de quantitate moralitatis facti	226.
- debet aequitatem retentam obseruare	228.
- debet esse iustitiae cultor	233.
- sententiam ferre debet in imputando	237.
- bene iudicans & male iudicans quid?	240.
- male iudicans quando dolose quando culpose agat.	241.
- quando iudicium falsum iudici possit imputari	242.
<i>Iudicium</i> quid?	31.
- reale quid?	723.
- iudicia personalia subordinata	724.
- quomodo ius nostrum per iudicia persequenda	732.
<i>Iuramentum</i>	384.
- quis <i>iurare</i> possit, indicatur	385. 386.
- consecratoria falsi <i>iuramenti iuranti</i> sunt imputanda	387. Cor.
- metu iniusto extortum nullum est	389. 390.
- qui dolose false <i>iurat</i> , blasphemiam committit	391.
- requisita valide <i>iurantis</i> indicantur	392.
- promissorium & assertorium def.	434.
- si relaxatio quid?	435.
- repugnat legibus naturalibus	436.
<i>Iura</i> connubialia quid?	18. Pr.
- paterna	19. Pr.
- domestica	21. Pr.
- familiaria restricta	23. Pr.
- ciuilia	24. Pr.
- ecclesiastica quid?	26. Pr.
<i>Iura</i> maiestatica definit.	668.
- ad illa <i>iura</i> pertinet ius leges promulgandi	671.
- ius legum consecratoria determinandi	672.
- ius dispensandi atque abrogandi leges ciuiles positiuas	673.
- ius efficiendi, ne societates in ciuitate sint ini ciuitatis impedimento	614.

INDEX VERBORVM AC NERVM.

- ius efficiendi, vt societates priuatas in societate euidant iustae 6. 676.
- ius ciues in negotiis suis confirmandi 678.
- ius dirigendi actiones eorum, qui sunt in ciuitate, ad ciuitatis securitatem 679.
- ius efficiendi, ne ii, qui sunt in ciuitatis territorio, contra leges agant 681.
- ius bella modumque, quo bella geri debent, determinandi 682.
- ius prohibendi ea, quas occasionem ad malas actiones porrigunt 683.
- ius praecipendi, quae sunt occasiones bona agendi 684.
- ius omnia eo dirigendi, vt ciues commode viuere possint 685.
- ius prohibendi, quas propagationem febdis destruant 686.
- ius munera publica aliis iniungendi 706.
- ius circa facta 913. 914.
- ius celebrandi foedera 982.
- Iurisdictio* quid? 723.
- quando iurisdictionis exercitium sine laesione concipi nequeat 728.
- Iurisprudentia* quid? 30. Pr.
- stricte sic dicta & iurisprudentia quid? ibid.
- philosophica seu naturalis 31. -
- ae vniuersalis quoniam partes poni possint 33. Pr.
- simpliciter talis & socialis quid? 35. -
- oeconomica specialis & generalis 36. 37. -
- Ius (das Recht)* quid? 9. Pr.
- naturale 31.
- est vniuersale & vel necessarium vel contingens Cor. 2. 31.
- ciuile vniuersale quid? 38. 795. 796.
- est vel publicum vel priuatum ibid. 662.
- ecclesiasticum publicum vniuersale 40. 884.
- ecclesiasticum priuatum vniuersale ibid.
- cogens & humanum 44.
- quotuplici sensu vox *iuris* sumatur 39.
- Ius gentium* vniuersale quid? 41. Pr. 948. seqq.
- distinguitur a Philosophia morali, politica & oeconomia 45. Pr.
- eius vsus in theologia 46. in discernendis litibus principum 48. Pr. in iure ciuili particulari 49.
- in iure canonico particulari 50.
- *iuris* ignorantia vel error quid? 117.
- quae ignorantia vel vincibilis vel inuincibilis ibid.

Ius

<i>Ius def.</i>	§. 151.
- oritur ex obligatione	152.
- perfectum & imperfectum	153.
- quid contra <i>ius</i> alterius fiat	154.
- <i>iura</i> nostra pertinent ad rō nostrum	278.
- qui alterum in exercitio <i>iuris</i> sui impedit, alterum laedit	329.
- qui <i>iure</i> suo vititur, neminem laedit	336.
- <i>praesumptionis</i> quid?	347.
- suum remittere quid?	355.
- qui <i>ius</i> suum remittit, neminem laedit	442.
- nemo ad <i>ius</i> suum remittendum est perfecte obligatus	356.
- licet imperfecte obligatus esse possit	357.
- belli & pacis quid?	359.
- a <i>iure</i> belli ad <i>ius</i> vitae & necis non valet conclusio	547. Cor.
- <i>ius</i> belli supponit laesionis factum	360.
- <i>ius</i> belli esse potest fundamentum seruitutis	595.
<i>Ius belli eminens</i>	632.
- pactitium quid?	420.
- temporarium & perpetuum quid?	428.
- in re def.	445. 802. 804.
- est vel <i>ius</i> in entis substantia vel in eius consecratis libid.	
- qui habet <i>ius</i> in re, habet <i>ius</i> quemcunque alium ab eius- modi rei vsu excludendi	448.
- <i>ius</i> vtendi, fruendi & abutendi quid?	446.
- hoc <i>ius</i> domino rei cuiusdam competit	447.
- <i>ius</i> in re pertinet ad rō nostrum aduersum	459.
- sine titulo & acquirendi modo nemo <i>ius</i> in re habere potest	461.
- <i>ius</i> in re aliena nemo acquirere potest nisi praevio pacto	475.
- quomodo <i>ius</i> diuisum esse possit	491.
- hereditarium	496.
- acquiritur pacto hereditario	497.
- quomodo alio modo acquiri possit	498.
- continuatio huius	499. 501.
- in re iacente quid?	496.
- quod habemus in alterum, est aduersum	518.
- si <i>ius</i> habemus in alterum, alter <i>iura</i> quaedam naturalia ami- sit	519.
- modus quo <i>ius</i> acquirendum ostenditur	520.
- <i>ius</i> expectatum & <i>ius</i> succedendi quid.	707.
- contra <i>ius</i> expectatum imperans agere potest	708.
- non contra <i>ius</i> succedendi	709.

INDEX VERBORVM AC RERVM.

<i>Ius vitae & necis quid?</i>	§. 546.
- quando defensori sui competat	547.
- <i>iura</i> personalissima def.	650.
- <i>iura</i> naturalia absoluta amitti nequeunt	720.
- <i>modus ius</i> suum exercendi determinatur à circumstantiis	721.
- <i>ius</i> prouocandi quid?	730.
- <i>ius</i> appellandi competit ciuitati subiectis	729.
- quomodo <i>ius</i> in ciuitate per magistratum persequendum?	732.
- quando ciuitati subiecti <i>ius</i> suum per magistratum non possunt persequi, redeunt in statum naturalem	733.
- <i>ius</i> ad rem	802. 805.
- <i>ius</i> personarum	ibidem
- <i>ius</i> crimen persequendi def.	837.
- <i>ius</i> circa sacra	886.
- competit principi	913.
- personarum ecclesiasticarum	918.
- huius <i>iuris</i> fundamentum	919.
- <i>ius</i> praecedentias	956.
<i>Iustitia</i> quid?	229.
- est habitus edendi actiones iustas	230.
- tendit ad custodiam legum	231.
- interna & externa	232.
- distributiua	235.
- quae vel remuneratiua vel vindicatiua	ibid.
- commutatiua	485.
<i>Iustitium</i> quid?	734.
- vniuersale, particulare, necessarium & voluntarium quid?	ib.
- in <i>iustitio</i> vniuersali subditi redeunt in statum naturalem	735.
<i>Iustum</i> ciuilitate definit.	797.
- naturaliter iustum, non statim est ciuilitate iustum.	798.
<i>Iustus</i> def.	155.
<i>Iuuare</i> aliquem quid?	310.
- alios de felicitate sua studiosos <i>iuuare</i> debemus	311.
- hoc magis determinatur	313.
L.	
<i>Labor</i> quid?	271.
- ad <i>laborem</i> omnes homines obligati sunt	272.
<i>Laesio</i> eaque externa & interna quid?	322.
- nemo est <i>laedendus</i>	323.
- cogi potes ad omissionem <i>laesionis</i>	324.
- est actio, qua alterum turbas in possessione eorum, quae ad te suum pertinent	325.
- qui alterum in exercitio iuris sui impedit, alterum <i>laedit</i>	329.
	<i>laedens</i>

- <i>laedens laeso</i> damnum restituere debet	§. 335.
- qui ipse suo utitur, neminem <i>laedit</i>	336.
- imminens quid?	344.
- <i>nes</i> antevertere quid?	Cor. 2. 345.
- externa in collisione magis evitanda est, quam violatio officiorum erga nosmet ipsos immediatorum	541. 542.
<i>Latrocinia</i> quid?	363.
<i>Latrones</i> quid?	364.
<i>Legatarius</i> def.	357.
- si <i>legatarius</i> rem sibi <i>legatam</i> adquisierit, quid iuris?	360. 361.
<i>Legatum</i> quid?	357.
- domino in civitate competit <i>ius legandi</i> ,	358.
- sed imperans hanc potestatem restringere potest	359.
- purum & conditionatum	362.
- speciei & generis	365.
- optionis & electionis in genere	365.
<i>Legatus</i> definit.	371.
- quis <i>legatos</i> mittere possit, determinatur	372.
- gentes <i>legatos</i> admittere debent	373.
- <i>legatorum</i> sanctitas explicatur.	374.
- se esse <i>legatum</i> , probare debet.	375.
- primi & secundi ordinis quid?	376.
- ordinarii & extraordinarii	ibidem
<i>Lex</i> moralis quid?	97.
- sine obligatione morali cogitari nequit	98.
- cui dari possit?	100.
- <i>legis</i> ratio qualis?	103.
- eius occasio	104.
- eius finis iudicatur.	106.
- <i>legi</i> obedire & eam violare quid?	108.
- violatio <i>legis</i> in statu absolutae necessitatis non est imputabilis	267.
- violatio <i>legis</i> in statu necessitatis hypothetica perpetrata est	268.
- species versutiae	269.
- & producit fauorem necessitatis	269.
- <i>legi</i> obediens legem cognoscere debet	109.
- & ignorantiam iuris vincibilem evitare debet	118.
- <i>legem</i> promulgare quid?	110.
- eius promulgatio est necessaria	ibidem
- huius promulgationis scopus indicatur	111.
- ex <i>lege</i> cognoscitur moralitas actionum	107.
- maior in collisione minori est praeferenda	126.
- positiva & naturalis quid?	127.

INDEX VERBORVM AC RERVM.

- naturalis est: fac ea, quae tibi conducunt	§. 143.
- & haec propositio est <i>legum</i> naturalium fundamentum vniuersale, domesticum, primum & adaequatam	144.
- diuina & humana	127.
- naturalis est vel necessaria vel contingens	Cor. 3. 127.
- <i>leges</i> prohibitoriae & praecipuae quid?	99.
- vniuersales & particulares	101.
- explicare quid?	102.
- clarae esse debent	112.
- non sunt ferendae, nisi de actionibus, ad quos quis potest obligari	105.
- earum interpretatio necessaria	113.
- abrogare & ipsi derogare quid?	123.
- societatis imperans <i>leges</i> abrogare potest	623.
- a <i>legibus</i> dispensare quid?	124.
- <i>legum</i> quantitas vnde?	125.
- naturales dantur	129.
- - quae ratione cognosci possunt	130.
- - & omnibus promulgatae sunt	131.
- - harum ignorantia est vincibilis	132.
- - sunt etiam <i>leges</i> diuinae	133.
- - & quid inde sequatur, ostenditur	134.
- - sunt omnibus hominibus latae	135.
- - sunt immutabiles	136.
- - non possunt abrogari	137.
- - nec dispensatio nec derogatio respectu illarum locum habet	137.
- - ad omnes actiones liberas se extendunt	138.
- - ex principio quodam vniuersali deduci possunt	140.
- - quod principium est domesticum & adaequatam	141. 142.
- - earum custodia nos felices, & earum violatio nos infelices reddit	147.
- perfectae & imperfectae	159.
- perfectae speciales recensentur	328.
- <i>lex</i> iuris socialis	330. 331.
- <i>leges</i> societatis mutabiles & necessariae def.	616.
- qui <i>legem</i> moraliter violat, rebellis dici potest	716.
- <i>leges</i> fundamentales quid?	791.
- <i>lex</i> commissoria quid?	792.
- <i>leges</i> ecclesiasticae quid?	884.
- <i>leges</i> conventionales def.	893.
- <i>leges</i> ecclesiae sunt <i>leges</i> conventionales	894.
- <i>Legitima</i> quid?	650. Schol. 855.

impe-

- imperare habet ius legitimam determinandi	§. 856.
<i>Legitimatio</i>	816.
<i>Lenocinium</i> cur sit illicitum,	568. Schol. 574. Cor. 2.
<i>Libelli famosi</i> quid?	381. Cor. 2.
- satyrici	ibid. Cor. 3.
<i>Liberi legitimi & illegitimi.</i>	815.
- naturales & spurii	815.
<i>Libertas</i> quid?	32.
- a necessitate, a subiectione & a coactione.	Schol. §. 52.
- eius gradus vnde cognoscendi	169.
<i>Liberti</i> quid?	602. Cor. 1.
<i>Libertini</i> quid?	ibidem
<i>Libido</i> quid?	367.
- sinem exstringere	ibidem
- societas, cuius finis tantum est <i>libidinis</i> estinctus, legibus naturalibus repugnat.	568.
<i>Libri symbolici</i> def.	888.
- quis illos constituto possit?	ibidem
- liturgici, def.	892.
<i>Licent</i> quid?	698.
<i>Liturgia</i> def.	891.
- quis eam componere possit?	891.
- liturgici libri def.	892.
<i>Locarius</i> quid?	487.
<i>Locatio conductio</i> def.	482.
- operarum	488.
- personarum	504. Cor.
- locator quid?	482.
<i>Loqui</i> quid?	371.
- loquendo leges naturales non sunt violandae.	372.
M.	
<i>Magistratus subordinati</i> quid?	724.
- quomodo ius in ciuitate per magistratum persequendum?	732.
- qui in ciuitate ius suum per magistratum nullo modo persequi potest, reedit in statum naturalem	733.
<i>Maestas</i> quid?	668.
- crimen laesae <i>maestatis</i> committere	719.
- modi acquirendi <i>maestatem</i> determinantur	774.
- tempore interregni in contemptis, qui in habent obligandi imperantem	780.
- limes <i>maestatis</i> naturalis & pactitiae def.	786.
- omnis <i>maestas</i> naturaliter limitata est.	787.
- in ciuitate necessaria naturaliter limitata est	788.
Q d 4.	

- quando imperans ~~manifestum~~ amittere possit, determinatur 793.
- Maiores* quid? 574.
- Males* entis quid? 15.
- verum & apprens 38.
- apprens quomodo auersemur 39.
- minus quando appetamus 40.
- ad id nemo cogi potest, quod sibi vt *malum* representat 872.
- Mandataria* definitio 429.
- Mandatum* quid? ibidem.
- quomodo ea imputanda, quae ex *mandato* oriuntur 430.
- mutuum 487.
- Manumissio* quid? 602.
- Matrimonium* def. 378.
- eius scopi ~~applicatus~~ 379.
- est societas voluntaria 580.
- an error virginitatis *matrimonio* oblit 381. Schol.
- nullum & illegitimum sed ratum 14.
- sperans potest *matrimonium* illegitimum ratum legitimize 817.
- non vero illegitimum nullum 185.
- Medium* quid? 185.
- Memoria* quid? Cor. 3. 8.
- non semper est in potestate nostra ibid.
- Mendacium* def. 382.
- est uitandum ibidem Cor. 2.
- Mensura* quid? Cor. 1. 84.
- Merita* quid? 120.
- stricte sic dictum 246.
- hoc in foro naturali non datur 247.
- Mitiri* quid? 84.
- Metus* quid? 25.
- terribilis 389.
- est cum odio coniunctus ibid.
- Minores* quid? 574.
- Moderamen inculpatæ tutelæ* quid? 352.
- quando hoc iustum dici possit? 353.
- Monarcha* 765.
- Monarchia* definit. 748.
- *tylense* monachorum spectat 766.
- absoluta 790.
- Moralitas* actionum quid? 65.
- intrinseca ibidem.
- extrinseca 68.

ab actionibus liberis ne a deo quidem separari potest	§. 69.
actionum ex lege cognoscitur	107.
eius quantitas ex duplici fonte est haurienda	161.
dependet a quantitate libertatis	162.
quatenus actio moralitatem habet, potest imputari.	217.
Motivum quid?	36.
compositum & partiale	81.
in compositi quantitas	82.
motiva ad actiones nostras libere ex perfectionibus divinis sumere debemus	171.
Munus quid?	704.
ecclesiasticum def.	888.
Mutuum def.	479.
N.	
Natura & naturale quid?	§. 12. Pr.
hominis quid?	12. Pr.
Naturale absolute & hypothetice tale quid	Cor. 1. ibid.
Negligentia quid?	185.
& absolute & hypothetice spectata	Cor. 2. ibid.
eius triplex gradus, maximus, medius & infimus	Sch. ibid.
ad eam attendamus obligati sumus	186.
Neutralis quis sit?	967.
Politicus quid?	34.
quid requiratur ad eius exercitium	35.
status est status contingens	48.
sine electione concipi nequit	50.
status obiecta debent esse contingentia	51.
Nolo quod displicet	46.
Noluntas quid?	33.
quando perfecta vel imperfecta	41.
tatis actus sunt ad actus spontaneos referendi	45.
Nostrum quid?	277.
ad rō nostrum pertinent iura nostra	278.
comatum & adquisitum	327.
quidquid ad rō nostrum pertinet, de illo etiam in foro externo pro arbitrio proprio disponere possumus	444.
occupatorium quid?	464.
Nuptiae legitima & illegitima quid?	814.
O.	
Obedientia quid?	291.
deo obedire debemus	294.
& quidem deo magis, quam hominibus	295.
O o 5	
	Obli-

<i>Obligatio</i>	
in ea est necessitas agendi	§. 71.
ex conexione rationum cum actionibus concipitur	73.
moralis quid?	74.
naturale semper positiva	75.
naturalis est vel absoluta vel relativa	Cor. a. §. 155.
datur	76.
est etiam obligatio diuina	77.
<i>Obligatio</i> naturali conuenienter vivens non statim conuenienter vivit obligationi civili	799.
mixta quid?	78.
quomodo oritur, & quomodo ab ea liberemur	79.
liberatio ab ea plena & minus plena	79.
ab <i>obligatione</i> naturali liberatio possibilis est	80.
totalis & partialis	84.
sive totalis quantitas	84.
recta & erronea quid?	84.
<i>obligamur</i> per bona & mala	86.
affirmativa & negativa	87.
<i>obligari</i> quis possit & non possit?	88.
moralis requirit actiones iustas & ratione liberatas	89.
ad impossibilia non datur obligatio	
in collisione <i>obligationum</i> obligatio ad exceptionem datur	92.
moralis scopus	93.
& extensio	94.
connata & acquisita	95.
passiva & actiua	96.
uniuersalis & particularis	102.
perfecta & imperfecta	153.
<i>obligamur</i> natura, vt motiua ad actiones liberas ex perfectionibus diuisis sumamus	171.
<i>obligati</i> sumus, vt omnem in cognitione boni & mali confusionem euitemus	260.
<i>obligati</i> sumus, vt deum eiusque perfectiones cognoscamus	279.
aliorum ad auxilia nobis ferenda, vt fiat perfecta, studeamus	393.
quomodo <i>obligatio</i> ad promissa seruanda fieri possit perfecta, explicatur	414.
<i>Obligatio</i> pactitia definit	420.
pactitia cessat existente illo fine, cuius intuitu pactum celebratum est	440.
<i>obli-</i>	

- obligati sumus ad procreandam sobolem	§. 563.
- obiectio refutatur	Schol. 2.
- ex hac obligatione ad procreationem oritur obligatio ad statum quemdam sociale	564. 565.
- necessaria & contingens	519.
- obligatio civitati subiectorum publica & privata quid?	718.
- obligatio ista publica est perfecta	
- obligatio publica civilis & non-civilis quid?	711. Cor. 2.
- obligatio publica non-civilis est negativa, civilis vero potest esse positiva	715.
- obligationum harum negativarum fundamentum	714.
- magis determinantur hae obligationes	719.
- & inde conclusiones deducuntur	736.
- fundamentum obligationum civium positivarum	737. 738.
Obsequium definit.	552.
Occasio quid?	104.
Occupatio definit.	462.
- est modus acquirendi originarius	463.
- bellica	493.
Ochlocratia quid?	753.
Offendere aliquem quid?	358.
Officium quid?	748. 704.
- erga nos ipsos & erga alios quid?	252.
- a erga se ipsum separare quid?	274.
- erga se ipsum non sunt separanda	275.
- sua qui explet, ea facit, ad quae ius habet	278.
- amoris quid?	320.
- amoris extorqueri nequit	ibid.
- officia, ad quae nemo externe cogi potest, recensentur	321.
- necessitatis quid?	326.
Officialis quid?	704.
- officiales ecclesiastici nullo gaudent imperio	920.
- auditores in ecclesia illis salaria praebere debent	928.
Optimates quid?	763.
Ordines imperii quid?	794.
P.	
Pactum definit.	415.
- ad pacta servanda perfecte obligati sumus	419.
- obligatio pactitia & ius pactitium definit.	420.
- reuocare quid?	421.
- obligatorium, liberatorium & mixtum	422.
	taci-

- pactum & expressum	§. 423.
- pactum & conditionatum	425.
- quando pactum pro puro haberi debeat	426.
- unilaterale & bilaterale def.	438.
- unilaterale est gratuitum, bilaterale vero onerosum.	477.
- pactum ad certum obtinendum finem initum cessat existente illo fine	440.
- in pacto conditionato conditio impossibilis est, tam obligatio pactitia, quam ius pactitium cessat	441.
- consummatum	475. Cor. 1.
- fundamentum specierum pacti indicatur	476.
- quatuor pacti onerosi species indicantur	480.
- antichreticum	486. Cor. 4.
- legis commissorium	486. Cor. 4.
- successorium, haereditarium	494.
- pactum unionis & subiectionis quid?	659.
- pactum commissorium	792.
- Paderastia cur sit illicita	562. Schol.
- Pagi quid?	23. Pr.
- Parentes obligati sunt vitam procreatorum conservare, eorumque felicitatem promouere	571.
- obligati sunt procreatos educare	572.
- quando haec obligatio cesset, offenditur	573.
- Pater matremque familias quid?	608.
- sunt in societate domestica domesticorum, imperantes	612.
- Patrimonialia quid?	782.
- Pax quid?	358.
- colenda est quamdiu fieri potest	367.
- debet esse finis belli	370.
- sollemnis def.	953.
- Perduellionis crimen def.	715.
- Perfectio & perfectum, quid?	13.
- a perfectione status in abstracto considerati, ad perfectionem entis, cuius est status, non valet consequent.	Cor. 3. §. 13.
- homo si agit aut statum suum perficit aut imperfectiorem reddit	14.
- corporis & animae in quonam consistat	Sch. 2. 3. §. 14.
- nos ipsos perficere debemus	259.
- & ut alii nos perficiant, studere debemus	299.
- in aliorum perfectionem actiones nostras dirigamus	300.
- Perjurium & periurus quid?	988.
- Permutatio def.	483.
	quan-

INDEX VERBORVM AC RERV.

- quando iniusta	§. 485.
<i>Pignus</i> definit.	848.
<i>Pium</i> naturale seu philosophicum quid?	173.
<i>Placet</i> nobis quid?	461.
<i>Pœna</i> quid?	219.
- est meritum actionum moralium	220.
- naturalis, arbitraria & qualificata	128.
- capitalis & non-capitalis	838.
<i>Pollitatio</i> def.	406.
<i>Polyandria</i> cur sit illicita	568. Schol.
<i>Possessio</i> def.	449.
<i>Possessor</i> malae fidei & bonae fidei	848.
- ius & obligatio ex possessione malae & bonae fidei dimittens	849. 850.
explicatur	451.
<i>Potentia</i> seu <i>facultas</i> quid?	7. Pr.
in potestate nostra quid situm?	19. Pr. 575.
<i>Potestas</i> patris quid?	575.
- quomodo ius vitae & necis confectionem vix esse possit	Cor. 37
- liberi, quatenus sunt in potestate patris non habent iura ad-	
quisita	811.
- originaria & derivativa.	818.
- potestas legislativa quid?	822.
- potestas iudicialis	723.
- ecclesiastica	881.
- huius potestatis ecclesiasticae fundamentum	887.
- & eius effectus	888. 889.
<i>Praecipitancia</i> in agendo quid?	889.
- est species culpae	1904.
<i>Praemium</i> quid?	819.
- est meritum actionum moralium	120.
- naturale, arbitrarium & qualificatum quid?	338.
<i>Praesbyter</i> def.	921.
<i>Præventionis</i> ius	947.
<i>Primores</i> quid?	763.
<i>Princeps</i> habet ius circa sacra	913.
- tolerare debet in civitate, quae securitatem non violant	915.
<i>Principatus</i>	764.
<i>Principium</i> disciplinae alicuius domesticum	841.
- & primum	ibidem
- adaequatum	143.
<i>Privilegia</i> quid?	709. 2.
qui	qui

INDEX VERBORVM AC RERVM.

- quoniam dare possit illa	§. 709. b. c.
- sunt mutabilia	709. d.
Proceres	763.
Proceſſus definit.	867.
ad <i>Procreandam</i> Tobolem noſtram obligati ſumus	563.
- inde oritur ſtatus maris & foeminae, qui eſſe debet ſocialis	565.
Proſum vno quid?	646.
Promiſſio quid?	394.
- omnis eo tendit, vt alter alteri ſit auxilio	395.
- <i>promittens</i> vult, vt obiectum <i>promiſſionis</i> in re ſuum illius transferatur, cui promiſſio facta	396.
- qui in <i>promiſſum</i> conſentit, ille vult, vt quod promiſſum eſt, fiat ſuum	402.
- <i>promiſſum</i> ſeruare quid?	403.
- <i>promiſſa</i> legitima ſunt ſeruanda	404.
- ſed haec obligatio ad <i>promiſſa</i> ſeruanda non eſt perfecta	405.
- <i>nis</i> acceptatio definit.	407.
- conſenſus in <i>promiſſi</i> acceptationem idem eſt ac rei <i>promiſſae</i> traditio	413.
- modus, quo obligatio ad <i>promiſſa</i> ſeruanda fieri poteſt perfecta, indicatur	414.
- conditionata & pura	424.
- conſentatione & iuramento confirmari poteſt	431. 432.
- alternatiue <i>promittere</i> quid?	433.
- <i>ſub modo</i> <i>promittere</i> quid?	865.
- quidquid ſub modo <i>promiſſum</i> , id eſt pure <i>promiſſum</i>	864.
Propoſitum quid?	200.
Proprietarius definit.	452.
Proeſtatio definit.	417.
- fundata & minus-fundata	417.
Promocare quid?	730.
- ad quem <i>promocamus</i> , is non ſemper eſt ſuperior	731.
Puberes quid?	574.

R.

Ratio (<i>dic Vernunft</i>) quid & vnde oriatur	30.
Rebellio quid?	715.
- eius extenſio determinatur	717.
Rebellis definit.	715.
- quoniam rebellis dici poſſit	716.
Reſtando actionis humanae quid?	187.
<i>Reſle-</i>	

<i>Reflexio</i> quid?	§. 28.
- reflectendi facultas animae composita	ibidem
<i>Regnum</i> haereditarium	782.
- inuasor regni quid?	783.
<i>Relaxatio</i> iuramenti quid?	435.
- - legibus naturalibus repugnat	436.
<i>Religio</i> def.	870.
- omnes homines ad eam sunt obligati	870.
- vera & falsa quid?	871.
- ad religionem nemo cogi potest	873.
- eius diuersitas est contra securitatem	876.
- ideoque consensus in religione est quaerendus	877.
- diuersitas religionum est toleranda in ciuitate	916.
<i>Religiosus</i> definit.	875. 902.
- non-religiosus	903.
- irreligiosus	ibidem
- non religiosi sunt excludendi ab usu testamenti religiose familiaritatis	
- & irreligiosi sunt ab ecclesia excludendi	906.
<i>Reparare</i> damnum quid?	332.
- - debet ille, qui illud intulit	333.
<i>Reparatio</i> damni non semper cum imputatione connexa est	339.
<i>Reparatio</i> damni qualificata & nuda	340.
- - proportionata esse debet damno	341.
- quomodo damnum a pluribus illatum reparandum	343.
<i>Repromissio</i> definit.	394.
- eo tendit, vt alteri alteri sit auxilio	395.
- repromittens vult, vt obiectum promissionis in se futurum illius transferatur, cui repromissio facta	396.
<i>Repudium</i> quid?	586.
<i>Res</i> nullius definit.	460.
- in alicuius potestate	ibidem
- faciens	ibidem
- rem derelinquere, abicere, amittere quid?	465.
- res, cuius dominus ignoratur, habetur pro re nullius	467.
- corporalis & incorporalis	844.
- propria, aliena, iacens & res in communiione definit.	845.
- ex diuersitate rei alienae & diuersi iuris in ea oriuntur diuersae seruitutis species	847.
- ecclesiae & sacrae quid?	929. 930.
- spirituales & temporales	930.
- qui res sacras moraliter violat, blasphemiam committit	932.

- si quis <i>res ecclesiasticas</i> spirituales & temporales violet, quid inde?	§. 933. 934.
- quatenam <i>res ecclesiasticae</i> alienari possint, determinatur	936.
<i>Restituere</i> quid?	332.
- laicus potest laedentem ad rem ablatam restituendam cogere	335.
<i>Reuerentia</i> erga deum quid?	284.
- est praestanda	Cor. ibid.

S.

<i>Saepe</i> actiones & ius circa <i>saera</i> definit.	886.
<i>Sacrilegus</i> definit.	935.
<i>Salus</i> focii priuata perpetua & temporaria	534.
- cura de hac <i>salute</i> perpetua semper summa esse debet	536.
- & praefenda est bono societatis communi	536.
- quomodo electio fiat in collisione <i>salutis</i> temporariae	538.
<i>Sanitas</i> & habitus corporis quid?	263.
- conferua <i>sanitatem</i> corporis	265.
<i>Sapientia</i> quid?	229.
<i>Satisfacere</i> quid?	337.
<i>Scortatio</i> def.	569.
- repugnat iuri naturae	ibid. Cor.
<i>Securitas</i> quid?	539.
- in <i>securitatem</i> plenariam seponere quid?	ibid.
- is non est in <i>securitate</i> , qui alteri dat ius belli	540.
- interna & externa quid?	664.
- quomodo haec <i>securitas</i> obtinetur?	665.
<i>Senatus</i> aristocraticus	763.
<i>Sensatio</i> quid?	4.
- <i>nis</i> lex explicatur	5.
- est animae naturalis	9.
- cogitationes, quas <i>sensatione</i> habemus sunt confusae	15.
<i>Sensentiam</i> ferre quid?	236.
<i>Seruitus</i> definit.	453.
- personalis & realis	ibidem
- moralis	589.
- perfecta & imperfecta, perpetua & temporaria	593.
- mercenaria & obnoxia	594.
- perfecta, perpetua & obnoxia consecrarium esse potest iuris belli	595.
- qui sunt in <i>seruitute</i> perfecta atque obnoxia, omnia, quae acquirunt, acquirunt domino,	597.
	origi-

- originaria & procreata quid? §. 598.
- operarum seruilium 599. Cor.
- Seruus* quid? 20. Pr. 589.
- vires *seruorum* sunt vires domini 592.
- quando *serui*, quae acquirunt, domino suo acquirant 597.
- iura domini in seruos indicantur 599. 600.
- fugitiuus 601.
- quid inde, si *seruus* alteri damnum inferat? 603.
- perfectus atque obnoxius alimenta a domino exigere potest 604.
- si *seruus* perfectus atque obnoxius morbo implicatus, quid inde? 605.
- familiaris quid? 609.
- *serui* obligati sunt, vt pro domino bellum gerant. 633.
- factus & procreatus quid? 809.
- Simulatio* quid? 199.
- Simonia* definit. 937.
- Societas* definit. §. 17. Pr. 521.
- connubialis quid? 18. Pr.
- matrimonialis, quatenus connubium continet, est ciuilitate voluntaria 811.
- quatenus sit ciuilitate necessaria ostenditur 820.
- paterna 19. - & 577.
- herilis 20. -
- res minores & maiores quid? 21. -
- domestica quid? 22. -
- quomodo *societates* sint diuersae 522.
- iusta & iniusta quid? 524.
- quando *societas* priuata in societate iusta quando iniusta 675.
- despotica & limitata 525.
- bonum *societatis* commune 528.
- hoc praefendum est in collisione: *societatis* saluti priuatae temporariae 544.
- ex hoc cognoscuntur iura socialia ibid.
- officiorum socialium fundamentum quale 553.
- voluntaria & necessaria quid? 549. 803.
- aequalis & inaequalis 550.
- *societates* subordinare quid? 554.
- subordinans & subordinata ibidem
- composita & simplex definit. 555.
- finis *societatis* compositae diuersus est a finibus societatum, quibus componitur 626.

INDEX VERBORVM AC RERVM.

- imperanti competit ius efficiendi, ne <i>societates</i> compositam constituentes fini compositae sint impedimento	
- bonum <i>societatis</i> subordinantis est bono subordinatae praefere- rendum	§. 556.
- liberatio a <i>societate</i> eiusque species	559.
- primus modus, quo socius a <i>societate</i> liberari potest, indica- tur	560.
- & alter modus	561.
- obligatio quaedam naturalis ad <i>societatem</i> indicatur	562. 563.
- cuius scopus est tantummodo libidinis extinctus, legibus na- turalibus repugnat	568.
- <i>societas</i> herilis	591.
- est ciuilitate voluntaria	808.
- domestica quid?	610.
- in <i>societate</i> domestica sunt pater materque familias imperan- tes	612.
- diuersae <i>societatis</i> domesticae fines & obligationes	627.
- individualis, quando perfecta?	615.
- <i>societatis</i> leges mutabiles & necessariae def.	616.
- quid membra <i>societatis</i> cognoscere debent	617.
- <i>societatis</i> imperanti competit ius leges promulgandi	618.
- item legum consuetaria promulgandi	620.
- & malis consuetariis ea <i>societatis</i> membra afficiendi, quae lo- gum violarunt	621.
<i>Socii</i> quid?	527.
- quando socius alterum laedas	526. 527.
- leges sociorum indicantur	529.
- etiam propriam salutem promouere possunt	533.
- socii salus priuata eaque perpetua & temporaria	534.
- haec salus priuata perpetua bono societ. communi praeferen- da est	537.
- socius dat socio ius belli, si actiones suas non dirigit ad bo- num societatis commune	543.
- quando socio in alterum socium ius vitae & necis computat	548.
- quando socius alter socium in promouendo bono publico iu- uare perfecte obligatus sit	552.
<i>Sodomia</i> cur sit illicita	568. Schol.
<i>Solemnitates</i> internae & externae	506.
<i>Specificatio</i> definit.	472.
<i>Sponsa</i> quid?	581.
- sponsum ad matrimonium inuendum cogere potest	582.
<i>Sparsulia</i> quid?	581.

arithm.

- arthae sponsalitia quid?	9. 583.
<i>Sponsiones</i> definit.	985
<i>Sponsus</i> quid?	581.
- sponsam ad matrimonium cogere potest	582.
<i>Spontaneitas</i> definit.	44.
<i>Status</i> quid?	2. Pr.
- constans & mutabilis	3. -
- externus & internus	ibidem
- essentialis & accidentalis	ibid.
- corporis & animae quid?	5. Pr.
- hominis quid?	6. Pr.
- moralis & physicus	8. Pr.
- naturalis tam absolutus quam hypotheticus quid?	14. Pr.
- hypotheticus est possibilis	16. Pr.
- hypotheticus est vel socialis vel non-socialis	17. Pr.
- moralis vnde oritur?	9. -
- eius diuersitas	10. -
- aequalitatis	14. -
- solitudinis & socialis absolutus	15. Pr.
- ciuilis & quidem publicus ac priuatus	25. Pr.
- a perfectione <i>status</i> in abstracto considerati ad perfectionem entis, cuius est <i>status</i> , non valet consequentia	Cor. 3. §. 13.
- necessitatis, & quidem extremae, absolutae & respectiuae quid?	266.
- si in <i>statu</i> necessitatis absolutae legem violamus, violatio non est imputabilis	267.
- in <i>statu</i> necessitatis absolutae imperanti ciuitatis competit ius tam bona priuata ciuitatis destruendi, quam in vius publi- cos adhibendi.	700.
- quando ciuitati subiecti in <i>statum</i> naturalem redeant, deter- minatur	735.
<i>Steurae</i> quid?	698.
<i>Stimulare</i> aliquem ad agendum quid?	26.
<i>Stimuli</i> naturales quid?	ibidem
<i>Stratagemia</i> def.	569.
<i>Substantia</i> quid?	445.
<i>Sucessio ab intestato</i>	503.
- hereditaria & familiaris	642.
- <i>vis</i> hereditariae fundamentum	643.
- vnde descendentes succedunt	644.
- in capita & in stirpes quid?	645.
- ascendentium vnde?	642.

• collateralium explicatur	9. 648.
• coniugum	649.
• non spectat iura personalissima	650.
<i>Superstitio</i> quid?	280.
• est evitanda	Cor. ibid.
• producit infelicitatem	281.
<i>Suspectus</i> quinam dicatur?	828.
• <i>suum</i> alterius quid?	277.
T.	
<i>Taciturnitas</i> quid?	378.
• leges, quae ex ea fluunt	379.
<i>Tactum</i> quid?	25.
• verum	146.
<i>Territorium</i> civitatis.	680.
• gens per alterius gentis <i>territorium</i> non debet transire sine consensu alterius.	955.
<i>Tesserae</i> religiosae familiaritatis definit.	904.
• non-religiosi sunt excludendi ab usu <i>tesserarum</i> religiosae familiaritatis.	906.
<i>Testamentum</i> quid?	504.
• sine laesione & sine iniquitate reuocari potest	505.
• si solennitates	506.
• scriptum & nuncupatium	507.
• nullum, intactum, & inofficiosum.	511.
• solenne & minus-solenne	854.
<i>Testator</i> quid?	504.
• testamentum reuocare potest	505.
<i>Timor</i> quid?	288.
• deum <i>timeamus</i>	ibidem
• & quidem filialiter	Cor. ibidem
<i>Titulus</i> quid?	461.
<i>Tradere</i> rem suam alteri quid?	410.
<i>Transitio</i> mediata & immediata definit.	411.
• consensus in promissi acceptationem idem est ac rei promissae <i>transitio</i>	413.
<i>Tractatus</i> definit.	416.
<i>Tutela</i> quid?	587.
• constituit societatem civiliter necessariam	823.
• fundamentum diuersarum specierum <i>tutela</i>	824.
<i>Tutor</i>	587.
• eius officium	828.
	testa-

INDEX VERBORVM AC RERVVM.

- testamentarius & dativus	§. 825.
- legitimus & pactivus	ibidem
<i>Tyrannus</i> quid?	703.
- <i>tyrannus</i> titulo <i>teus</i> definit.	783.
V.	
<i>Vasallus</i> definit.	458. Sch. 2.
<i>Vestigalia</i> quid?	697.
<i>Vernae</i> quid?	598.
<i>Versutia</i> quid?	181.
- eius causa est species culpae	190.
<i>Venditio</i> definit.	481.
<i>Veneratio</i> quid?	284.
- dei	ibidem
<i>Veracitas</i> quid?	376.
- non semper ad <i>veracitatem</i> obligati sumus	377.
<i>Vici</i> quid?	23. Pr.
<i>Victor</i> definit.	968.
<i>Victoria</i> quid?	968.
- iura inde orta determinantur	969.
<i>Victus</i> quid?	968.
<i>Vindicare</i> rem quid?	450.
<i>Violatio</i> legis in statu absolutae necessitatis non est imputabilis	267.
- legis in statu hypotheticae necessitatis pertinet ad <i>versutiam</i>	268.
- & producit favorem necessitatis	269.
<i>Vir</i> bonus quis sit?	160.
<i>Virtus</i> philosophica quid?	148.
<i>Vitium</i> philosophicum quid?	148.
<i>Vituperium</i> quid?	239.
<i>Unio</i> prolium quid?	646.
- <i>unio</i> regnorum seu civitatum	770.
- <i>unio</i> civitatum incorporativa & non-incorporativa quid?	771.
- effectus earum explicantur	772.
<i>Unum</i> quid?	314.
- <i>unitas</i> personarum	ibidem Cor.
<i>Volitio</i> quid?	34.
- quid requiratur ad eius exercitium	35.
- <i>vis</i> status est status contingens	48.
- <i>vis</i> obiecta contingentia esse debens	51.
- sine electione concipi nequit	50.
	<i>Volo</i>

<i>Volo</i> quod placeat	§. 46.
- quidquid volo, volo libenter	47.
<i>Voluntas</i> quid?	33.
- quando perfecta vel imperfecta	41.
- <i>vis</i> actus ad actus spontaneos sunt referendi	45.
- in <i>voluntate</i> alicuius acquiescere quid?	296.
- dei voluntate adquirere debemus	297. Cor.
<i>Voluptas</i> quid?	25.
- vera	146.
<i>Votum</i> quid?	755.
- affirmatiuum & negatiuum	ibid.
- purum & conditionatum	ibidem
- eius qualitas quid?	758.
- <i>vota</i> numerare & aestimare	ibidem
- <i>vota</i> ciuium in democratia sunt numeranda	759.
- quae maiori <i>votorum</i> numero decreta, in democratia sunt le-	
ges	761.
<i>Vsuarius</i> & <i>usufructuarius</i>	452.
- re abuti nequeunt	Cor. ibidem
<i>Usurpare</i> definit,	418.

S. D. G.



